FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## ANTO. DE BVTRIO || IN QVINQVE LIBROS DECRE=||TALIVM COMMENTARIA ... Summarijs ... Flori || de Sura Lugdunen[sis] ... || ... ||

... || SVPER PRIMA PARTE SECVNDI || DECRETALIVM. || CLARISSIMI IVRIS || VTRIVSQVE DOCTORIS DOMINI || Antonij de Butrio super Prima parte || secundi Decretalium accuratissime || excusa, ... || ... ||

**Antonius <de Butrio>**

**Lugduni, 1532**

De restitu. spoliato. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150676**

Visual Library

p̄allega. quod ſi aliquis exercet iuriſditionem in vniuerſitatem vt vniuerſitatem non querit in ſingularibus vt ſingulis: quia alia eſt
51 vniuerſitas a ſingulis. xij. queſtione. ij. qui manumittitur. ¶ †Ex his apparet quid de iure eligendi: an ſufficiat ſola patientia exercitij actus eligendi an quod vltra hoc exigatur vt patiatur vt electus habeatur ꝓ electo. Inno. de reſti. ſpo. in literis. in glo. ſi. magnauer. poſſeſſore. poſſeſſio autem eligendi dicit q̄ poſſeſſio iuris eligendi nõ poteſt q̄ri niſi electus habeatur pro electo ab iſtis qui poteſtatẽ habẽt eligẽdi vel ad minus eis ſcientibus patiantur eum qui elegit eſſe in quaſi poſſeſſione iur. eligẽdi ſuſtinẽdo electum ab eis qui ad minus in nõ ꝯdicendo altero de modis de quibus. j. dicã. Si autẽ alijs poſſidentibꝰ ignorantibꝰ eligant nõ acquirunt quaſi poſſeſſionem que nõ admittitur niſi eis ſcientibus ⁊ de recuperatione deſperantibꝰ. ff. de acquirẽ. poſ. l. clam. §. qui ad nundinas. Plus exigere videtur Inno. in. c. ij. ꝫ. de in inte. reſti. in glo. ꝑ monachos verſi. vñ ſi poſſeſſor q̄ habentes ius eligendi ſciant ⁊ patianꝑ electum ab illo inſtitutum ⁊ confirmatum: anteq̄ illi q̄ratur q̄ſi poſſeſſio qui eligit. Ideo dicit q̄ ſi videntes electũ in poſſeſſiõe eccleſie ſtatim. j. tempus ſtatutũ eligãt vel implorãt iudicis officiuꝫ q̄ citius p̄ñt: q̄ arbitrio boni viri eſt relinquẽdum vt remoueaꝑ ab eccleſia: cuꝫ non ſit ꝑ eos electus pati nõ videntur: ita q̄ ille qui eligit acquirat quaſi poſſeſſionem Inno. plus dicit q̄ ſi infirmitate teneretur vel copiam iudicis nõ haberet coram quo agat vel aliã iuſtam cauſam ſiue de iure ſiue de facto haberent non acquireret ingrediẽdi quaſi poſſeſſio: nec ob. p̄dictis ſi dicatur ſecundũ hoc eſt impoſſibile q̄ri quaſi poſſeſſionem iuris eligendi. Et ſi dicis quod ſola electio nõ queritur vt eſt dictum q̄ verũ videꝑ q̄ ex quo electio nõ habuit effectũ: q̄ nõ fuit cõfirmata nec habuit poſſeſſionẽ dignitatis nõ p̄t dici eligentem q̄ſi uiſſe quaſi poſſeſſionẽ iur. eligendi per ſola verba q̄ protulit. Ego eligo talem nec etiam poteſt dicere q̄ per cõfirmationẽ queraꝑ q̄ñ eſt habitus ꝓ electo q̄ ex alieno facto q̄ meo nomine nõ ſit mihi quaſi poſſeſſionẽ acquirere volenti nihil queritur: q̄ vt dicit Inno. in. d. c. ij. in glo. per monachos. v. ſed q̄rens queriꝑ eligendi quaſi poſſeſſio ex quo ſuo facto q̄ñ eligit ⁊ ex facto alioꝝ q̄ñ electio confirmatur ⁊ illi prius erant in quaſi poſſeſſione iur. eligendi patiuntur eum ꝓ electo vel patiuntur agere que p̄lati agunt. Unde ex facto ſuo iuncta patientia illorum que non dicitur perfecta ⁊ firma anteq̄ patiũtur electum haberi pro electo eis hoc patiẽtibus queritur quaſi poſſeſſio: quia in quaſi poſſeſſione querenda exigitur patientia illoꝝ q poſſidebãt. de poſtu. p̄la. bone: ⁊ ſic patientia illoꝝ habendo illum ꝓ electo trahitur ad tempus electionis ad hoc. ꝫ. eo. cũ eccleſia vbi ꝓbauerunt clerici q̄ interfuiſſent electioni triũ ep̄orum immediate p̄ñtium. ꝫ. eo. cum olim extiterit ⁊c. Tu dic q̄ ſi conſtat de voluntate habentium ius eligendi q̄ ꝑmittant alium electioni intereſſe: vt ius habentem. Credo q̄ hec ſola patientia ſufficit ⁊ Idem ſi cõſtat tacite: q̄ ſecum eligunt nec ꝓteſtanꝑ nec aliquid opponũt. Uel ſi ꝓteſtantur vel admittere nolunt ipſe quaſi poſſeſſionẽ querere intẽdit inuitis eis ꝓteſtando electioni intereſt ⁊ tacitum operaꝑ q̄ illi reuocant ꝓteſtationes ſuas. Uel ſi ipſe eis a capitulo eligit hoc ſolo actu vſq̄ ad ſecutam cõfirmationeꝫ q̄ritur q̄ſi poſſeſſio vt dicit Inno. in. d. glo. per monachos. verſi. hec tamen intelligo vera circa prin. puto tamen q̄ ſi incõtinenti eligerent vel illi electioni contradicerent vt implorando iudicis officium vel actum aliquem facerẽt quod incontinenti recuperarent poſſeſſionem: ⁊ ſibi liceret vt dicit Inno. in loco p̄alleg. C. vnde vi. l. j. de reſti. ſpo. olim. Quandoq̄ actꝰ electionis ſit a volente querere quaſi poſſeſſionem iuris eligendi tali modo quo nõ eſt clarum de patientia eligentiũ vel habẽtium ius eligendi pure: q̄ per ſe eligunt ſcientibus illis: ⁊ tunc cum habeant facultatem oſtendendi ⁊ differendi vſq̄ ad cõfirmationis actum vel alium per quem ſe gerat pro electo p̄lato in quo cõpletiue perficitur ius eligendi cum cõfirmatio ſit de parte iur. eligendi. ꝫ. de ꝯſue. cum dilectus. poterunt oſtendere impatientiã ſuam in cõfirmationis actu. poſſunt enim actum electionis pati: q̄ credunt quod nihil hil agant ⁊ expectant hec detegere ſuo. Ideo non patiuntur vt ius habenti: ⁊ ſic non queritur quaſi poſſeſſio ⁊ idem puto in iure p̄ſentandi ⁊ ſimilibus. ſit ergo cautus aduocatus articulans: vt cõcludat quod talis interfuit in actu eligendi quo fuit talis electus ⁊ confirmatus: ⁊ ꝓ p̄lato habitus ſcientibus ⁊ patientibus talibus canonicis ad quos de iure ſpectat ius eligendi: ⁊ ſimiliter in iure p̄ſtandi: ⁊ hec pro p̄ſenti ſufficiant ad laudem omnipotentis dei.

¶ De reſtitu. ſpoliato. Rubrica.

¶ Uiſo de cauſa poſſeſſionis: q̄ cã ſpoliationis poſſeſſoria: ideo de illa ſubmittit. Uel viſo qualiter poſſeſſio perdatur quia perdita reſtituenda eſt. Ideo ⁊c. Materia. ij. q. ij. iij. q. j. ⁊ repetitur. in. vj.

1 ☞ Spoliatus ſi cõſentit ſpoliatiõi de qua petit reſtitutionẽ p̄t ſibi queſtio de ꝓprietate referri. nu. 23.
2 Poſſeſſoriũ recuperande datur de iure canonico ꝓ quacũq̄ irrationali occupatione.
3 Spoliato agenti recuperande non obeſt aliqua exceptio quominꝰ reſtituatur.
Fallit ſi agat interdicto adipiſcende. nu. 24.
4 Libellus in poſſeſſorio recuperande quomodo formari ⁊ concludi debeat.
5 Poſſeſſorio recuperande agenti nulla proprietatis exceptio propoſita nocet vel admittitur niſi volente ⁊ conſentiente actore.
6 Clauſula reſcripti per quam mandatur delegato vt veritatem inquirat non importat quod procedat ipſe delegatus ad inquiſitionem extraordinarie ſed oportet quod iure ordinario inſtante parte procedatur.
7 Actor quando deficit in ſua intentione debet deſiſtere a ſuis propoſitis.
8 Exceptio notoria obſtat ad proceſſum actoris vbi notorie cõſtat de actoris defectu.
9 Libellus in poſſeſſorio concludens rem ſibi reddi bene cõcludit.
10 Poſſeſſorio recuperande agenti obſtat exceptio ꝓprietatis volẽte actore propoſita. nu. 23.
11 Reſtitutio datur parte non inſtante ex officio vbi periculum ẽt animarum imminet.
12 Contra ſpoliatum agentem poſſeſſorio recuperande admittitur cõtentio concludens ad poſſeſſorium lꝫ ꝓprietatis cõtentio nõ admittatur inuito actore. nu. 23.
Fallit in agente interdicto adipiſcende vbi incontinenti offert ſe ꝓbaturũ excepto caſu. c. literis in cauſa matrimoniali. nu. 24.
13 Pro decimis terrarum ſi rector eccleſie agat poſſeſſorio recuperande in ſua parochia exiſtentium quibus dicit ſe per aliquos ſpoliatũ a. v. annis citra ⁊ religioſi ad poſſeſſorij excluſionem dẽt articulos q̄bus per centum annos citra ⁊ vltra per tantum tempus cuius memoria non extat ⁊c. fueruntq̄ in quaſi poſſeſſione percipiendi ⁊ a ꝓteſtatione liberi ⁊ immunes admittitur talis exceptio
14 Religioſus vel monachus admittitur ad defenſionem ſine mandato.
15 Spoliato agenti poſſeſſorio recuperande non ſufficit probare dominium niſi probet de poſſeſſione ⁊ ſpoliatione.
16 Dictio alioquin quid importet.
17 De violentia aut ſpoliatione per aliquem etiam ſubditũ illata quomodo eccleſia vel dominus aut tertius teneatur inquantum res ꝑuenit ad eum ſeu quando mandauit aut ratum habuit nu. ſeq.
18 Ex familie facto dominus non tenetur niſi quãdo delinquit in miniſterio quorum operis vtuntur niſi eſſet prepoſitus ad cuſtodiam totius territorij ne committatur furtum ⁊ robaria ibi facta per extraneum ſi fuit ſciens tenetur dñs ad cuſtodiam loci ſui.
19 Uilla aut ciuitas an teneatur ex damno vel delicto ſui ciuis. nu. 19. et ſeq. ⁊ ſi teneatur ex quibus poſſit ſatiſfacere. nu. 22. ⁊ q̄ñ p̄t ꝓbari damnum. nu. 2.
20 Scire quando quis p̄ſumatur aliquid etiam ſi agatur de facto cõmunitatis.
24 Spoliato agenti poſſeſſorio vel interdicto adipiſcende obſtat exceptio proprietatis.
25 Fructus percepti ⁊ ꝑcipiendi ſunt reſtituendi agenti etiã ſpoliato poſſeſſorij materia intentata.
26 Expenſas vel ſumptus iure retinet ſpoliatus reintegratus quas in naſo donare videtur.

1 LIcet. ¶ †Si conſentit is qui reſtitutionem petit poteſt ſibi queſtio de proprietate referri. hoc dicit. In prima ſpoliati conqueſtio. In ſecunda ibi. quod ſi. Cauſe commiſſio bimembris. ſecunda ibi. Alioquin.
2 ¶ †Nota quod de quacunq̄ irrationali occupatione datur de iure canonico poſ-
3 ſeſſorium recuperande dicetur. infra eodem ſepe. ¶ †Nota ſecundo quod ab agente recuperãde excluditur omnis exceptio quominus
4 reſtituatur: ⁊ ſic contra ſe nullam admittit exceptionem. ¶ †Nota tertio practicam concluſionis libelli in poſſeſſorio recuperande peto ante omnia poſſeſſionem rei ablate reſtitui: ⁊ ſic non debet concludere rem reſtitui vide. in ſpeculo. de actione ⁊ petitio. §. ſequitur verſiculo ſed quam vocas. dicam. infra capitulo cum ad ſedem vide in ſpecul. in loco allega. §. primo. verſiculo. ⁊ ſcias. ſecunda colum.
5 ¶ †Nota quod exceptio proprietatis contra agentem recuperan-
6 de non admittitur niſi volente ⁊ conſentiente actore. ¶ †Not. quod per hec verba veritatem inquire vbi cauſa committitur inter duos non poteſt iudex ad inquiſitionem procedere ſed oportet quod cauſam agat iure ordinario inſtante parte ad quod de iudic. exhibita.
7 ¶ †Nota conſilium actoris: ⁊ moduꝫ practicandi quando actor deficit in ſua intentione vt dicatur ſibi vt deſiſtat a ſua intentione ne inanibus ſumptibus vexetur. ff. de inofficio teſtamenti lege prima.
8 †et ſic videtur quod exceptio notoria vel vbi notorie conſtat de defectu actoris obſtat exceptio ad proceſſum de quo. j. de exce. paſ-
9 toralis. ¶ †Ultio no. i poſſeſſorio poſſe ꝯcludi rẽ reddi: ⁊ ſniari: et
10 ex hoc habes aliã practicã: q̄ redditur res rõne poſſeſſiõis. ¶ †No.

quod agenti poſſeſſorio recuperande obſtat exceptio ꝓprietatis de
qua cõſtat ꝓbatione iam iudicialiter facta licet partium volũtate.
11 ¶ Opp. qͦ reſtitutio detur parte nõ inſtãte. ij. q. j. notũ. no. archi. ⁊
no. in ſpe. de peti. ⁊ poſ. §. j. ad finẽ. Sol. reſtitutio datur regł'r parte
inſtãte. Fallit primo vbi periculũ eſt aiarum: q2 ex offõ reſtituit: vt i
12 c. j. de cõuer. cõiu. no. de diuoꝛ. c. j. ¶ † Op. qͦ aliqua admittatur cõ-
tentio cõtra agentem poſſeſſorio: nã cõtendi põt cõtra agentem nõ
ſpoliatum in. c. olim. ⁊ c. accepta. Solu. nõ admittitur cõtentio pro
13 prietatis: ſed admittitur contentio cõcludẽs ad poſſeſſoriũ. † Per
hec dicunt dñi de rota ſua cõcluſiõe. cliiij. quod ſi rectoꝛ parochialis
eccleſie agat poſſeſſorio recuperande ꝓ decimis terrarum in ſua pa-
rochia conſiſtentium quibus dicit ſe per aliquos ſpoliatum a quin-
q3 annis citra ⁊ religioſi ad excluſionẽ poſſeſſoꝛij dent articulos qui
bus per centum annos ⁊ citra ⁊ vltra per tantum tempus cuius me
moria ⁊c. fuerunt in quaſi poſſeſſione pcipiendi: ⁊ a ꝓteſtatiõe libe-
ri: ⁊ immunes admittitur hec exceptio. Nõ obſtat qͦ illis reſiſtit ius
eccleſie p. c. ad decimas. de reſtitu. ſpo. quia illa loquit' in agente hec
in excipiente ad retinendam poſſeſſionem ⁊ excludendum poſſeſſo
rium duo enim nõ pñt eandem rem inſolidum poſſidere: ⁊ verbum
⁊ citra qͦ notat cõtinuationem vt no. de ꝓbatio. licet cãm. Unde cũ
cõtinuent poſſeſſionẽ nõ ſpoliant ⁊ ſic excluditur poſſeſſoriũ. j. c. cũ
14 veniens. cum ſi. ¶ † Op. qͦ nõ debuerit admitti cõuentus. de pcu.
c. j. dic quod habebat mandatum vel dic qͦ admitti' ad defenſionẽ
ſine mandato ſm Guil. no. xij. q. ij. nõ liceat. de re. ecc. nõ alie. ſi quis.
de teſti. cum olim. ⁊ per hanc remiſſionem tolluntur que ſupflue po-
15 nit. Jo. de lig. ¶ † Op. qͦ non ſufficiat nõ ꝓbare reu3 de dñio vt re-
ſtituatur niſi ꝓbet de poſſeſſione ⁊ ſpoliatiõe actoris. de reſcri. olim
16 † Solu. dicit quod dictio alioquin ſic debet intelligi ⁊ exponi ſi con
uentus nõ probauerit de dominio: ⁊ actoꝛ ꝓbauerit de ſpoliatione.
17 ¶ † Ultimo p decreta. dicit Hoſtien. ⁊ ab. eccleſiam teneri de violẽ
tia per ſuos homines illata qͦ dicit verum Hoſti. qñ res peruenit:
ad ipſam. j. eo. ſepe. vel qñ hoc mandauit vel ratum habuit. j. eo. cu3
ad ſedem. cum cõcoꝛ. §. fin. gl. tetigit. ff. de incen. rui. ⁊ nau. l. ne quid
18 † ⁊ tenuit qͦ de factis colonoꝝ ⁊ alioꝛum poſitoꝝ ad cuſtodiã agro-
rum vel reoꝛum dñs tenet ad cuſtodiam. arg. inſtit. de obli. ex quaſi.
de. §. fina. qͦ non pl3 Bart. q2 dñi nõ tenen' ex facto familie niſi qñ
delinquunt in miniſterio quoꝛum operis vtuntur: vt ſi publicanus
impoſuit familiã ad vectigal exigendum: ⁊ in vectigali deliquit. l.
j. §. familie. ff. de publi. niſi eſſet ꝓpoſitus ad cuſtodiã totius territo
rij ne cõmittatur furtu3 ⁊ robaria ibi facta p extraneum ſi fuit ſciẽs
quia dñs tenebatur ad cuſtodiam ſui loci. C. de fal. mo. l. j. ⁊ de his.
19 qui. ve. eta. l. j. ⁊ hoc dicit glo. iij. d. l. ne quid. † Uilla autem vel cõmit
tatus. Glo. t3 qͦ nõ tenetur. in aut. vt nulli iudic. §. qui vero. colla.
ix. ⁊ ibi tenet Ja. de bel. ibi cõcludit bene qͦ ⁊ dñs ⁊ villa ⁊ commita
tus ſiue fuerit dñs reſpectu iuriſditionis ſiue reſpectu ꝓprietatis lo
ci vbi delictum eſt cõmiſſum ſi fuit ſciens ⁊ ꝓhibere valens. l. j. in ſi.
ſi. fa. fur. fe. di. al's ſi non poterat nõ tenetur licet alias ſit verum qͦ ſo
la ſcientia nõ faciat quẽ teneri ex delicto niſi interueniat viſus vt. l.
ſciente. de parici. ⁊ no. per Bar. in. d. l. j. ſi fa. fur. fe. di. ⁊ not. j. de ſen.
20 excõmu. quanto. † Dicit autem vniuerſitatem hoc ſcire qͦ quando
factum eſt ita palam qͦ maioꝛ pars vniuerſitatis ſciunt. l. quod ma
21 ioꝛ ad munici. ⁊ l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. † probabitur autem
damnũ ſecundum aliquos p iuramentu3 vt. l. ſi qñ. C. vnde vi. dic de
hoc vt dixi. ꝫ. quod me. cau. c. ſi. ⁊ per doct. in. d. l. ſi qñ ⁊ per Bart. in
22 d. l. ne quid. † Et iponitur ꝓ ſatiſfactione collecta pro ſolido ⁊ libra
C. de patri. mu. l. ſi. lib. xij. ⁊ nõ in capita. l. ſi. C. de naufrag. li. xj. ⁊ te-
net ſpe. in titu. de cap. dic vt in. l. aut facta. in ſi. ff. de penis. per Bar.
⁊ in. l. iiij. §. ſi actoꝛ. ff. de iudi. poſuit hic Joã. de ligna. ⁊ ſunt verba.
23 Barto. in. d. l. nequit. ¶ † Op. cum glo. quod nõ debuerit admitti
proprietatis exceptio. j. c. in literis. ⁊ c. ex conqueſtione. cum ſi. So.
nõ admittitur inuito actoꝛe: ſed volente ſic: grauauit ergo ſe inquan
tum admiſit exceptione3 proprietatis: ſed releuauit ſe in alio: quia
poſſeſſoꝛi nõ incumbebat probatio proprietatis ⁊ modo ſibi incum
bit ſecundum Inno. ſed certe ⁊ incumbebat ex quo poſſidebat iniu
24 ſte. C. de proba. l. ius eius: ſed hoc non conſtabat adhuc. ¶ † Opp.
quod eo inuito admittatur ſi actoꝛ incõtinenti velit ꝓbare. j. eo. lite
ras. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhi. Solu. interdicto adipiſcende cõmitti-
tur ſi incontinenti ſe offerat ꝓbaturum nõ in recuperande excepto
caſu dicti. c. literas in cauſa. ſ. matrimoniali: vbi diſpenſare non põt
no. gloſ. qualiter reſtringit illum caſum glo. hic ponit ⁊ veritatem di
cit ⁊ idem dicit in. d. c. literas licet contrarium ſenſerit Inno. ⁊ ma-
le. ꝫ. titu. j. ad vltimum. Cauſa diuerſitatis hic aſſignatur ſecundu3
Hoſſ. ⁊ Hoſti. qͦ interdicta adipiſcende: ⁊ exhibitoria de facili expe
diun': ⁊ ſic de facili impediun': ſed interdictum recuperande plene
requirit cauſe cognitionem vt no. de offi. dele. cõſultationibus. Et
no. bene hoc dictum: quia qͦ no. in. l. j. C. quoꝛum bo. vt in poſſeſſo-
rijs ꝓcedatur ſummarie nõ procedit in interdicto recuperande: dic
vt dixi. in. d. c. conſultationibus. ⁊ per Barto. in. l. naturaliter. §. ni-
25 hil cõmune. ¶ † Opp. qͦ ſola poſſeſſio nõ reddatur: ſed ⁊ fructus p-
26 cepti ⁊ percipiendi. j. eo grauis. glo. fatetur. ¶ † Quero an ſumpt9
factos iure retineat glo. quod non: quia inuaſoꝛ ⁊ maleſidei donare
videtur. inſtitu. de re. diui. §. ex diuerſo. quicquid plantatur ⁊c. In-
ſti. de re. diui. §. ſi titius. immo tenetur etiam de eo quod caſu periit.
ff. de lega. j. l. cum res. in ſi. neceſſarios tamen ſumptus ſine quibus
res periiſſet retinet. C. de rei vendi. l. domum ſecundum gloſ. de hoc
infra eo. grauis. Antonius de Butrio.

1 ☞ Spoliato petenti reſtitutionem beneficij non obſtat exceptio
abiurationis facte poſt ſpoliationem ⁊ que ſit ratio nu. 12.
2 Exceptio que poteſt eſſe veriſimilis vbi opponitur ⁊ nõ eſt v eriſimi
lis ſi illa habeat preſumptionem contra ſe inueſtigandũ eſt ex iudi-
cis officio an opponatur i caſu quo nõ ſit veriſimilis ⁊ ſi ſic eſt repel-
litur alias admittitur. nu. 7.
3 Renuntiationis exceptio facte poſt ſpoliationem non admittitur
tanq̃ nõ veriſimilis contra petentem reſtitui vti nõ concludens niſi
ad ꝓprietatem. nu. 9.
4 Summarie diſcuſſum in preparatoꝛijs iudicij circa legitimatione3
iurium admittendoꝛum ad ingreſſum diſcuſſionis debet iterato ꝓ-
bari ad merita negotij.
5 Exceptio dubia que põt ⁊ non poteſt concludere admittendum nõ
ſtatim eſt reijcienda ſed ante omnia diſcutiendũ eſt an tali caſu op-
ponatur et pro tali caſu probandum ſufficienter et non per famam.
nu me. ſeq.
6 Fama nõ repellit legitimam exceptionem.
7 Iudex licet nõ poſſit ſupplere ex officio inter ptes ⁊ max' me in poſ
ſeſſoꝛijs fallit quando perſone ſunt miſerabiles vel quando eps co-
gnoſcit inter clericos ſuos idem ſi perſone nõ ſint miſerabiles vt qñ
proponitur exceptio nõ veriſimilis nõ concludens.
8 Exceptio ꝓprietatis nõ admittitur ꝫ agentem poſſeſſorio qñ ſolu3
detrahit ꝓprietati ⁊ non iuri agendi.
9 Spoliato agenti poſſeſſorio recuperande obeſt exceptio detrahẽs
iuri agendi poſſeſſorio vt q2 nega' ſpoliatio ⁊ excipi' ſpoliatũ non
poſſediſſe. nu. ſeq.
10 Actio quod metus cauſa tollitur exceptione volũtarie ſolutionis
inde ſecute.
Renuntiatio etiã beneficij facta poſt metũ illatum vel ſpoliationẽ
an tollatur exceptione tanq̃ voluntarie facta ad ſimilitudinem vo-
luntarie ſolutionis facte poſt promiſſionem metu factam vt nõ de'
remediũ poſſeſſoꝛij recuperande ſiue dicta renuntiatio ſit facta corã
iudice cõpetenti vel parte preſente. nu. 11.
13 Renuntiatione facta de beneficio in manibus eius ad quẽ ſpectat
collatio vel recipere renuntiationem an is cuius eſt recipere dicta3
renuntiationem poſſit illud bñficium conferre propria autoꝛitate
abſq3 quod illi detur licentia conferendi vt poſſit etiam poſſeſſionẽ
eiuſdem tradere.
14 Spoliatus agens poſſeſſorio an poſt annum audiatur.

1 SOllicite. ¶ † Petẽti reſtitutiõem non obſtat
exceptio abiuratõis facte poſt ſpolia
tionem poni' cõmiſſio cauſe que poſt ꝓuidet replicatio
ni: qua ꝓbata repellit exceptionẽ ibi ⁊ ſi ſubmittit rõne3
ibi: q2 nõ eſt demũ principal'r diffinitionem ibi: ſed teſtes. Jo. an. ꝓ
ſequi' intellectũ glo. ſummãdo ego aliter intelligo decre. ſcõm que3
ꝯtra agentẽ recuperande nõ veriſimilis exceptio nõ admittitur: ſ3
2 ea reiecta admittitur ꝓbatio poſſeſſoꝛij: ⁊ diffinitio. h. d. ¶ † No. ſe-
cundũ iſtũ intellectũ primo qͦ vbi opponitur exceptio q̃ põt eſſe ve
riſimilis: ⁊ non eſt veriſimilis: ſi illa habeat preſumptionẽ ꝫ ſe inue
ſtigandum eſt ex offõ iudicis an oppona' in caſu quo nõ ſit oino ve-
3 riſimilis: ⁊ ſi ſic eſt repelli': al's admitti'. † Ex hoc no. q̃ ꝫ agentẽ poſ
ſeſſorio nõ admitti' exceptio nõ veriſimilis ⁊ ꝫ quã adeſt magna ꝓ-
ſumptio. Ideo exceptio renuntiatiõis facte ante ſpoliationem ad
mitti' exceptio renuntiatiõis facte poſt ſpoliationẽ nõ admittitur
q2 nõ eſt veriſimile qͦ quis ſpõte renunciet ſpoliatus. ¶ Not. ſcõm
aliũ intellectum qͦ exceptio ſolum includẽs defectu3 ꝓprietatis in
agentẽ recuperãde: vt nõ detrahẽs iuri agẽdi poſſeſſorio nõ ob. agẽ
ti recuperãde: ſed cõcludẽs ad ſubſtatiã agẽdi poſſeſſorio illa bñ ad-
mittitur vt detrahens iuri agendi. Jͦ renũtiatio ante ſpoliatione3
admittitur: q2 concludit quem nõ ſpoliatum. Ex quo aũt ſe renun-
tiatiõe ſpoliãt: ⁊ nõ admitti' renuntiatio poſt ſpoliationem: q2 nõ
ꝯcludit niſi ad ꝓprietatẽ nõ quo ad poſſeſſione3 quã ante ꝑdiderat
4 ſm Jo. ¶ † Nota ſecundũ vtrũq3 intellectũ qͦ ſummarie diſcuſſu3
in ꝓparatoꝛijs iudicij: ⁊ circa legitimationẽ iuriũ admittendoꝛũ ad
ingreſſum diſcuſſionis iterato d3 ꝓbari ad merita negotij ⁊ ſpolia
tio probata ad finem declarandi an ante vel poſt ſpoliationem fue-
rit facta renuntiatio non proficit ad finem vt poſtea fiat reſtitutio:
ad hoc. j. de teſtibus. veniens. j. c. ex parte quod no. ¶ No. quod de-
fectus ſpei in faciliter recuperanda recludit habitum pro derelicto ⁊
5 renuntiationem inuoluntaria3. ¶ † No. quod exceptio dubia que
poteſt: ⁊ nõ poteſt cõcludere admittendum nõ ſtatim eſt reijcienda:
ſed añ oia diſcutiendũ an tali caſu oppona' qͦ cõcludit ad hoc glo.
de procurato. petitio. ¶ No. qͦ non debet admitti ad probandum
6 qͦ ꝓbatum non releuat. ¶ † Oppo. qͦ ſupflue mandet bis ſpolia-
tionem

tionem ꝓbare:nam in prin.in diſcuſſione an exceptio debeat admit
ti mādat diſcuti an ante vel poſt ſpoliationem:⁊ hic ꝓbabitur ſpo-
liatio.poſtea ſecundo incidet ſi per teſtes probetur ⁊c. Solu. primo
mandat de hoc inquirere per famam:⁊ hoc ſufficit ad reprobandam
⁊ admittendam exceptionem:⁊ hoc non ſufficit ad obtinendum in
interdicto.j.de teſti.veniens.j.nō placet hoc vt ſola ꝓbatio ꝑ famaꝫ
repellat exceptionem legitimam ſm Inn.⁊ Ho.ideo dic qꝺ primo
nō mādat inquiri de ſpoliatione:ſed de poſſeſſione:an tunc qn̄ renū
tiauit poſſideret certe:⁊ de ſpoliatione inquirit.Ideo dic ſm Joā.
an.qꝺ ꝓbatum ad vnū finē.ſ.exceptionis repellende:per viam repli
cationis ꝓdeſt bene quo ad illum finē.maxime autem qn̄ ſummarie
eſt ꝓbata cum ergo ad diuerſum finem:⁊ principaliter deducat ſpo-
liatio vt res reſtituatur oportet quod iterato ꝓbetur:quia ad iſtū fi-
nem non fuit facta nec ſufficit prima ꝓbatio in ſummario. In hoc
7 plenario ar.de te.veniens.ij. ¶ † Op.qꝺ cā ſpoliationis nō debeat
ex inqſitiōe certari:ſed inter ꝑtes cum iter ꝑtes iudex nō ſuppleat
vt.l.iij.§.hoc autem iudicium.de dam. infect.ſ.de poſtula. bone.j.
So.regulariter ex officio nō ſupplet in poſſeſſorijs. Fallit quando
perſone ſunt miſerabiles:vel quando ep̄us cognoſcit inter clericos
ſuos.xj.q.j.ſi quis cum clero. Not.bene hunc caſum ad cōtra. dic qꝺ
iudex hoc non ſupplet nec inquirit ex officio ſup principali petito:
ſꝫ bene ſupplet qn̄ ꝓponit exceptio non veriſimilis:⁊ nō concludēs.
8 ¶ † Oppo.cum glo.quod agenti poſſeſſorio in beneficio nō debeat
admitti aliquo caſu diſcutienda exceptio ſpontanee renuntiatiōis
vt pote ad ꝓprietatem cōcludēs.ſ.c.j.j.eo.in literis ſicut non admit
titur exceptio nō canonice inſtitutionis:vt.ſ.titu.j.cū ſup.Glo. re-
ſpon.qꝺ quandoqꝫ exceptio ſolum detrahit ꝓprietati:⁊ nō admitti
tur ꝯ agentem poſſeſſorio:vt in contra.qꝛ cum aliud ſit ꝓprietas: et
aliud poſſeſſio.Item ⁊ aliud ſit poſſeſſorium:⁊ aliud petitorium cō
cernens ſolam proprietatem.Non ob.agenti poſſeſſorio : cum non
detrahat iuri agendi vt.l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acquirē.
9 poſ.† Quandoqꝫ exceptio detrahit iuri agendi poſſeſſorio:⁊ eſt cer-
tum:vt quia agis tanꝙ ſpoliatus nego ⁊ excipio te non ſpoliatum
vel te tunc non poſſediſſe ⁊ hoc bene admittit tanꝙ ꝑtinens.Qn̄qꝫ
opponitur exceptio dubia que poteſt concludere ad petitorium tā-
tum ⁊ ad poſſeſſorium tantum:vel ad vtrunqꝫ vel ſi opponitur ſic ꝙ
cōcludat ad poſſeſſorium replicatur ita quod non concludit:⁊ tunc
ante oīa anteꝙ admittat exceptio iudex etiā ante ꝓbationem prin
cipalis poteſt extimare:⁊ dꝫ factum circa exceptionem an ſic ſe ha-
beat quod concludat ad poſſeſſorium:⁊ tunc admittit exceptionem
An ſic ſe habeat quod nō concludat ⁊ ipſam repellit:⁊ admittit acto
rem ad ꝓbandum vt hic.Exceptio enim ſpontanee renuntiationis
concludit ad poſſeſſorium quando fuit renuntiatio facta ante ſpo-
liationem:qꝛ renuntiatione ꝓbata perdita eſt poſſeſſio:⁊ ꝓprietas
l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqui.poſ.⁊ ſic renuntians nō potuit
ſpoliari.Ad poſſeſſoriū aūt non cōcludit quando eſt facta poſt ſpo-
liationem:qꝛ cum iam fuerit ſpoliatus poſſeſſioni quam non habe-
bat renuntiare non intendebat:vt de renuntia.cū.p.⁊ ſic ordinat ad
tollendam ſolam ꝓprietatem quā habebat.Cōcludebat ergo ad ſo-
lam ꝓprietatem:ſi ergo opponitur ſimpliciter exceptio ſpontanee
renuntiationis:⁊ non apparet an ante ſpoliationem:vel poſtea fa-
cta fuerit:vel de hoc excipiēdo:vel replicando inter partes reuoca-
tur in dubium. Iudex ante omnia examinat ſummarie an ſic oppo
natur qꝺ concludat ⁊ ſi reperitur concludere illam admittit:⁊ actorē
repellit ſi non concludit admittitur actor ad ꝓbandum:⁊ repellitur
exceptio.Ex hoc habes practicam vbi opponitur dubia exceptio:
que poteſt:⁊ non poteſt cōcludere ad intentum agentis:quia iudex
non ſtatim eam reijcit maxime ſi pars dicat eam tali caſu occurriſſe
quod concludat alio contrario replicante ſed illam debet examina-
10 re an occurrat factuꝫ exceptionis tali caſu ꝙ concludat. † Huic ob-
uiat quod videtur exceptionem indiſtincte admitti debere quia da
to quod ſpoliatus renuntiauerit precedens violentia purgatur per
ſubſequentem voluntariam renuntiationem ſic actio quod me.cau.
tollitur pro promiſſione meticuloſa ſecuta voluntaria ſolutione.ff.
de condi.ob cauſam.l.pe.dicit ibi ſolutio ordinabitur ad tollendaꝫ
exceptionem odioſam vt qꝺ eſt me.cau.vel ob turpem cauſam. hoc
ad tollendum interdictum quod fauorabile.ff.de condi. inde. l.qui
exceptionem hoc non placet:quia ſi ponderetur exceptio per reſpe
ctum ad odium inferentem:⁊ turpitudinem agentem. Ita eſt odio
ſum poſſeſſorium:ſicut ⁊ actio quod met.cauſa.⁊ condictio ob cāꝫ.
de cauſa poſ.clemen.j.Si per reſpectum ad eum cui violētia vel tur
pitudo illata eſt.vtrunqꝫ eſt fauorabile:⁊ ideo deberet ꝑiter priuile
giari:⁊ fortius exceptio.l.inuitus.§.cui damus.ff.de reg.iur.de iu-
di.intelleximus. Ideo ſecundo ſoluit hic renuntiatio non ordinat
ī reſpectum ad eum qui poſſidet nec ad eius commodum vt titulū
parandum vt.l.ſecunda.C.pro empt.l.ſi fundo.C.de rei vendi. pōt
enim ex altera cauſa renuntiare:vnde non habet in ſe cauſam tenen
di vel acquirendi per reſpectum ad poſſidentem nihil ſibi acquirit ⁊
vitium non purgatur. Ibi ſolutio ordinatur ad querendum ei cui
ſoluitur:⁊ habet in ſe cauſa non ſubſiſtente tacitam preſumptam do
nationem.ff.de ſolu.l.ſi cum aurum. Ideo ex tacita cauſa tenendi ex

actu ſolutionis ſurgenti purgatur primum vitium:⁊ mutatur cau-
ſa poſſidendi cauſa extrinſecus accidente.l.non ſolum.§.quod vul-
go.ff.de acqui.poſ.⁊.l.cum nemo.C.de acquiren.poſſeſ.per hoc vide
tur quod ſi renuntiatio fieret ex pacto:non ex renuntiatione puta ꝙ
ordinaretur ad perſonam:⁊ eius contemplatione quod purgatur vi
tium violentie:ſed hoc non placet in beneficialibꝰ cum exceptio nō
poſſit haberi cauſa tenendi in alijs procedere poſſet ſic intellige no.
per Innocen.de renuntia.ſuper hoc ⁊.e.titu a diuo.⁊ no.Jo.iij.que
ſtione.j.in ſumma:⁊ no.ſ.de ordi.cogni.cum dilectus.⁊.c. ſuper ſpo
liatione.Uel tertio hic in renuntiatione facta abſente parte:ex qua
non queritur aliquo modo aliquid vt.l.certum.§.ſi quis abſente.ff.
de confeſ.vbi in ſpoliatione facta parti ex qua queritur : quia valet
ex quo fit cum parte per que patet quod ſi renuntiatio eſſet facta ꝑ-
ſente parte quod vitium purgaret quaſi habeat vim pacti vt patet
ex no.C.de pac.l.j.ſed non puto quod nec pactum nec renuntiatio
habens in ſe tacitum pactum cum ordinetur ſolum ad tollendū ius
beneficij:⁊ ſic ꝓprietatem illa non dabit cauſam tenendi ipſi poſſidē
ti:vnde non purgabitur primum vitium etiam in alia re ꝙ benefi-
cio eccleſiaſtico.l.ij.ff.pro emp.niſi aliter impugnaretur quod con-
cluderet ad poſſeſſorium:vt.j.dicam ad hoc quod no.ff.de rei vendi.
l.hec ſi res.⁊ in.l.j.ff.pro emp. Ideo ſolu.quarto vt dicit Inno.ſ.de
renuntia.c.ſuper hoc.Solu.ad promiſſionem ſe habet vt executio
ideo illa vt proximior attracta a promiſſione:⁊ ab illa cauſata:vt in
eis implementum tendens purgat vitium promiſſionis hic renun
tiatio non eſt coniuncta ſpoliationi vt eius executio cum altero re-
ſpectu fieri poſſit merito neceſſario non cauſatur vel mouetur a pro
miſſione non ergo illam approbat vel vitium illius purgat ⁊ ſic ſal-
uatur hec lectu.Sed huic ob.quia videtur qꝺ renuntiatio poſt ſpo-
liationem concludat ad poſſeſſorium:⁊ illi detrahat:⁊ ſic conſequen
ter admittenda ſit renuntiando em̄ rē videtur habere pro derelicto:
ergo videtur voluiſſe perdere omne ius ad rem vel poſſeſſionem vē-
dicandam.ff.de acquiren.poſ.l.ſi quis in.§.differentia dic quod re-
nuntians bene habet pro derelicto ius reale ei coherens non perſo-
nale vt eſt interdictum perſone coherente facto ſuo queſito: immo
illi renuntiare non poteſt abſente parte vt no.in.l.j.C. de pact. et in
preſente renuntiatio rei non tolerat illud ex iure renuntiantis me-
rito poteſt adhuc agere poſſeſſorio:quia ad illud non concludit per
que puto quod ſi preſente parte renuntiaſſet illi iuri vel etiaꝫ pactū
feciſſet de non agendo poſſeſſorio illa exceptio admitteretur:⁊ ſic ꝓ
prie loquitur Inno.de renuntia.ſuper hoc in glo.in verbo repoſcē-
tibus.ver.ſi autem.alleg.ff.de pact.l.ſi vnus.§.pacta.per hoc deter-
minant domini de rota ſua concluſione.cccxciij.quod contra agen-
tem poſſeſſorio.etiam in beneficiali obſtat exceptio iuramēti de nō
moleſtando poſſeſſorio.alleg.no.per glo.in exceptione pacti. ſ.de
procurato.ex inſinuatione ⁊ Innocen.in dicto.c.ſuper hoc.⁊ ſpecu.
co.titu.de petito.⁊ poſſeſ.§.fina.ver.xij.ad hoc dictum Jo.iij.q.j.in
ſumma.alleg.de iureiuran.peruenit a contrario.⁊ eo.c.ad noſtram.
⁊.c.j.ſ.eo. Item qꝛ hoc iuramentum poteſt ſaluari ſine interitu ſalu
tis eterne.de iureiuran.ſi vero ad quod facit quod no. Inno.de ord.
cogni.c.fina.⁊ ponit ibi Cald.in.v.opinio.Saluo ꝙ in cauſa matri
moniali:quia illi non obſtat pactum.no.glo.in.c.literas.in glo.iij.
Non obſtat quod hoc iuramentum poſt ſpoliationem preſumatur
dolo.⁊ metu extortum:quia hec preſumptio poteſt purgari vt ſi in
inſtrumento publico quod produceretur apparet qꝺ ſponte renun
tiauit:et qꝛ dicit qꝺ ſponte ⁊ ex certa ſcientia ⁊c.nec dolo:vel fraude
⁊c.maxime quando cōtra iuramentuꝫ nihil opponitur de dolo: vel
fraude.de ſi.inſtru.cum Joannes.⁊.d.c.ſuper hoc per quos fuit illō
concluſum etiam quod illud iuramentū non ſolū extenderet ad mo
leſtationes iuris:ſed etiam facti ſecundū eos ſua concluſione.cccxc-
iij.ad hoc facit quod dixi poſt eos.ſ.c.j. Per ꝑdicta dicit lapus ſua
alleg.xxv.quod ſi pars anteꝙ ſpoliaret conſtituit procuratorem ad
renuntiandum qui renūciauit poſtꝙ fuit ſpoliatus quod exceptio
obſtat agenti poſſeſſorio:quia preſumitur voluntarie renuntiaſſe:
⁊ ſic ceſſat ratio.c.⁊ quia hec renuntiatio trahitur ad poſſeſſionem:
ex mente renuntiantis cui a tanto tempore cōmiſſionis noluit re-
nuntiare:⁊ ſic concludit ad poſſeſſionēꝫ. Item qꝛ conſtituendo pro
curatorem habetur proinde ac ſi tunc renuntiaſſet:quia hic actus a
nuda voluntate pendet vt.l.paulus.de acqui.here.⁊ quod not.in.c.
accedens.de preben.trahitur ergo ad poſſeſſorium renuntiatio cui
renuntiare voluit poſſeſſori ergo ſubrogato loco poſſeſſionis:ꝙ ꝙ
hic intellectus defendatur:vt pꝫ tex.aſſignat aliaꝫ rationem qꝺ hec
exceptio non admittitur quaſi inuoluntaria preſumatur:⁊ cauſata
ab effectu ſpei prime recuperande ex quo dabitur pro regula quod
habebit poſſeſſorium hoc aliud priuilegiū:quia vbicūqꝫ contra agē
tem poſſeſſorio opponit aliqua exceptio non veriſimilis etiam da-
to quod cōcludat ad poſſeſſorium vbi multe ſunt preſumptiones cō
tra eam repelletur opponens ⁊ non admittetur exceptio niſi tali ca
ſu cōcludatur qꝺ habeat in ſe veriſimilitudinem vt eſt renuntiatio:
quia ſi fiat poſt ſpoliationem ſemper preſumitur inuoluntaria:ſed
huic obuiat de renū.ſup hoc vbi exceptio ſpontanee renuntiatiōis
admittit:⁊ tn̄ nō eſt veriſimilis:vt ibi no.dic qꝺ ibi apponitur peti-

titorio ſecundū intellectū qđ petitorium ageretur. Ideo admittitur
qȝ nō eſt in hoc priuilegiatum. hic opponit̄ poſſeſſorio ⁊ iudicio de
facili expedibili: ⁊ tali contra ꝙ repellitur longa intētio: vt. ꝯ. c. j. ⁊. l.
ſi quis a ſe fundum. C. ad. l. iul. de vi publi. lib. vj. ſecundū hoc nō de-
beret admitti exceptio renuntiationis etiā facte ante ſpoliationē
cōtra tex. hic nā non eſt veriſimile qđ quis renuntiet beneficio mul-
tis laboribus ⁊ ſudoribus acqſito maxime in quo viuere dȝ: ſed dic
qđ lȝ non ſit veriſimilis tūc tamen maiorē hȝ p̄ſumptionē ꝯ ſe poſt
ſpoliationē. Si ergo nō habet veriſimilitudinē leuem admittit̄: ſed
cum cauſe cognitione: vt. d. c. ſuper hoc ſi magnam p̄ſumptionē: vt
qn̄ renuntiat poſt ſpoliationē quaſi p̄ſumit̄ qđ ex defectu ſpei recu-
perandi renuntiet ex toto non admittitur in poſſeſſorio de facili ex
pedibili ſic in petitorio: ⁊ hoc tangit glo. j. in princ. ⁊ gloſ. ij. dicens:
qđ ante ſpoliationē lȝ p̄ſumat̄ ꝯ renuntiationē non obeſt tn̄ p̄ſum-
ptio iuris: ⁊ de iure que non admittat ꝓbationē in cōtra. ſed eſt pre
ſumptio iuris ⁊ de iure que nō admittit nō puto qđ ſit p̄ſumptio iu
ris ⁊ de iure. Ideo puto qđ allegat̄ aliqua veriſimilitudo: vt qȝ corā
iudice vel qȝ ſane ibi nō moraret̄ vel inimitias haberet vel p̄meretur
conſcientia admitteretur exceptio dūmodo cōcluderet ad poſſeſſo-
rium: alias autem nō: ⁊ ſic pōt ſaluari iſte intellectus: ⁊ hoc ſentiunt
dn̄i de rota per ea que dixi. ꝯ. poſt eos qđ no. glo. de renuntia. ſuper
11 hoc. ¶ †Oppo. ij. qđ agenti poſſeſſorio indiſtincte obſtet exceptio
renuntiationis. j. c. pe. So. hic renuntiauit corā non ſuo: ibi corā iu
dice: quia p̄mo caſu non tollitur p̄ſumptio inuoluntarij ſecundo ſic
ff. ꝙ me. cā. l. non eſt veriſimile. Itē qn̄ renuntiatione facta corā iudi
ce: ⁊ eſt notoria: ⁊ exceptio defectus ꝓprietatis notorie obſtat agen
ti recuperande: vt no. de fil. p̄ſby. cōſtitutus. Uel ſi agatur poſſeſſo-
rio tm̄ agenti nō obſtat exceptio ſpoliationis. Si agitur petitorio:
⁊ poſſeſſorio obſtat ſm̄ glo. quaſi ex intētione petitorij videat̄ data
licētia opponendi. arg. eius qđ no. de or. cog. c. ij. puto tamē ꝙ ſi ſu-
ſpendet̄ petitoriū qđ poteſt: ⁊ ſi perſiſteret in ſolo poſſeſſorio qđ ceſ-
ſaret exceptio. ar. ꝯ. de cauſa poſ. paſtoralis. Uel. iij. ſi opponitur ex-
ceptio ſpontanee renuntiationis ſimpliciter: ⁊ nihil replicat̄ illa ad
mittitur: qȝ poſtea declarabitur in ꝓceſſu: vt in. c. accepta. Si oppo
nitur ⁊ replicatur qđ fuerit facta poſt ſpoliationē: ⁊ iudex tunc inq-
rit ſi ſic inuenit qđ ante ſpoliationem renuntiauit repellit agentem
Si inuenit quod poſtea illum admittit vt hic: ⁊ in. c. ſeq. ⁊ ſic non di-
12 ſcordant. †Cauſa autem quare obſtet ante ſpoliationem facta renū
tiatio: ⁊ non poſt eſt quia primo caſu negatur proprietas ⁊ poſſeſſio
Secundo proprietas ſola quod declara vt in primo contrario gloſ.
13 ¶ †Propter predicta ſupra de renuntiatione coram competenti
iudice reuocatur in dubium: ⁊ hoc ponit Innocen. hic quod Ioan.
and. hic transfert an poſſit is ad quē ſpectat collatio facta renūtia-
tione in manibus eius ad quem ſpectat recipere renuntiationem: il
lud conferre propria autoritate abſq; quod detur ei licentia conferē
di: ⁊ an poſſit propria autoritate ſibi tradere poſſeſſionem. ¶ Ad
primum dicit quod libere poteſt alteri conferre abſq; aliqua licen-
tia ex quo vacat renuntiatione habet poteſtatem a iure ad hoc de p̄
ben. de multa. ⁊. c. licet ep̄s. eo. tit. lib. vj. qȝ hic nullū habet collato
rem poſſidendi. ad hoc quod no. de conceſ. pre. cum noſtris. ⁊. c. lite-
ras. Cautius tamen eſt ad cautelā qđ habeat licentiā vt eſt tex. j. de
pur. ca. cum dilectus. Ideo ſi collatio ſpectet ad recipientem renun
tiationem libere poteſt conferre. Si ad alium illi mandabitur vt cō
ferat licet non mandet poterit cōferre ex mandato iuris. de conceſ.
preben. c. ij. Immo plus dicunt Innocen. ⁊ Hoſtien. quod poterit
poſtea collator ꝓpria autoritate ip̄m ſpoliare poſſeſſione: quinimo
⁊ is cui eſt facta collatio illud primum quoſdam poterit ꝓpria au-
toritate occupare quod vltimū non placet eis. De priuato per ſen
tentiam an liceat conferre non data licentia vide de accu. qualiter. ꝑ
Inno. in verbo ad diminutionem: ⁊ vide doct. de conceſ. preben. cū
noſtris. Conclude ſi queritur an abſq; alia ſententia beneficium qđ
ab alio non canonice tenetur poſſit alteri confere: dic ſi priuatio eſt
facta ipſo iure vt per renuntiationis actum vel aliter ſiue ſit idem cō
ferens ſiue alter poteſt alteri fieri collatio etiā dato qđ non ſit ſecuta
alia ſententia: quia ex quo facto eſt ipſo iure priuatus non ſpectat
alia ſententia: vt dicta eſt. Si nō eſt priuatus ipſo iure: ſed ad priuā-
dum ſpectatur ſententia: vt quando ad mandatum ep̄i clerici con-
temnunt ꝓmoueri ad ordines. ꝯ. de elec. cum in cunctis. §. inferiora
de eta. ⁊ qua. q̄ris quicquid aliqui dicant non poterit ꝓcedi ad colla
tionem niſi ante fiat actualis priuatio per ſententiam quia non eſt
priuatus anteq̄ actu per ſententiam priuetur. Hec vera exceptio ca
ſu de elec. licet canon. lib. vj. vbi eſt priuatus ipſo iure. Ideo ⁊ tunc
poteſt fieri collatio abſq; alia cognitione: qȝ in hoc exequitur offm̄
ſuum ſm̄ Inn. Sed queritur an poſſit pars comprehendere poſſeſ
ſionem ꝓpria autoritate: dic qđ nō ex quo non eſt vacans de quo ple
ne per Inno. de arbi. ex parte. de prebē. licet ep̄s. Si an collator poſ-
ſit dare eam ꝓpria autoritate hic Inno. dicit quod ſi nō eſt priuat⁹
ipſo iure nō licet auferre propria autoritate: qȝ expectatur ſentētia
j. conquerente. C. de iur. fiſ. l. fi. Si eſt priuatus ipſo iure tūc abſq; co-
gnitione poteſt priuare illum poſſeſſione: qȝ ſit priuando exequitur
officium: ita dicit hic Inno. alleg. de inſtit. c. iij. de pac. cum clerici.

Io. and. dicit quod hoc de collatione eſt verum ſed nō quo ad poſſeſ
ſionem. de preben. licet ep̄s. li. vj. Et remittit ad no. de offi. ordi. c. ij.
lib. vj. puto qđ ſi priuatio eſt facta per ſententiam nō exigit̄ alia co-
gnitio: ex quo executio fit in re ſuper quā preceſſit cognitio: vt not.
in. l. a diuo pio. ff. de re iudic. ⁊ in. c. veniens. ij. de teſti. de cauſa poſ.
cum ſuper ⁊ no. Ioan. an. in. d. c. iij. de offic. ordi. lib. vj. Si priuatio
eſt facta autoritate partis vt renuntiatione: ſi illa facta coram iudi-
ce tunc idem: qȝ illa vt notoria habet executionem promptā: vt hic
qđ intellige quando idem iudex qui renuntiationē recepit vult exe-
qui ſecus ſi alius ad quem ſpectaret collatio: quia illud nō eſſet ſibi
notorium niſi aliter ſe informaret ſi eſt facta autoritate iuris ſi factū
eſt notorium ⁊ non habet aliquam excuſationē poterit priuari poſ
ſeſſione abſq; alia cognitione. Si non eſt notoriū oportet ꝙ anteq̄
ſiat executio factum p ſententiā declaretur: vt in. c. cum ſm̄. de here.
de penis. felicis. lib. vj. ⁊ no. in. d. c. ordinarij in nouella: ⁊ hoc qȝ licet
perdatur ius ipo iure non perditur per hoc poſſeſſio: vt. l. fi. C. de ac
qui. poſ. ⁊ de publi. l. commiſſa: ⁊ quod ibi no. ¶ †Quero cum glo.
vltima an ſpoliatus audiatur per annum agēs poſſeſſorio. dicit gl.
quod quo ad rei proſecutionē actio eſt ꝑpetua quo ad penā annalē.
Hec vera de iure ciuili: de iure autem canonico v̄r quod debeat audi
ri perpetuo per tex. iij. q. j. reintegranda quod dicit verum Hoſ. quā
do agitur conditione ex ipſo canone quia actio illa non eſt inducta
a pretore cuius remedia ſunt annalia vt. l. in honorarijs. §. ſed cum
deſtiti. ff. de actio. ⁊ obli. ſed eſt remedium canonis ⁊ conditio ex. l.
que vt perſonalis eſt perpetua. C. de preſcri. xxx. anno. ⁊c.

1 ☞ Spoliato petenti reſtitutionem eccleſie vel beneficij obſtat ex-
ceptio ſpontanee abiurationis ⁊ probatur illud beneficium ſponte
reſignaſſe. nu. 4. ⁊. 6. in fi.
2 Libellus in poſſeſſorio recuperande cōcludēs peto rē reſtitui ꝓcedit
⁊ bene concludit.
3 Exceptio ſpontanee abiurationis obſtat agenti poſſeſſorio recu-
perande.
5 Exceptio abiurationis propoſita contra ſpoliatum petentem re-
ſtitui non probata non obſtat quominus reſtituat̄ ſpoliatus tn̄ eo
etiā reſtituto auditur ſi ꝓbare velit abiurationem.
6 Renuntians beneficio an perdat indiſtincte poſſeſſionem ciuilem
⁊ naturalem.

1 **Accepta.** ¶ †Petenti reſtitutionem eccleſie ob-
ſtat exceptio ſpontanee abiurationis.
h. d. In prima ꝯſultatio duo continens cōmiſſionis for-
mam: ⁊ rei exceptionem. In ſecunda ibi. Mādamus ibi
2 rn̄ſio. ¶ No. j. qđ ꝓcedit libellus in poſſeſſorio recuperande peto rē
reſtitui. ¶ No. ij. quod exceptio nō debet opponi anteq̄ conſtet de
3 intentione actoris. ¶ †No. iij. exceptionem ſpontanee abiuratiōis
obſtare agenti poſſeſſorio recuperāde: ⁊ no. qđ dicens ſpontaneam
renuntiationem aggrauat̄ onere ꝓbandi. ¶ No. quod ꝓbata exce-
ptione defectus ꝓprietatis cōtra agentem poſſeſſorio iponitur per
4 petuum ſilentium agenti. ¶ †Oppo. qđ contra agentē poſſeſſorio
nō admittatur exceptio ſpontanee renuntiationis: vt in. c. precedē-
ti. Multiplex ſolutio datur. Prima ꝙ hic renuntiauit ante ſpolia
tionē: ⁊ ſic cōcludit ad poſſeſſoriū ibi renuntiauit ſpoliatus: ⁊ ſic nō
cōcludit vel tunc nō admittitur: qȝ preſumitur qđ non ſpōte ex quo
facit ſpoliatus. Secūda qđ ibi fuit replicatum de ſpoliatiōe ante re
nuntiationē hic non fuit replicatum. Ideo non admittit̄. Tertia ſi
ſpoliatus intēdit irreuocabilē reſtitutionē. ſ. ⁊ retētionē admittitur
exceptio ſpontanee renuntiationis non vt impediat ſpontaneam
reſtitutionem: ſed vt impediat reſtitutionem: ⁊ retentionē: de quo
j. eo. in literis: ⁊ pro hoc caſu. ꝯ. de procurato. ex inſinuatione. Si in
tendit tantum momentaneam reſtitutionem tunc non admittitur
vt ibi: ⁊ ſic ſoluat Hoſti. vnde ad verbum mandamus quatenus ſup
plet Ho. ⁊ eum reſtituatis quo reſtituto: ſi vobis ⁊c. Quarta quod
hic renuntiauit coram legato ⁊ iudicialiter: vnde illa renuntiatio tā
quā notoria obſtat agenti poſſeſſorio recuperande licet ſolum con-
cludat defectum iur. agentis. Item quia tunc non preſumitur meti
culoſa: ibi renuntiauit extraiudicialiter cum hac diſtinctione debet
intelligi Hoſtien. iij. q. prima. c. j. Quinta quod hic agebatur petito
rio ⁊ poſſeſſorio: ibi poſſeſſorio tantum: ad hoc. ꝯ. de or. cog. cum di
lectus. Alij quod illa continet diſpenſationem hic ius cōe: quia cō-
tra iuramentum nō debet audiri Inno. dicit quod hic renuntiauit:
ſpoliatus autoritate iudicis exequētis renuntiationē: ibi fuit ſpo
liatus a priuato. Alij quod hic in vi cōpulſiua cui obſtat exceptio
defectus proprietatis ibi in expulſiua quod nō placet per. ver. ſpo-
liat⁹ ſm̄ Io. an. dic ſi agitur petitorio: ⁊ poſſeſſorio obſtat exceptio
proprietatis renuntiationis dum tn̄ veriſimilis cōcludatur niſi ſu-
ſpendatur petitoriū vt dixi in. c. precedenti. Si actione quod met⁹
cā obſtat exceptio. ꝯ. de renuntia. ſup hoc ſi agitur poſſeſſorio reti-
nende admittitur: vt in. c. ſeq. Si agitur recuperande: ſi opponitur
exceptio ſpontanee renuntiationis: ante ſpoliationē admittitur.
Si opponitur exceptio ſpontanee renuntiationis poſt ſpoliatio-
nē nō admittit̄ niſi renuntiatio includat ad interdictum. Si oppo-
nitur

nitur exceptio ſpontanee renuntiationis ſimpliciter admittit̃ ſi ni
hil replicatur ſi replicat̃ poſt ſpoliationẽ renũtiauit hic diſcutit̃ añ
oĩa: ⁊ ſecundũ euentũ iudicabitur: vt in. c. precedenti. Hec vera niſi
opponatur quod facta fuerit coꝛam iudice: ⁊ in iudicio: qꝛ tunc indi
ſtincte illa vt notoꝛia: ⁊ veriſimilis admittitur. Hec vera vbi agitur
de reſtitutione momentanea. Si de irreuocabili indiſtincte admit-
titur: vt poſtea quod factum eſt retractetur ſm̃ Hoſti. per hoc dicũt
domini de rota ſua concluſione. lix. qđ permutanti obſtat exceptio
renuntiationis. Si agat poſſeſſoꝛio: qꝛ voluntarie renuntiauit: ⁊ qꝛ
renuntiatio habet cauſam tenendi: ⁊ qꝛ tunc cõcludit ad poſſeſſoꝛiũ
¶ Oppo. glo. de inſti. cum veniſſent: vbi pꝫ qđ archid. agenti ſuper
iuribus cuſtodie ⁊ inſtitutionis non obſtat exceptio abiurationis.
Solu. dicit glo. quod ibi nõ obſtat archid. agenti: qꝛ perſonaliter iu
rauit: ſed nõ p̃iudicat eccleſie: qꝛ renũtiatio nõ fuit realis nec eſſe po-
tuit ad preiudicium eccleſie. Item ibi actũ fuit petitoꝛio ſecundum
alium intellectum. ¶ † Oppo. ꝙ abiurationis exceptio non admit
tatur. de conceſ. preben. poſt electionẽ dic qđ ibi non fuit ꝓbata: idõ
reſtituitur: ⁊ eo reſtituto auditur ſi velit ꝓbare abiurationem: vt ibi
dicitur. in fi. ¶ † Ultimo quero an renuntians beneficio indiſticte
ꝑdat poſſeſſionem: ⁊ ciuilẽ ⁊ naturalem dicit Innocentius. qđ li-
cet renuntiet nihilominus de facto poteſt incumbere poſſeſſioni.
vt ipſe not. de renuntia. ſup hoc: ⁊ dicunt domini de rota ſua conclu
ſione. cliij. quod ſi lite pendente poſſidens beneficium renuntiet liti
⁊ cauſe nihilominus poteſt cõdemnari in fructibꝰ per eum ꝑceptis
incũbendo poſſeſſioni facti: vt no. in. d. ſuper hoc. ⁊. c. quod ĩ dubijs:
adeo quod ſi in tali poſſeſſione ſpoliaret̃ poſſet petere reſtitutionē
vt no. in. c. ſuper hoc. Itẽ qꝛ actoꝛ non poteſt etiã poſt renuntiatio-
nẽ poſſeſſionem ingredi abſqꝫ ſuperioꝛis autoꝛitate ex quo incum-
bit poſſeſſioni de facto. de p̄ben. licet. lib. vj. ⁊. c. cum qui quod no. qꝛ
limitat oĩa p̄dicta vt inquantum exceptio ſpontanee renuntiatiõis
admittitur ꝯ agentem anteq̄ fuerit ſpoliatus. Iſtud eſt verum qñ
nõ cõſtat eũ poſſeſſiõi de facto incubuiſſe: ſecus ſi hoc cõſtaret quod
incumberet poſſeſſioni: imo ⁊ foꝛte tunc nec naturalẽ nec ciuilem ꝑ-
didiſſet: qꝛ per hoc oſtenderet ſe voluiſſe habere rem ꝓ derelicto: vt
not. in. l. ſi quis in. §. differentia. C. de acquir poſ. ⁊ dixi. ſ. de pact. cũ
pridem quod no. ⁊c. Antonius de Butrio.

☞ In poſſeſſoꝛio vel interdicto de retinẽda ſuccumbit reus ipſiꝰ
abiuratione pꝛobata.
Poſſidenti moleſtato datur interdictũ retinende licet non cõten-
dat ſe poſſidere. nu. 2. Et cum videt actoꝛem nitentem moleſtationẽ
ſuper re poſſeſſa debet incontinenti dare libellum ſuper poſſeſſoꝛio
retinende. nu. 5. nec preſumitur violenta poſſeſſio vel interdictũ ad
ſupplantandum actoꝛem. nu. 12.
Interdictum retinende vt competat nõ exigitur vt cõtendat vterqꝫ.
Interdictum vti poſſidetis qñ cõpetat pꝛo moleſtatione iur. ⁊ iudi
ciali iniuſta. nu. 4. ⁊. 12. ⁊. 18.
Beneficium petenti remedio reſtitutionis obſtat exceptio ſponta-
nee renuntiationis maxime ſi ad proceſſum concludat ⁊ ſi iurauit re
nuntiando queſtionem ſe non moturum obſtat etiã exceptio quod
illud teneat incompaſſibile.
Libellus ſuper poſſeſſoꝛio intẽtato remedio interdicti retinẽde qũo
cõcludere debeat.
Sententia ſuper poſſeſſoꝛio retinende debet ferri per viã precepti
⁊ agenti precipere ne poſſeſſoꝛem moleſtet in futurum.
Itineris arreptio ad ſedẽ. apoſto. nõ ſuſpendit iuriſditionem iudi-
cis qui cauſam ante inchoauerat niſi a tp̃e preſentationis reſcripti
reuocatoꝛij. nu. 14.
o Reſcriptum ſecundũ faciens mentionẽ de pꝛimo expꝛeſſe reuocato
tollit vigoꝛẽ pꝛimi ipſo iure ⁊ nullum reddit ꝓceſſum pꝛioꝛis a tp̃e
preſentationis. nu. 13. ⁊. 15.
1 Attentata a certo tempoꝛe reuocentur per reſcriptum ſeu manda-
tum quomodo intelligi debeat de illegitime attentatum ⁊ nõ de le-
gitime factum.
3 Clauſula generalis nõ obſtãtibꝰ quibuſcũqꝫ appoſita in ſcđo reſcri-
pto nõ reuocat pꝛimum reſcriptum niſi fuerit ſpecialis.
4 Iudicis iuriſditionē impedit itineris arreptio facta ante iudiciũ
ceptũ ⁊ iudici notificata.
6 Sñiam ſuã etiã diffinitiuã poteſt iudex reuocare autoꝛitate ſupe-
rioꝛis ſui vꝫ pape lꝫ alias in dubio non poſſit.
7 Beneficiũ nitens virtute renuntiationis facte ab eo qui aliud habe
bat beneficium ſufficit qđ ꝓbet renuntiationem factã ſed vbi renun
tians poſſidet requiritur qđ ꝓbet poſſidentem renuntiaſſe ⁊ ipſum
agentem habere ius agendi.
19 Reſcriptum ſecundum quare non reuocat quãdoqꝫ geſta facta vir-
tute pꝛimi. nu. ſeq.
20 Reſcriptũ ſecundum etiã nõ facta mentione pꝛimi qñ videatur re-
uocare ſecundum.
1 **Audita.** ¶ † In interdicto de retinenda ſuccum-
bit reus ipſius abiuratione pꝛobata. h. d.
Quo ad ti. per literas facientes etiã mentionẽ expꝛeſſam
de pꝛimis non reuocat̃ ſñia lata per pꝛimas: ⁊ ponit tres

commiſſiones. Pꝛimo pꝛimam ⁊ ꝓceſſum ipſius vſqꝫ ibi lꝫ ibi. Se-
cundã vſqꝫ ibi: qꝛ cum. ibi Tertiã vbi ꝑmittit cãm mandati ſecũdo
2 Mandatum. ¶ † No. j. ꝙ poſſidenti moleſtato datur interdictum
3 retinende licet non cõtendat ſe poſſidere: † ⁊ ſic ad hoc vt competat
interdictum non exigitur qđ vterqꝫ cõtendat ſe poſſidere ꝯ glo. c. cũ
4 dilectus. ſ. titu. j. ¶ † Nota. ij. ꝙ pꝛo moleſtatione iur. ⁊ iudiciali in
5 iuſta competit interdictum ad hoc de offic. oꝛdi. cõquerẽte. ¶ Not.
iij. vnam nouam pꝛacticam cito expediendi iudicium ꝓ parte poſſi
dentis vt cum videt actoꝛem agere cõtra eum ſuper re poſſeſſa con-
tra eum in continenti poꝛrigat libellum ſuper poſſeſſoꝛio retinẽde:
⁊ petat actoꝛē compeſci a moleſtatione: ⁊ ſuper hoc libello. Si pꝛo
bet defectum iuris agentis obtinebit: vt ſilentium imponatur ad-
6 uerſario vt non moleſtet eum. ¶ † No. iiij. qđ petenti beneficiū ob
ſtat exceptio ſpontanee renuntiationis maxime ſi concludat ad pꝛo
ceſſum: vt quia iurauit queſtionem ſe non moturum: ⁊ obſtat etiam
exceptio quod illud teneat beneficium incompaſſibile cum iſto.
7 ¶ † No. v. pꝛacticam libelli ⁊ ſententie in tali poſſeſſoꝛio: quia debet
8 cõcludere ne de cetero moleſtetur: † ⁊ fertur ſñia per viã precepti: qꝛ
9 precinitur agenti: ne de cetero ipſum moleſtet. ¶ † No. vj. qđ itine-
ris arreptio: ad ſe. apo. non ſuſpendit iuriſditionem iudicis qui añ
10 cãm inchoauerat. ¶ † Not. vij. regulã in materia reſcriptoꝛum qđ ſe
cunde litere facientes mentionem de pꝛimis: ⁊ pꝛimas expꝛeſſe re-
uocantes tollunt pꝛimas ipſo iure. ⁊ nullum reddunt ꝓceſſum pꝛio
rum a tempoꝛe preſentationis ſecundarum literarum. ⁊ non ante
etiam dato quod a certo tempoꝛe anterioꝛi iudicibus ꝓceſſus inhi-
11 beatur: ⁊ mandetur attentata reuocari. ¶ No. ex hoc quod manda-
tum vt attentata reuocentur a certo tempoꝛe ante notitiam iudicis
tanq̄ alteri p̄iudiciale refertur ad illegitime attentatum: ⁊ attenta
foꝛe antiquarum literarũ non ad legitime attentatum ſecundum il-
las q̄q̄ foꝛte attentatũ cõtra foꝛmam ſecundarũ quo ad attentatũ
ante poſt p̄ñtationẽ lr̃aꝝ refertur ad om̃e attentatũ non ſm̃ foꝛmã
ſecundarũ: qꝛ ex tunc videtur illud illegitime attentatum quod non
ſunt ſeruate foꝛme ſecundarum quod bene not. ¶ No. viij. quod at-
tẽtatum vel retractatum vi literarum male intellectarum debeat
12 ſuo ſtatu reintegrari. ¶ † Oppo. quod non admittatur hec impe-
tratio ſuper moleſtatione ad illudendum agere volenti: qꝛ pꝛeſumit̃
violenta: vt ſupplantet actoꝛem in impetrando: vt de appel. oblate.
Item quia pꝛo tali moleſtatione non põt agi interdicto vti poſſide
tis: nec poteſt cõqueri ſe iniuriatum cum nemini faciat iniuriã ⁊c.
vt. ſ. de electio. eccleſia. Dic qđ iſte litere fuerunt impetrate ſuper
interdicto vti poſſi. huic obſtat cõtra dici poteſt: ſed dici poteſt qđ
hic ꝓponebatur iudicialis moleſtatio iniuſta: ꝓ qua agitur vti poſ.
ſecus ſi agere vellet pꝛo moleſtatione iuſta: vt ibi ſic intelligo Ioan.
and. de pꝛoba. licet cauſam in verbo compeſci qui dicat quod ꝓ mo
leſtatione iniuſta iur. non datur interdictum retinende: ⁊ hoc quod
detur pꝛo moleſtatione iniuſta tenet Compo. ⁊ recitat Ioã. and. de
reſcri. mandatũ poſt gl. vbi q̃rit etiã alleg. Cõpo. ff. de rei ven. l. ſi ꝗ.
ff. ſi vſufru. pe. l. ſi. Idẽ tenet lapus ſua alle. lxvij. vbi dicit ꝙ ſola cõ-
tradictio q̃ fit in iudicio ſufficit alleg. dictũ Cõpo. ⁊ in ſpe. de ac. pe.
§. ſup actio. v. ſed q̃ ꝑſone ⁊c. in p̄n. iij. col. ⁊ Bar. ff. de no. ope. nũ. l. ſi
pꝛius in. v. op. ꝙ no. ad no. ad hoc qđ no. Io. an. de re iudi. ſuboꝛta: ĩ
verbo q̄ſi poſſeſſionẽ. Uel ſecũdo dicit Inno. qđ he litere fuerũt q̄ſi
cõſeruatoꝛie q̃ dant̃ ad finẽ tuendeꝫ vt ꝯſeruet̃ a manifeſtis violentijs
de quo remittit ad decre. ſtatuimus. de offi. deleg. lib. vj. vel ſcđm eũ
hic dicebat ſe clericũ illiꝰ eccleſie petens ibi b̄ñficiũ. de cle. nõ reſi. con
querẽte. Qñqꝫ ergo agit pꝛo moleſtatione p̄terita ⁊ futura ipedičda
vti poſ. ⁊ ſi põt ꝑt. Qñqꝫ ipetrat lr̃as tm̃ ſup moleſtatõe futura quã
timet dicẽs ꝙ aduerſarius intẽdit ipꝫ cõuenire ⁊ nõ darent̃ lr̃e et ſi q̃
obreptione trãſirẽt nõ valerent ſm̃ Hoſt. qꝛ ad futuras lites ⁊c. de re
ſcrip. ad hoc ⁊. c. ſi. Qñqꝫ clerici ipetrant ꝯ illos qui receperunt alias
eccl̃ias: vt preueniat̃ pꝛius. dic qđ põt. vij. q. j. ſi quis ep̃s ⁊. c. ſi ꝗs. de
p̄ben. de multa. Qñqꝫ impetrat ꝯ aliũ qui in ſuo b̄ñficio eſt ſubꝛoga
tus eo viuente iniuſte ⁊ põt: vt in. c. j. de cõceſ. p̄ben. ¶ Oppo. ꝙ nõ
obſtet huic renuntiatio: vt. ſ. c. ſollicite. Sol. hic allegabat violẽtia
ibi nõ: qꝛ ſolum hic agebat vti poſſi. ad ipediendum moleſtationem
13 iudicij per eũ qui ius nõ habebat eo qđ renuntiauerat. ¶ † Oppo.
quod ad reuocandas lr̃as pꝛimas nõ ſufficiat mentio generalis: vꝫ
non obſtãtibus literis ab aduerſa parte impetratis ⁊c. de dolo. c. ij.
Solu. ſubaudiendũ qđ ſpecialis fuit facta mẽtio nõ obſtãtibꝰ talibꝰ
14 literis ad tales: ⁊ ſuper talibus rebus a nobis impetratis. ¶ † Op.
quod debeat retractari geſta a tp̃e miſſionis nuntij. vt. j. de app. ſug
geſtum. ⁊. c. ad hec. Solu. miſſio nuntij nõ ſuſpendit iuriſditionem
iudicis nec vim ap. habet qñ iter arripitur: iam facta p̄ſentatione li-
teraꝝ. de ap. ſuggeſtũ ⁊ foꝛtius ſi iam ceperat cognoſcere: ⁊ de miſſio
ne nuntij nihil ſciuerunt. Unde nõ impedit̃ iuriſditio niſi tp̃e reuo-
cationis excepta ſcientia pape: ⁊ a tp̃e p̄ñtationis: vt hic. ⁊. ſ. de off.
deleg. paſtoꝛalis. §. ij. Ideo ſi poſtea aliquid fecerũt illud reuocatur.
De hac miſſione Ioan. and. remittit. de appel. vt debitus ⁊. c. ſug-
geſtum procedunt ergo contraria qñ faciunt nuntij miſſionẽ anteq̄
inciperet̃ iudiciũ: ⁊ anteq̄ litere impetrarentur. Si vero iudicium
pꝛius fuit ceptum ante miſſionem: vel litere fuerũt impetrate pꝛiꝰ: ⁊

ſciebat ſecundus impetrans ante miſſionem nuntij literas primas
impetratas tunc non impediunt prime litere.Nec ob. qđ miſſio nū
tij habet vim appellationis:ꝛ ſic debet operari etiam poſt ceptum
iudiciū p primas: vt dicto.c.ſuggeſtum:quia illa iura procedunt ſe
cundum antiqua tempora ſecundum que licebat appellare ſine cā:
hodie autem nō cū oportet cām exprimi in appellatione:quia mit-
tendo nuntium ſine verbis nullo modo exprimi poſſet de quo ple-
nius.j.de ap.vt debitus:ꝛ.c.meminimus.ꝛ.c.ſuggeſtum.ꝛ.c.dilecta
ꝛ.c.ad reprimendā.ꝛ.ꝫ.de offic.ordi.Hec vera qñ conſtat euidenter
primas literas per ſecūdas reuocatas:vbi autem eſt dubium: tunc
poſt receptionem literarū non debet ꝓcedi per primas niſi prius ne
ſcirent ꝛ diffiniretur per arbitros que quibus preiudicarent ſecun-
dum tenorem decret.de reſcript.paſtoralis.ꝛ.c.cum cōtingat quod
eſt notandum vt non ſolum tenor dicte decre.ſit ſeruādus qñ diuer-
ſe litere ad diuerſos iudices impetrantur ſed qñ ad eoſdem.Alij tñ
hoc negant quod non ſit ſeruanda forma illius decr.ꝛ hoc credo: qꝛ
non poteſt proportionari verbis illius decre.cum exigant conten-
tionem inter iudices:ſed ipſi ex regula antiqua qua poſſunt cogno
ſcere que ꝛ qualis eſt an ſit ſua iuriſditio poterunt hoc decidere:an
ſecunde reuocent primas:an non niſi forte iudices inter ſe variarēt
quo caſu equum eſſet ire ad arbitros ne artentur iterato ire ad pa-
pam:ſed melius eſt quod tunc eatur ad papam:vt eſt caſus. de offi.
15 delega.ſane.❡†Oppo.ꝙ ſecunde litere reuocent primas ꝛ proceſ-
ſum reddant nullum a tempore date.de elec.innotuit.de preben.in
ter cetera:ꝛ de deſpon.impu.ad diſſoluendum:ꝛ in.c.j.de conceſ.pre
ben.lib.vj.in.§.adijciebatur.ꝛ.§.ſequen.Hoſt.limitat hanc decret.
procedere niſi adiecta ſit clauſula per quam quicquid a tpe date li-
terarum actum eſt reuocet in irritum:ꝛ inane:vt in.d.decre.Hoſtiē.
Sed hoc videtur ꝫ iſtum tex. qꝛ hic fuit hec clauſula: vt pꝫ ibi ſi qđ
immutatum eſſet:ꝛ ibi poſtꝙ idem nuntius:qꝛ ſaltem ſecundū hoc
debuiſſet fieri reuocatio a tempore trāſmiſſionis nuntij pōt dici pri
mo quod non reuocabat papa:vel decernebat irritum : ſed manda-
bat iudicibus vt irritarent. Ideo expectatur preſentatio literarū:
vel dicit ꝛ hoc plus placet:quia aliud eſt ſimpliciter decernere nullū
a tempore date quo caſu omne attentatum reuocet. Aliud eſt decer
nere nullum vel mandari irritari quicquid ꝛc.attentatum eſt a tem-
pore miſſionis nuntij:quia illa debent intelligi vt irritentur ſecun-
dum naturam miſſionis:ꝛ ſecundum qđ itineris arreptio vel miſſio
de iure irritant.ſ.quando eſt facta ante notitiam literarū:ꝛ ante iu
diciū ceptum quod hic non erat expectatur ergo preſentatio reuo-
cationis ex quo ignorarunt iudices miſſionem nuntij vel facta fuit
miſſio poſt notitiam primarum literarum vel poſt ceptum iudiciū.
16 ❡†Oppo.qđ non poſſint delegati reuocare ſententiam latā quā-
tūcunqꝫ poſt preſentationē literarꝫ:qꝛ bene vel male ſunt functi offi
cio.de offi.delega.in literis. Solu.intellige qđ reuocabunt autorita
te iſtarum literarꝫ que nunc ſcribuntur non autoritate antiquarꝫ de
quo.j.de accu.qualiter.j.fuerunt enim hec tria paria literarū . Prīe
ad londoñ.epm ꝛ Archid.clieñ.ꝛ ipſi ſententiauerunt . Secunde ad
vigoreñ.epm ꝛ archid.Tertie ad eoſdem. ❡Quero qualiter fuerit
forma ſecundarꝫ literarꝫ.dic ſecundum Inno.qđ potuit eſſe qđ non
audirentur teſtes aduerſarij cum hoc eſſet quod fuiſſet ſpoliatus:et
renuntiauerit tempore ſpoliationis:ſed non profuit hic: qꝛ fuerat
falſum vel quia de ſpoliatione ante non fuit exceptum ante lit.cōte.
vel fuerat contumax vnde nō poterat ſe proceſſui opponere nec ap-
pellare.ij.q.vj.ſunt quorum vel ſecundum eum fuit forma que ſequi
tur quod non obſtantibus ꝛc.Sed huic contradicit finis ex quo ap-
paret quod habuerunt certum ordinem:ſed poteſt illud intelligi de
17 hoc ſolo ꝙ reuocetur ꝛc.vt ſequitur ſm Inno.† Querit glo.j.an ſuf
ficiat probare alterum iſtorum vel quod renuntiauerit vel quod ha
beat aliud beneficium.Glo.quod ſic:quia alterum ſufficit alle.iura.
hec vera dicit Hoſtien.iſto poſſidente.Sed eo non poſſidente opor
tet quod probet duo ſcilicet poſſidentem renuntiaſſe ꝛ agētem ius
habere agendi:alias licet per primum remoueretur niſi probaretur
ſecundum beneficium ſibi non adiudicaretur de reſcrip.olim:ꝛ facit
quod no.Compo.de reſcrip.mandatum ꝛ Innoc.de re iudica . cum
18 bertoldus.❡†Queritur quo iure hic agebatur gloſſ.quod vti poſ
ſi.doc.dicūt ꝙ in tali iterdicto vterqꝫ agit:ꝛ vterqꝫ impetrare poteſt
19 ſicut in cōi diuidendo:ꝛ finiū regū.de pba.ex literis. ❡†Quero de
rōne quare nō reuocent geſta.Glo.aſſignat cās generales:ꝛ eſt clara
per que que dicit hic Abb.hoc facere contra illos qui timentes con
tra ſe procedi per ordinarios ficta peregrinatione vadunt ad curiā
reportantes demum literas de quibus hic.ꝛ.j.de cle.peregri.c. vno.
Nam tales litere non viuant vt hic qꝛ per hoc ſolū iniuſte attentata
20 retractari vult ad quod.ꝫ.de arbi.expoſita.❡†Oppo.quod nō fa-
cta mentione primarum literarum prime per ſecundas reuocentur
de reſcri.ceterū.So.prime reuocent ſed retro geſta ante ſcientiā li-
terarū non ſunt nulla.An aūt ꝛ quādo reuocare incipiant ſiue impe
trentur ad inſtantiam ſiue dent ꝓprio motu vide Inno.ꝫ.de reſcri.
cū cōtingat.de conceſ.preben.c.j.li.vj.ꝛ vide de offi.deleg.ex literis.
Alie ſunt clare in glo.vltima in fine ſicut per aduentū ſucceſſoris iu
riſditio prioris expirat.ff.de offi.preſi.ſi forte:ſic vltimū rumpit pri
mum teſtamentum inſti.qui mo.teſt.infir.§.ij.Tan.

1 ☞ Spoliato petenti reſtitutionem beneficij queſtio nō canonice
inſtitutiōis nō obſtat nec referri pōt quo ad poſſeſſoriū impediēdū
vel differendū.nu.12.
2 Dictio in quot modis ſumitur.
3 Dictio cum quot modis ſumitur.
4 Reſcriptum per quod mandatur prouideri ſupplicanti de preben
da cum dignitate quō poteſt prouideri de altera tñ illa vacante vt
remaneat ſub alterius expectatione.
Fallit qñ vt qualitas adijcitur vt quia mandatur prouideas de be-
neficio cum cura nam tunc debet prouideri de beneficio cū cura.
5 Ad poſſeſſorij eſſe exigitur quem de poſſeſſione eiectum.
6 Spoliato detentori nō datur interdictū ꝛ an remediū aliqđ habeat
vt videatur poſſe ſibi prouideri p cap.reintegranda.
7 Poſſeſſorium recuperande datur pro ſola violenta eiectione.
8 In poſſeſſorio quō ꝛ quando ſufficit ſola narratio abſqꝫ cōcluſione
ꝛ libelli traditione.
9 Exceptio fundata ſuper negatiua ꝛ cōſequēter poſitio quando eſt ꝓ
babilis admittitur.
10 Poſſeſſorio agenti in beneficialibus nō obſtat exceptio non cano-
nice inſtitutionis tamen nō repellitur ſi admittatur poſſeſſorio diſ-
cuſſo vt ꝙuis non impediat momentaneam reſtitutionem impe-
diat perpetuam vt trahatur ad finē impugnandi.nu.12.
11 Poſſeſſio eſt dabilis in beneficialibus abſqꝫ canonica inſtitutione
vt defectus proprietatis tituli non impediat tanꝙ ſeparatus a poſ
ſeſſione non impediat poſſeſſionem nec effectum a ſola poſſeſſione
deriuatum.
12 Dictio prius quid importet.
13 Spoliatus etiā predo reſtituitur interdicto vnde vi lꝫ al's nō admit
tatur ad agendum.
14 Predo quare nō poſſit agere actione furti ꝓ re furata ſibi ablata
etiā contra alterum furem.
15 Predo ſpoliat⁹ quare reſtituat iure canonico vt nō videatur ex tali
reſtitutione fouere peccatum.
16 Spoliatus etiā predo incontinenti ab eo quem ſpoliauit nō poteſt
agere poſſeſſorio.
Fallit ſi ex interuallo.
17 Contra ſecundo ſpoliantem agens quem ſpoliauit primo de eadꝫ
re nunquid poſſit repelli exceptione prime ſpoliationis.
18 Uſurarius contra vſurariū non agit.
Fallit vbi ex delicto non cauſatur ius agendi.
Fur contra furem agit pro re etiā furata vbi ex delicto nō cauſatur
ius agendi.
19 Spoliatus predo quare poteſt reſtitui poſſeſſione p interdictum vñ
vi vbi quis in dubio vr non poſſe habere poſſeſſionē niſi ea pro iure
ſuo vtatur.
20 Si de poſſeſſione ciuiliter ꝛ violentia criminaliter agatur dꝫ prius
cōſtare de poſſeſſione.
21 Actio petitorij ꝛ poſſeſſorij recuperande poteſt ſimul ab eadē parte
accumulari.
22 Poſſeſſorio adipiſcende agenti obſtat ꝓprietatis exceptio vbi ſta-
tim offertur ꝓbatio ꝛ quid in beneficialibus. nu.26.
Dolo facit qui petit quod incontinenti reſtitutur⁹ eſt ꝓcedit in poſ
ſeſſorio adipiſcende ꝛ non recuperande vel retinende.
23 Poſſeſſorio recuperande agenti quomodo videatur poſſe obſtare
exceptio dominij.
24 Spoliatus predo quibus rationibus dubitandi videatur non poſ
ſe agere in materia beneficiali et quare poteſt petere reſtitutionem.
Poſſeſſorio agenti in materia beneficiali que requirantur.
25 Spoliatus agens poſſeſſorio in materia beneficiali narratqꝫ ſe legi
time ac canonice poſſediſſe dicitqꝫ ſe ſpoliatum ꝛ petit reſtitui non
producit ſuā intentionem nec dicitur p quem ſit inſtitut⁹ an debeat
admitti ad probandum.
26 Spoliato agenti poſſeſſorio quando videatur poſſe obſtare ꝓprie
tatis exceptio.
27 Renuntiationis exceptio qñ videat poſſe obſtare poſſeſſorio agen
ti etiā in beneficialibus.
28 Ad quaſi poſſeſſionē incorporaliū que requirantur tā ex parte qren
tis ꝙ eius contra quem queritur.
29 Ad quaſi poſſeſſionem incorporaliū que requirant ex pte rei in qua
ius queritur.nu.ſeq.
30 Poſſeſſio vel quaſi an tota acquiratur apprehenſa pte rei vt fundo
rum ſpectantium ad rem de cuius poſſeſſione contenditur.
31 Poſſeſſio ſeu quaſi quibus modis amittatur.
32 Poſſeſſionis ſeu quaſi iurium incorporaliū effectus qui ſint.nu.32.
vſqꝫ ad ſi.c.
33 Prelato an poſſit obijci qđ nō ſit platus ꝛ qñ non poſſit agere noie
proprio pro rebus particularibus vel eccleſie.
34 Epiſcopo exiſtēti i quaſi poſſeſſione iuris beneficij qñ fieri debēt ſo
lutiones debitorum ratione dignitatis.
35 Electio facta per exiſtentem in quaſi poſſeſſione violenta vel male-
fidei

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

ſīd ei iuris etiaꝫ alicuius actus pertinentis ad illud ius dato qđ eis
nõ adſit vera iuris proprietas eſt nulla tñ venit caſſanda.
Fructus perceptos ꝛ conſumptos quos teneatur poſſeſſor maleſi-
dei reſtituere.

**In literis.** Materiam huius.c.quo ad glo. In
nocentij.hic diffuſas vide in.c.fina.
ſ.de cauſa poſ.In cõmento tamen pro cõi curſu lec. non
1 obmittã que hic dicunt.† Petenti reſtitutionẽ beneficij
queſtio nõ canonice inſtitutionis nõ obſtat nec referri põt.h.d.Po
nitur queſtio ipſius rñſio:ꝛ rñſionis ꝓbatio.partes patent.ſcias ꝙ
Pau.de liaꝫ.cõmentauit hanc decre.ꝛ ponit ſuper quolibet verbo
2 cantilenã.Lego lrãm poſito caſu.† in.hec dictio ꝑ ſe ſumpta aliqñ
notat terminũ ad quẽ:aliqñ terminũ in quo.de adul.ſignificaſti.de
preben.dilectus.de eta.ꝛ quali.vt hi qui.de regu.vt ꝓfeſſores.in cle.
3 iuncta no.† cũ aliqua dictione aliqñ ſumit̃ pro valde:aliqñ pro ſiue:
ꝛ alijs diuerſis modis notatis in ſpec.de diſpu.ꝛ alleg.§.preter hec.
ver.olim ſup.i.deſuper ſic ſumit̃.xxxi.q.j.quõ de virginibus.de ord.
cog.c.ſi.de accu.ſup his.Aliqñ ꝑ vltra vel preter.ff.de peri.ꝛ cõmo.
rei ven.l.habitationũ.in auſ.de nup.§.ſine aũt.cum.i.qñ ſic ſumitur
de cõmo.c.j.C.ne ſena.vel cla.l.j.de cle.cõiug.qđ ad te.ff.depo.l.pu-
blica.C.e.ti.l.ſi quis.ff.de peti.heredi.l.ſi quis poſſeſſor.in ſi.Aliqñ
ponit̃ pro qꝛ.de elec.cũ in cunctis.de re.ec.nõ alie.c.ſi.ff.qui ſat.cog.
l.ab arbitro.ff.de in ius vocan.l.vlti.de excep.c.j.Aliqñ pro vt.ff.de
mor.infe.l.negat.l.j.§.que depoſita.ff.depoſi.Aliqñ ponit̃ ꝑ ꝙuis-
ff.ex qui.cau.ma.l.ab hoſtibus.in prin.C.de epiſ.ꝛ cle.cũ olim.Ali
qñ ponit̃ copulatiue.ff.cõmo.l.ſi certo.§.ſi me rogaueris.ff.de vſuf.
l.j.ff.de leg.j.l.titie.§.nihil.ꝛ.l.ſi quis inquilinos.§.ſi ita.An aũt cõ
iungat acceſſorie vel eque principaliter recitat hic Pau.verba Dy.
ff.de fun.inſtru.l.ſi cui fundũ.Dy.dicit qđ quo ad verbalẽ coniun-
ctionem nõ refert an dicat ille ꝛ ille:an ille cũ illo quo ad mentalem
ſenſum ſic alij dicunt qđ ſi dictio cũ ponit̃ inter res quarũ vna venit
acceſſorie ad aliã tunc nõ tenet̃ copulatiue:ꝛ nõ idem operat̃ ꝛ cum
vt dicta.l.ſi cui.l.j.ij.ꝛ.iij.ac.iiij.ff.de pecu.le.inſti.de leg.§.ancillas.
et.d.§.que depoſitis.de ſepul.de his.qui cle.vel moñ.c.inſinuante.
de preben.pro illorũ.in ſi.c.grauis.Si ponit̃ inter res quarũ vna nõ
eſt acceſſoria alteri.Idem operat̃ qđ copula vt predictis iuribus.ff.
de vſufruc.accre.l.is qui titio.ꝛ hanc opi.tꝫ Ja.de ra.in ti.de verb.
ſig.ponens ibi concor.ad hoc.de regu.cũ iure.de cõuer.cõiu.ex pte.
de ord.cog.c.ij.in prin.de ſortile.c.j.de coha.cle.c.pe.cũ ſi.ratio pre-
dictorum eſt.qꝛ hec dictio cũ notat vnitatẽ ꝛ coniunctionẽ rerũ:ꝛ ꝑ-
ſonarũ ꝛ per ꝯñs diuerſitatẽ.de his que ſi.a prela.nouit.de vi.ꝛ ho.
cle.c.ij.de ꝯuer.cõiug.ad apſicam.ad idẽ de elec.qꝛ diligentia.ꝛ.c.cũ
in cunctis.de ap.c.pe.lib.vj.Ad vtrãq; partẽ facit ne ſe.vac.c.vno.
de reſcrip.ſi ꝓpter.c.lib.qñ aũt notat diuerſitatẽ ſimul requirit̃ vtrũ
q;:qñ aũt vnit copulatiue nõ niſi natura negocij vel forma mandati
aliud inducat.ff.de leg.j.ſi ancillã cũ liberis.ꝛ.l.ſicui.ij.ꝛ.l.ſi quis in
quilinos.§.ſi.ita.ff.de verb.ſig.l.triplici.ff.de ma.te.ſi ita ſiunt.ff.de
4 vſufru.accre.l.ſi mulieri.de reſcrip.cõſtitutus.cũ ibi no.† per que vi
detur qđ ſi mandat̃ ꝓuideri de ꝓbenda cũ dignitate altera tm̃ vacã-
te de illa poterit ꝓuideri:ꝛ erit ſub expectatione alterius nõ vacan-
tis:ſicut ſi ſcribit̃ copulatiue de preben.qꝛ ſepe.lib.vj.ſecus ſi vt qua
litas adijcit̃ vt ſi dicat̃ ꝓuideas de bñficio cũ cura ꝓpter formã man
dati.eo.ti.cui de nõ cũ concor.ẽm Pau.rigorẽ.i.ſubtilitatẽ no.Jo.
l.di.vt conſtituerent̃.vbi no.differentiã inter rigorẽ: ius:ꝛ diſpenſa
tionem.de quo in Spec.ti.ij.in tractatu diſpenſationis.ver.notan
5 dum.¶ † No.j.ad eſſe poſſeſſorij exigi quẽ de poſſeſſione eiectũ.j.e.
olim.ꝛ.c.cũ ad ſedẽ.ꝛ cũ indefinite loquat̃ eſt idẽ in poſſeſſione ciui-
li.C.vnde vi.ꝛ.ff.de vi ꝛ vi ar.ꝑ totũ.ſiue naturali.l.j.§.vnde interdi
ctum.ꝛ.§.ſi igitur.ff.de vi ꝛ vi ar.ad hoc qđ hic dicit de beneficiato:
6 ſiue teneamus ipſum vſufructuariũ ſiue vſuariũ.† Detentori autẽ
nõ datur hoc interdictũ:ꝛ an habeat aliquod remedium no.glo. de
dolo.cũ contingat.ꝛ de hoc in.l.ſi.C.de preto.pig.in Spec. de ꝓmo
et ſcđo decre.§.iam nunc.de effectu.ver.ſed nunquid miſſus.in ſi.v.
col.l.neratius.ff.de condi.fur.ꝛ an ꝑ detentione detur canõ.Aliqđ
in.l.manifeſtiſſimi.§.ſed cũ.in ſecũda.C.de fur.ꝛ an ꝑ detentione de
tur canon reintegranda dixi ibi.ꝛ in.c.ſepe.j.eo. ¶ Aduerte tñ qđ
datur interdictũ pro rebus detentis acceſſorie:vt dixi in.c.ſuper.ſ.
7 de cau.poſ.¶ † Not.ij.qđ pro ſola violenta eiectione datur poſſeſ-
ſorium recuperande per qđ patet qđ ſtricte interdictũ vnde vi cõpe-
tit pro alia iniuſta priuatione:ſed ſecundũ canones latius patet.
8 ¶ † No.iij.etiam in poſſeſſorio ſufficere ſolã narrationẽ abſq; con-
cluſione pro opi.Jo.j.q.iiij.qꝛ preſulatus.de quo.ſ.de cau.poſ.cum
eccleſia.dixi.de lit.conte.c.j.ꝛ hoc maxime vbi agit̃ de iuribus vt ne
gatoria vel cõfeſſoria tutius tñ eſt porrigere petitionẽ ẽm Hoſti.qꝛ
iuxta formã petitionis dictanda eſt ſententia.Procedit primũ in
his in quibus iudex ex officio ſupplet:vt dicit Joan.de ligna.ſ.c.j.
9 ¶ † No.iiij.qđ admittit̃ exceptio fundata ſuper negatiua:ꝛ conſe-
quenter poſitio maxime qñ ꝓbabilis eſt:vt hic quis aũt ꝓbet tũc di
xi.ſ.de elec.cum dilectus.per Inno.de accu.ſuper his.de dolo.cum
10 olim.ꝛ de eo qui fur.ordines rece.innotuit.¶ † Nota quod contra
agentem poſſeſſorio in bñficialibus nõ obſtat exceptio nõ canonice
inſtitutionis:ꝛ hoc quia nõ detrahit iuri agendi poſſeſſorio ſup nu
11 da poſſeſſione nõ ſuper tituli ꝓprietate fundato. ¶ † Et no.poſſi-
bile dare poſſeſſionem in beneficialibus abſq; canonica inſtitutiõe:
ꝛ ſic defectus ꝓprietatis tituli vt ſeparatus a poſſeſſione.l.natura-
liter.§.nihil.ff.de acqui.poſ.nõ impedit poſſeſſionẽ nec effectũ a ſo
12 la poſſeſſione deriuatũ.¶ † Not.qđ contra agentem poſſeſſorio lꝫ
nõ obſtat exceptio nõ canonice inſtitutionis quo ad impediendũ:
vel differendum poſſeſſoriũ:nec admittat̃:vt cũ illo diſcutiatur.ex
toto tamen nõ repellit̃ ſi admittitur differenda ꝛ diſcutienda poſſeſ
ſorio diſcuſſo:vt ſic exceptio que nõ potuit habere finẽ repellendi:
trahatur ad finẽ impugnandi.ad hoc glo.ſ.de ordi.cog.c.ij.in gl.ſi.
Item lꝫ nõ impediat momentaneã reſtitutionẽ impedit tñ ꝑpetuã
ꝛ irreuocabilẽ.ad hoc.ſ.de ꝓcurat.ex inſinuatione.ꝛ hoc ꝓcedit in-
telligendo qđ dictio prius notet ordinẽ reſpectu eiuſdẽ inſtantie vt
ſic ſit ſenſus vt prius de violenta eiectione in eadẽ inſtãtia agatur
ideſt diſceptetur quã de nõ canonica inſtitutione põt etiam notare
ordinem reſpectu diuerſe inſtãtie vt ſic ſit ſenſus litere:qđ agi debet
prius de violenta eiectione:quã agatur de canonica inſtitutione.q.
d.qđ he queſtiones.vt nõ cõpaſſibiles nõ poſſunt agi in eadẽ inſtan
ta:ſed prius in inſtãtia prima dꝫ poſſeſſoriũ expediri:poſtea in alia
inſtantia dꝫ agi petitorio:ꝛ ſic intelligit hic Pau.ꝛ hic no.verbum
agi.dat ſimile.xxvij.q.j.priuſq;.¶ Procedã hoc ordine.Primo ex
pediam quaſdã oppoſitiones literales.Scđo expediã materiam in
trinſecam capituli.Tertio veniã ad glo.Inno.quã reducam ad ali-
qualem ordinẽ per modũ ſumme:ꝛ in quolibet paſſu vel concludam
13 veritatem vel pro concluſione alibi remittã. ¶ † Oppo.primo qđ
predo nõ admittatur ad agendum:qꝛ repellitur ab agendo acti.ad
exhibendum.ff.ad exhib.l.hac actione.§.ſi metũ.nõ agit edicto ne
vis fiat ei.ff.ne vis ſi.ei.l.j.§.hec verba.Item nõ agit furti.ff.de fur.
itaq; fullo.Solu.his actionibus nõ agit vt ibi:ſed interdicto vnde
14 vi qđ fundatur ſuper ſola poſſeſſione bene agit.vt hic.† laborat hic
Jo.an.ad aſſignandam diuerſitatis rationem quare nõ agit furti:ꝛ
agit interdicto.Prima ratio aſſignatur hic ꝓpter frequentiã deli-
cti furti que ceſſat in ſpoliatione:qꝛ quis facilius inuitatur ad furã
dum ꝙ ad inuadẽdũ.ff.de pac.ſi vnus.§.pacta.ꝑſuaſiua eſt.ꝛ ſi odiũ
delicti deberet hoc operari att ẽdi deberet etiã in iterdicto:quia ex
eo plura mala ſequuntur ꝙ ex furto vt.l.quoniã multa.C.ad.l.iuli.
de vi.pub.Secunda quia a fure potuit fur cauere:ideo cũ habeat de
lictum furantis ſcđo annexã culpã primi nõ agit primus:ſed nõ põt
predo ſibi precauere a violento:ꝛ ſic non hꝫ delictum annexam cul-
pam agere volentis.Non placet qꝛ dolus ſcđo furantis prepondera
re dꝫ culpe primi.vt.l.ſi obſtetrix.ff.ad.l.aqui.Tertio ratio qꝛ actio
furti infamat:ideo furi nõ datur.ff.de his qui not.infa.l.furti inter-
dictum non.ff.de vi ꝛ vi ar.l.neq; vnde vi.Quarta ratio quia niſi in
terdictum daretur predoni delictum vltimo ſpoliantis remaneret
impunitum cũ primo ſpoliatus cõtra vltimo ſpoliatum agere non
poſſit vt ibi no.ſed dñs rei põt agere contra furem licet immediate
fur nõ agat ꝛ hoc:qꝛ ꝛ primus ꝛ vltimus ſibi furtum facit cum vterq;
eo inuicto cõtractet.inſti.de obli.que ex quaſi deli.§.furtum.Eſt tñ
caſus in quo agit fur de equitate.ff.de fur.l.qui vas.§.ſi ego.vt ſi ti-
bi polienda dederim veſtimenta tu illa titio accõmodaueris:ꝛ titio
furto ſubtracta ſint agis furti:lꝫ fur ſis alteri cõmodando ſine mea
voluntate.Hec ratio nõ ꝓcederet ſcđm ius noſtrũ:qꝛ ꝛ contra iſtuꝫ
agi poſſet per dñm cõdictione ex decre.ſepe.Glo.laborat in ſoluẽdo
contra.l.j.§.qui vi a me.ff.de vi ꝛ vi ar.ꝛ in illa.l.itaq; ſi illo.ꝛ ponit
predictas ſo.ꝛ ponit aliam rõnem ꝛ hec ſit.v.quia agens interdicto
agit.de delicto in ſe nõ a ſe cõmiſſo:ſed agens furti agit de delicto a
ſe cõmiſſo.q.d.ẽm Bart.delictũ violentie cõmittitur in perſonam:
predo deliquit in perſonã nõ circa rem merito agit:ſed furtũ cõmit-
titur circa rem ab vtroq;.Ideo fur cõtra ſcđm furem non agit furti
ne eo reſpectu agat quo reſpectu deliquit.Et per hoc patet qđ deli
ctum violentie dicit̃ in perſonali de quo remittit in.l.licitatio.§.ꝙ
illicite.ff.de publi.Ratio nõ placet Bar.quia concluderet violenta
tum poſſe agere contra.ij.violentantẽ dato qđ prius:al's poſt violẽ
tiam cõmiſiſſet de re pro qua agit qđ eſt contra.l.j.§.ꝛ generaliter.
ff.de vi bo.rap.quia ſicut nõ agit furti fur cõtra furẽ.Ita nec vi bo.
rap.raptor contra ſcđm raptorem.dicit ergo fur nõ agit furti ꝯtra
furem:quia actio furti fundatur ſuper intereſſe:ſed furis nõ poteſt
intereſſe niſi quia furtũ fecit:ꝛ furti alteri tenetur:fundaretur ergo
ius agẽdi ſuper delicto immediate repellit̃ ne ex improbitate actio-
nem conſequat̃.Predo aũt agendo vnde vi cauſat ius agẽdi ſuper
poſſeſſione quã habet:ꝛ licet illam habeat iniuſte nõ cogitur imme
diate agere ex ſua improbitate vel illa detegere agendo nõ dicit enĩ
quia vt predo poſſideo:ſed qꝛ poſſedi ꝛ ſpoliatus ſum.fur aũt agen-
do furti cogetur dicere ago furti:quia intereſt cum alteri teneat fur-
ti:al's furtũ.Idem ſi violentus poſſeſſor agat contra ſecũdo ſpolia-
tionem vi bo.rap.quia fundat ius agẽdi ſuper intereſſe in illa actio
ne repelletur.vt.d.§.generaliter.Per hoc patet quod ſi nauta ſub-
trahit rem poſitam in naui:ꝛ illa poſtea ſibi ſubtrahatur:quia cogi
tur agendo dicere qđ tenetur furti:furti agere nõ poteſt.l.ſed ꝛ ipſe
ff.nau.cau.ſta.Per hec patet ſi depoſitarius doloſe verſatur circa

rem.agat contra furãtem:quia non agit niſi reſpectu intereſſe:quia
tenetur ex dolo furti agere non poteſt.ff.depoſi.l.j.§.is apud.ſecus
ſi ex lata culpa conueniretur:⁊ ageretur furti vbi venit dolus tantũ.
l.j.ff.de fur.vt not.Jaco.de are.in dicto.§.is apud.ad hoc.l.j.§.⁊ ge
neraliter.preallega.per hoc patet quod ſi fullo cõmodat veſtes que
ſunt ſubſcripte cõmodatario:quia ius agẽdi fundat quia ſua inter-
eſt cum teneatur ex conducto ſi res non reſtituat:⁊ ſic nõ fundet ius
agendi ex eo quia furtum commiſit cõmodando quod agit.vt.l.qui
vas.§.ſi ego.alias ago.ff.de fur.Per hoc patet quod ſi fur contra fu
rem velit agere triticaria ratiõe ſolius poſſeſſionis:quia fundat ius
agendi ſuper poſſeſſione:⁊ non ſuper delicto quod agere poteſt. vt
no.in dicta.l.itaqꝫ fullo.⁊.l.ſi.C.de fur.per Cy.ad hoc.l.inficiando.
15 §.infans.¶ †Oppo.ſecundo quod predoni non debet fieri reſtitu
tio ſaltem de equitate canonica:quia tenenti cum peccato nõ debet
fieri reſtitutio.vt.j.eo.literas.⁊ qꝛ ius canonicum non debet nutri-
re peccatum.de reſcrip.c.ſi.de conſue.c.ſi.⁊ in regula poſſeſſor.de re
gulis iuris.lib.vj.dicit.Pau.quod hoc facit ius nõ in fauorem ſpo
liati:ſed in odium violenti.Hec non ſatiſfacit. quia odium alterius
non excuſat peccatum meum:dic ergo ⁊ eſt de mente litere quod in
ſpecta naturali equitate predo non eſſet reſtituendus:ſed ſecunduꝫ
rigorem bene reſtituitur:vt hic ⁊ ſi dicas quare ius nõ amplectitur
equitatem.Reſpondeo ius canonicum inquantum eſt penitentia-
lis fori ſemper amplectitur equitatem contra rigorem:ſed inquan-
tum eſt contentioſi amplectitur rigorem quando nõ detegitur eui-
dens peccatum.Unde agentem poſſeſſorio admittit:licet predo ſit
quia non admittit ad diſcutiendum hoc an ſit predo : ſed ſi cõſtaret
eum eſſe predonem bene repelleret:quia iam detectum foret pecca-
tum:vt patebit.j.intelligenda eſt ergo litera etiam predo reſtituen-
dus eſt:ideſt qui vere eſt predo ⁊ predo allegatur eſt reſtituẽdus an-
tequam hoc ſit detectum:nec ad hoc detegendum quis admittitur
16 ante reſtitutionem.¶ †Oppo.tertio quod predo non agat poſſeſ-
ſorio.l.iij.§.cum igitur.ff.de vi ⁊ vi arma.j.eo cum olim.Dic alium
ſpolians a tertio ſpoliatus agit poſſeſſorio vt hic ſed ſi is quem ſpo
liaui me ſpoliat incontinenti non ago quia licet vnde non ago. Si
me ſpoliat ex interuallo poſſum agere poſſeſſorio : quia oportet qđ
vltima ſpoliatio purgetur ff.de vi ⁊ vi arma.l.ſi colonus.l.cum fun-
dus.Non ob.ff.quod vi aut clam.l.ſi alius.§.belliſſime.quia ibi agi
tur interdicto alio.ſcꝫ quod vi aut clam.⁊ ſic reſpon.ad.l.partus.§.
queri poteſt.quia loquitur in actionibus competentibus ad inter-
eſſe quod ceſſat.Ideo non agunt per que dicunt quod ſi cogo debi
torem meum ad ſoluendum mihi non poteſt agere quod metus cau
17 ſa:quia ſua non intereſt vt.j.eodem titu.l.j.§.ſi.†Nunquid aũt agẽs
contra ſecundo ſpoliantem quem ſpoliauit primo de eadem re poſ
ſit repelli exceptione prime ſpoliationis quod videtur per.§.belliſ-
ſime.Hoſtien.contra.vt no.ſ.de ordi.cogni.c.ſi.quia oportet quod
18 purgetur ſecũda ſpoliatio:ideo non admittitur exceptio. ¶ †Op
po.iiij.quod non agat fur contra furem:quia nõ agit vſurarius cõ-
tra vſurarium de vſuris.c.quia fruſtra.Solu.dicit Vinc.hoc eſt ge
nerale illud ſpeciale in odium criminis.Ideo delinquens cõtra de
linquentem non repellitur ab agendo vbi ex delicto non cauſat ius
19 agendi niſi vbi apparet expreſſum:⁊ hec eſt vera ſolo.¶ †Oppo.v.
quod non agatur maxime pro iure incorporali per predonem:quia
vt agere poſſit oportet quod vtatur vt pro iure ſuo.alias nõ poteſt
habere poſſeſſionem.ff.de iti.actuqꝫ pri.l.ſi.⁊.l.prima.§.ariſto.ff.de
aqua quoti.⁊ eſti.Solu.dicit Pau.ſo. patere ex ſcriptis per Inno.
ſ.de cauſa poſſeſ.cum eccleſia ſutrina.quo ad habitum poſſeſſionis
ſufficit quod intendit vti vt pro iure ſuo:licet non credat ſed ſciat ſe
ius non habere quo ad hoc vt illis interdictis agatur ad tuendum
vſum que ſunt retinende oportet quod vtatur vt pro iure ſuo . Ita
quod non ſit clandeſtinus violentus aut precarius poſſeſſor vt ibi
⁊.l.j.in ſi.ff.vti poſſid.quod ad partum alias actum poſſeſſorij recu-
perande:etiam predo vtens vt pro iure ſuo:licet ius non habeat au
ditur dum tamen hec nõ conſtet vt hic:⁊ dixi ſupra . Idem eſſet etiã
in interdictis ad tuenduꝫ inquantum ageretur cõtra tertium a quo
non habet vitioſe vt not.in dicto.c.cum etiam.per dictam.l.j.in ſin.
20 ¶ †Opp.cum glo.j.quod primo agatur de poſſeſſione quã de vio-
lentia:⁊ ſic ſimul agi non poſſit de violenta electione. C. de appel-
lationibus.l.prima.Solu. ſi agitur ⁊ in dubium reuocatur tam de
poſſeſſione quis poſſederit quam de violentia prius diſcuti opor-
tet queſtio poſſeſſionis quam violentie: quia de violentia conſtare
non poteſt niſi conſtet de poſſeſſione. Item dicit Goffre . ſi agatur.
de crimine violẽtie criminaliter:⁊ de poſſeſſione ciuiliter ad hoc.ff.
ad.l.iul.de vi pub. l.qui cetu.⁊ ſic alio modo poteſt illa.l. intelligi.ſ.
l.prima.C.de appellationibus.Sed ſi de poſſeſſione ⁊ proprietate
prius diſcutitur queſtio poſſeſſionis propter priuilegium poſſeſſo
21 rij:vt hic.¶ †Oppo.quod poſſit vtrunqꝫ ſimul accumulari poſſeſ-
ſorium ⁊ petitorium vt.ſ.de cauſa poſſeſſio.Ad vltimum dic ſi accu
muletur aduerſa parte: ſiue per viam agendi : ſiue proprietas per
viam excipiendi:prius agitur de poſſeſſione violẽta: vt hic:propter
priuilegiũ poſſeſſorij.Si accumulentur ab eadẽ parte:poſſunt accu-
mulari ⁊ poſſeſſorium ⁊ petitorium.vbi agitur recuperande:ſecus ſi
agitur retinende.qꝛ nõ poſſunt:cum ratio naturalis ſuadeat vt alter
poſſideat:⁊ ab altero poſſidente petatur: de quo dic vt.ſ.c. paſtora-
22 lis.ſ.c.cum dilectus.¶ †Opp.qđ agenti poſſeſſorio obſtet proprie-
tatis exceptio:qꝛ dolo facit qui petit qđ in inſtanti eſt reſtituturus.
ff.de exce.doli.l.dolus.Sol.illa ꝓcedit in petitorijs. In poſſeſſorio
autem recuperãde non habet locum:quia ſpoliatus ante omnia eſt
reſtituendus:⁊ ſic propter priuilegium poſſeſſorij in adipiſcende ha
bet locum ſi ſtatim offeratur probatio:vt.ſ.cap.j. ⁊ no.in.l.iij.§.ibi-
dem.ff.ad exhiben.⁊ no.gloſ.j. de reſtitutio.ſpoliato.literas: et hoc
verum in vera violentia:ſecus in quaſi violentia:de qua. C.vnde vi.
cum querebatur:quia tunc obſtat exceptio vt ibi not.gloſ.⁊ Barto.
in.l.ſi de vi.ff.de iudi. In retinende autem adhuc non habet locum:
quia agens retinende nil petit ab alio quod reſtituturus ſit:ſed pe-
tit ne moleſtetur ſaluo niſi ageret pro turbatione ciuilia:ex retentio
ne naturalis:vt.l.clam poſſidere.§.qui ad nũdinas per gl.ff.de aqui.
poſ.⁊ not.de probatio.licet cauſam:quo caſu:quia non poteſt deſice-
re moleſtatio.niſi naturalis reſtituatur:⁊ ſic aliquid petit ſubiacens
reſtitutioni:obſtabit exceptio dolo facis:dummodo qui opponit ſe
incontinenti offerat probaturum.Inquantum dixi exceptionẽ ad-
mitti:hoc verum ſi opponens ſic opponat quod excludat proprie-
tatem ab agente:et fundet eius intentum in proprietate:qui oppo-
nit tunc eſſet reſtituturus:ſecus ſi tantum opponat defectum pro-
prietatis:qꝛ illi tunc non eſt reſtituturus:ſed alteri:et exceptio dolo
facis non habet locum:niſi quando quis eſt reſtituturus excipienti:
ſecus ſi tertio.ff.ſolu.matri.l.ſi ſocer.§.lucius .et not.Dyn.in regula
dolo.ff.de regu.iur.lib.vj.⁊ cum hac limitatione intelligo Dyn.ibi
inquantum dicit indiſtincte obſtare exceptionem dolo facis agen-
ti retinẽde:de qua poſt Cal.in.c.cum dilectus:de cauſa poſſeſ.et hoc
ponit Butri.in.l.finali.ff.de iudi.ſic debet intelligi dictum Goffre.
23 hic:⁊ ſupra de offi.dele.venerabili.¶ †Oppo.qđ agenti poſſeſſorio
recuperande obſtet exceptio dominij vt patet.ff.depoſi.l.bona fides.
So.quandoqꝫ exceptio dominij opponitur a ſpoliante:⁊ nõ obſtat
exceptio:vt hic.Quandoqꝫ opponitur a tertio:⁊ obſtat:vt ibi: quia
poſſeſſorium obtinet priuilegium contra ſpoliantem tantum:quod
no.hec dic vera quando ius tertij eſt ſeparatum a iure ſpoliantis:ſe
cus ſi ita cõnexum qđ non poſſit opponi:quin inferat commodum
ſpolianti.Ideo contra mulierem poſſeſſorio repetende viruꝫ nõ po-
teſt tertia mulier opponere de proprietate matrimonij cum marito
etiam ſi incontinenti ſe offerat probaturã:quia per hoc iuuaret ma-
ritum ſpoliantẽ:vt no.Inn.de ſpõ.veniẽs.Per hoc dicũt dñi de ro
ta ſua concluſione.cxliiij. quod contra agentem poſſeſſorio contra
titium ſe poteſt opponere gaius:⁊ agere petitorio:quia priuilegiũ
vt ſileat petitorium fundatur ſuper odio ſpoliantis: ⁊ non extendi-
tur ad tertium ſicut ⁊ in ſpoliationis exceptione que nõ opponitur
contra tertium agentem.de reſtitu.ſpolia.frequens.lib.vi.alle.c.ſi.
de ordi.cogni.de cau.poſ.cle.vnica.Idem tenent latius diſputãdo
ſua concluſione.cccc xxvij.quia peccata ſuos debent tenere autores.
C.de penis.l.ſancimus.de his que ſi.a ma.par.cap.que ſunt.cum ſi.
Non obſtat de reſtitu.ſpolia.olim.vbi poteſt opponi de ſpoliatio-
ne facta a tertio:quia ibi non opponitur ꝓceſſui ſed executioni ſm
Archidia.in dicto.c.ſi quis . Uel ibi non eſt exceptio ſpoliationis:
ſed inopie vnde ſpoliatio cõcludens inopiam bene prodeſt quo ad
tertium:ſed non alia ſimplex que exceptio concludens inopiaꝫ cau
ſari poſſet etiam aliunde quã a ſpoliatione ſicut in naufragio ⁊ in-
24 cendio.¶ †Oppo.⁊ aduerte hic quia intro ad intellectum.c. vide
tur quod predo non agat poſſeſſorio in beneficiali:⁊ ſic ei obſtet ex-
ceptio non canonice inſtitutionis:patet quia beneficium nõ poteſt
haberi nec poſſideri abſqꝫ canonica inſtitutione.de inſti. ex frequẽ
tibus.in regula.j.de regulis iuris.lib.vj.ergo ceſſante canonica in-
ſtitutione ceſſat poſſeſſio non datur ergo poſſeſſorium . Item ſicut
libero homini vt poſſideatur reſiſtit ius ideo in ipſo non datur poſ
ſeſſio abſqꝫ titulo. Ita beneficium vt poſſideatur reſiſtit ius abſqꝫ ca
nonica inſtitutione non datur ergo poſſeſſorium niſi oſtendatur ti
tulus.quia non datur poſſeſſio.ad hoc.j.c.ex parte.Patet tertio qꝛ
in matrimonio carnali non datur poſſeſſorium niſi ꝓbetur titulus
matrimonij:ergo non datur poſſeſſorium in matrimonio ſpiritua-
li niſi probetur titulus.patet primum.j.c.ex parte.⁊ quod ibi nota.
Sunt ergo hic poſſeſſoria mixte nature in quibus abſqꝫ titulo non
concluditur poſſeſſio nec datur poſſeſſorium:vt in ſimili in.ſi.§.qui
dam.ff.de interdic.Reperiuntur varia dicta.quidam dicunt vt bo
nagui.aretinus:vt recitat Archidia.de eo qui mit.in poſ.cum qui.
lib.vj.qđ oportet agentem poſſeſſorio recuperãde in beneficiali ali
quid oſtendere de titulo:alias repellitur:quia poſſeſſionem nõ con
cludit abſqꝫ titulo.ad hoc.alle.iij.q.j.§.patet.de eo qui mit. in poſ.
c.cum qui.lib.vj.xxiij.q.ij.quia vero.de conſec.diſt.iij.qui in mater-
nis.hoc eſt contra iſtum textum ⁊.c.cum ſuper.ſ.tit.j. vbi predo re
ſtituitur. Innocen.dicit hoc nõ exigi quod ꝓbetur titulus.⁊ in hoc
eſt cautus agendo poſſeſſorio:quia non cogitur oſtendere titulum
vbi ſi ageret petitorio aggrauaretur ad illum oſtendenduꝫ oportet
tamen quod oſtendat ſe cõſummatum vel ſuperioris autoritate in-
greſſum poſſeſſionem vel eius ad quem ex officio pertinet dare ad-

miniſtrationem

miniſtrationem vel poſſeſſionem per inſtalationem vel alium modum conſuetudinarium vel etiam per patientiam ⁊ ſciētiam vt hic ⁊.j.eo.ex parte.⁊ no.ſ̄.de poſtula.prela.bone.ij. Hanc opi.ſequitur Archidia.de eo qui mit.in poſſeſ.c.eum qui.lib.vj. ⁊ allegat pro caſu.c.cum ſuper.ſ̄.de cauſa poſ.qui eſt bonus tex.in materia. In alia parte glo.in ver.iuris autem canonicalis dicit quod illius acquiritur quaſi poſſeſſio ſi generaliter vtatur patientibus illis qui poſſident.alleg.ff.de ſerui.quo ⁊c. Ipſe etiam Innocen. de poſtul. bone ij.in glo.magna.ver.⁊ hoc dicimus ibi alijs videtur dicit qđ quo ad habitum poſſeſſionis nō exigitur ſuperioris autoritas: ſed quo ad habitum poſſeſſionis nō euidenter iniuſte exigitur ſaltem patientia habentis poteſtatem inſtituendi. Nam nō exigitur hoc vt probetur iuſta: ſed exigitur vt non concludatur euidenter iniuſta: ⁊ dicit qđ talis ſic euidenter iniuſta nō parit poſſeſſorium. Idem Innocen.in.c.ex parte.j.eo.dicit qđ poſſeſſionem iuris canonicalis quis cōcludere pōt eo qđ aliquem actum exercuit ꝓportionabilem tantum beneficiato ⁊ nō alteri qui actus reperiri pōt: ⁊ etiam in iure canonicali: ⁊ in alijs puta intereſſe electionibus communibus tractatibus ⁊ prebendam recipere. Secus ſi actus eſſet ꝓmiſcuus ad alios de elect.cum cauſam.de regula.c.ij. ⁊ hoc dicit ſibi plus placere quā illud quod notat hic Glo.in clemen.j.de cauſa poſſeſ.in verbo ſolū. per illud verbum arguit qđ cum poſſit beneficiatus ſuſpendere petitorium in ſolo poſſeſſorio ꝓcedendo videtur qđ poſſeſſorio agēs non habeat iuſtificare poſſeſſionem nec ꝓbare titulum.alleg. hic.c. ſed dicit volens ſe defendere: dic qđ aliud eſt intentare petitorium: aliud iuſtificare poſſeſſionem ex titulo.alleg.qđ dicitur de cauſa matrimoniali.j.c.ex parte.ad hoc.c.ad decimas.lib.vj.quia poſſidenti ius reſiſtit.primum tamen tenet ibi gen̄.alleg.de reſtitu.ſpolia.ſepe de poſtula.prela.bone.ij. Joan.and.in addi. Specu.in titu.de reſti.ſpolia.dicit referre an agatur de acquirenda quaſi poſſeſ. prelature vel alterius beneficij a canonicatu: ⁊ exigitur autoritas vel patiētia ordinarij collatoris ſic ſoluat dictum Innocē.hic.⁊.c.bone.ij.de poſtula.prelato. Si agitur de habenda quaſi poſſeſſione canonicatus etiam ad finem agendi poſſeſſorio: vel alterius beneficij in cōgregatione: dicit qđ altero de tribus modis cōcludit quaſi poſſeſſionem: primo exercendo aliquos actus tātum canonico proportionabiles ſicut intereſſe electiōibus tractatibus cōmunibus: ⁊ prebendam recipere ſtallum in choro habere vel domum habere ſolis canonicis cōſuetam.de quibus.de preben.dilecto. Secundo ſufficit qđ actus ꝓmiſcuos exercuerit proportionabiles canonicis ⁊ alijs dum tamē exercuerit vt canonicis. Tertio modo.ſi videtur reputatur ⁊ tenet pro canonico.alleg.not.per Specu.in titu.de teſti.§.nunc videndū in materia articulorum: quam ibi ſcripſi in ver.multum etiam. Habet cōmunis cōcluſio modernorum poſſeſſionem in beneficialibus nō cōcludi aptam ad partum poſſeſſorij: niſi ex titulo aliquali coloretur: ⁊ hoc tenuit Bel.in cle.j.de cauſa poſ.⁊ ſic dicit curiam ſeruare per regulam.j.de regu.iuris.⁊ hoc tenuit etiam Paul.de liaz.in dicta clemen.hoc tenent dn̄i de Rota ſua conclu.cclj.⁊ Abb. Joan.and.⁊ Paul.in locis.prealleg. licet recitant quendam Ni. cremon̄. tenuiſſe cōtra.ſua concluſione.ccclxxxv.per hoc.c. Idem dicit in ſua cōcluſione.cccej.⁊.ccccxiij. Idem Spec.in titu.de teſti.§.nunc videndum.ver.ſed pone.alleg.iij.q.j.§.patet. Lapus de caſti.ſua alle.xxv. tenet qđ ad petitionem rei cōuenti nō eſt neceſſe qđ oſtendat titulū vel colorem poſſidendi ante reſtitutionem nec ſpolians de hoc pōt queſtionem referre: ſed ex officio iudicis ſic: quia antequā reſtituat debet ſe titulo informare: ⁊ ſi de titulo legitime conſtat vel ſaltem ꝑ ꝓbabiles preſumptiones: debet eum reſtituere ſi vel cōſtat eum nō reſtituit: per que dicit qđ ſi opponatur qđ beneficium eſt reſeruatū iudex ex officio de hoc cognoſcere habet antequā reſtituat: ⁊ ſic dicit ſe viua voce audiuiſſe a Joan.cal.in decre.ex parte.j.c. ⁊ dicit qđ hic firmabat pro cōcluſione vera.de hoc etiam aliquid tangit idem ad literam ſua cōcluſione.liij.ad fin.⁊ dicit qđ honeſta ⁊ iuridica eſt cōcluſio: ⁊ qđ ſic practicaret.idem cōcludens cōcluſione.xxxj. ibi tamen ſentire videtur qđ ex longa poſſeſ. ſatis coloretur poſſeſſio: vt agere poſſit ad qđ facit qđ not. Inno.de reſtitu.in integ.c.ij.in glo. per monachos. hec ſunt que ſcripta reperio. Ad huius euidentiam premitto qđ licet nuda poſſeſſio pariat poſſeſſoriū regulariter. Hoc eſt planum quando eſt iuſta: ⁊ quando eſt dubium an ſit iuſta quando autem eſt euidenter iniuſta nō parit poſſeſſorium.no. Innocen. ſ̄.de poſtula.prela.bone.qđ dictum recitaui ſupra. Idem not.de cā poſ.cum eccleſia.in verbo affuiſſe.in prin.ad hoc. de reſtitu. ſpolia. ad decimas.lib.vj.de preſcrip.c.j. Ad ꝓpoſitum tamen in hac materia ſic videtur concludendum ſi agitur de habenda poſſeſſione corporalium rerū bn̄ficij tenēdo ꝙ poſſideat vere poſſeſſiōes bn̄ficij: qđ an ſit verū tangā.j.dic qđ ſi ille vocātes ſint ſtatim ipſo ingreſſo poſſeſſionē acqrit abſq; ti. Et ſi ab alio cuſtodiant ſufficit qđ intimidet aius cuſtodis: ad hoc vt ec.bn̄.c.j.in ſi.xij.q.ij.nō liceat. Et ſi nō appareat quis alius ſic cuſtos in dubio eſt ep̄s.vide de off. ord.cū nos.de inſtitu.cum veniſſent.verba ſunt Innocen.de poſtul.prela. bone.j. in glo.magna.ad ſi. Si intendit habere quaſi poſſeſſionem reſpectu tituli: quam ſolum vt puto de iure habet reſpectu iuris adminiſtrādi vt dicam.j.tunc dico qđ eam non poteſt habere abſq; ſcientia: et patientia eius a quo pendet ius transferre: quia hec eſt impropria poſſeſſio que haberi non poteſt niſi per patientiam.l.iiij.§.dare. ff. de vſufru.l.quotiens.de ſeruitu.⁊ not.ſ̄.de cauſa. poſ. cum eccleſia. de offi.ordi.cōquerente.cum ſimi.⁊ ſic opi. Innocen.hic.⁊ in.c.bone in glo.magna.verſi.item dicimus eſt vera.ad habitum ergo poſſeſſionis nō exigitur alius titulus expreſſus: ſed ſufficit alius titulus putatiuus ex ſola patientia nec in canonicatu puto ſufficere ſcientiam: ⁊ patientiam canonicorum niſi qn̄ ab eis pendet poteſtas cōferendi vel poſſeſſionem transferendi: ⁊ hoc inquātum agitur de acquiſitione poſſeſſionis alicuius particularis iuris quod transferre pendet a ptāte canonicoꝝ in illo ſufficeret patiētia canonicoꝝ vt in ptāte eligēdi vel itereſſendi caplo vel choro ⁊ in ſīſibus.ſ̄.c.cū eccl̄ia de ele.cumana.⁊ in.c.in geneſi.de poſt.ꝑla.bone.ij. Si vltra hoc intendit finis poſſeſſorij recuperādē: ſi conſtat ex patiente ſuperiore habet ingreſſum: licet hoc ſignificat ad poſſeſſionem non ſufficit ad partum poſſeſſorij: ſcd̄m ſtilum curie: quia oportet aliter poſſeſſionem colorare: quia eo qđ non appareat autoritas ſuperioris hic eſt euidenter iniuſtus poſſeſſor cui non competit poſſeſſorium niſi forte aliquem actum expreſſum feciſſet per quā approbaſſet vt admittendo ad oſculum ⁊ ſimilia.vt in.c.ex ore.de his que ſi.a ma.par. ca. ⁊ in.c.dilecto de prebend.vel niſi antiquiſſima ſit poſſeſſio: quia eo ipſo ex hoc coloratur.vt not.in.c.ij.de reſtitu.in integ.alias.hoc intruſus dicitur non habens autoritatem ſuperioris: ⁊ euidenter iniuſtus poſſeſſor cui nō datur poſſeſſorium. Non tamen exigitur qđ oſtendat validitatem electionis ⁊ confirmationis quo ad formalia etiam vbi ⁊ incumberet alias ꝓbatio: ſed ſufficit qđ extēdatur quo ad formam extrinſecam ſuo aſpectu validam: nec admittitur tunc queſtio de non canonica electione vel titulo. ex quo primo aſpectu ſe ad rudia principia validam oſtendit: ⁊ puto quicquid dicat Cal. ⁊ bel.qui idem dicit in clem̄.j.qđ nedum officium iudicis: ſed inſtantiam partis ſic habet colorare poſſeſſionem: alias euidenter eſt iniuſtus poſſeſſor cui non tribuitur poſſeſſorium: ſed inquantum vellet aduerſarius cōpellere ad oſtendenduꝫ titulum etiam quo ad formalitates ⁊ iuſtitiaꝫ intrinſeca non poſſet niſi in hoc ſuppleret officiū iudicis: ſic poſſent intelligi predicti doc.⁊ ideꝫ puto ⁊ fortius ſi agat vti poſſidetis.alias poſſeſſio clandeſtina preſumeretur: que non parit poſſeſſoriuꝫ: vel euidenter iniuſta: ⁊ hoc tenet Bertran.in clemē. j.de cauſa poſ. Non obſt.l.cogi.C.de peti.here.quia nō compellitur quis iuſtitiam tituli oſtendere: ſed bene colorare. Item illud veruꝫ quando poſſeſſio non habet contra ſe preſumptionem: vel nō eſt euidenter iniuſta abſq; coloratione: quia res eſt informiter poſſidibilis ſecus ſi certo modo tantum poſſidibilis ſit: vt hic. Hec vera inquantum intendit finem reſtitutionis momentanee cōtra parteꝫ: inquātum intendit finem reſtitutionis irreuocabilis.quo ad iudicem: vt in ea cōfirmetur oportet qđ doceat de canonica inſtitutione: de procuratoribus.ex inſinuatione: nec tūc ſufficerēt colores.ad hoc de teſti.ex parte.a.in ſi. Et aduerte qđ quo ad momentaneam cōtra partem non exigitur probatio tituli: apertiſſime probat illud.c.ex inſinuatione.exigitur tamen: vt dixi qđ aliter coloretur. Nunquid autē coloretur cōfeſſione partis de titulo cōfitentis: videtur qđ nō: quia per cōfeſſionem partis nō probatur titulus.vt not.de eo qui mit.in poſ.cum qui.li.vj.⁊ de cōfeſ.c.ſi.c.lib.dicunt domini de rota ſua cōclu.cccej.hoc ſufficere: quia licet nō probet inſtitutionem: tamen colorat poſſeſſionem in odium ſpoliantis. Idem dicunt concluſione. ccccxiij.quia ad partem poſſeſſorij ſufficit ſola colorata poſſeſſio: argu.de cōceſ.preben.cum noſtris.⁊.c.ex parte.j.eo. Non obſt. predictis hoc.c. quia ſupponit predonem reſtituenduꝫ: quia debet intelligi quia in corporalibus predo reſtituitur: ſicut et in icorporalibus non canonice inſtitutus: qui tamen habet colorem: vel predo eſt reſtituendus quando nō euidenter cōſtat eum predonem: ⁊ iniuſtum poſſeſſorem. Ideo caute dicit text.qđ exceptio non canonice inſtitutionis non obſtat: ⁊ non dicit nō inſtitutionis: ⁊ ſic loquitur quādo erat inſtitutus ⁊ non manifeſte iniuſtus poſſeſſor. Quandoq; intendit finem poſſeſſionis: quo ad finem agendi: per viam attentati: qđ eſt facilius in agendo: vt patet ex no.de priuile.alr̄.de reſcrip.ex parte.ſ̄.de ma.⁊ obedien.cum dilecti.ſ̄.de appel.bone: tunc dicunt domini de rota ſua cōcluſione. xiiij.qđ licet vbi agitur poſſeſſorio: exigitur qđ poſſeſſio coloretur: nō vbi agitur per viam attentati: q; nullo ordine tunc proceditur: ⁊ ex puro ⁊ mero iudicis officio: et q; plus offenditur tunc quia iudex ⁊ pars offenditur: ⁊ offenditur etiā lex inhibens talia attentare: vt lite penden.per totum. Item quia via attentati eſt magis priuilegiata: de quo in locis prealle.⁊ de appel.cum teneamur per Jo.mo.⁊ Hoſtien.de elec.cupientes. Hec vera dicunt doc.niſi clare liqueret de non iure petentis retractari: per no.per Innocē.de ſi.preſby.cōſtitutus.de diuor. ſignificaſti. ⁊ quia ſua intereſt ⁊c.de elec.cum inter. R.ij.q.vj.nō ſolent.de teſti. veniēs preſertim ſi intendat hec reuocatio ad reſtitutionē poſſeſſionis a de pte lit.penden.ne detur vitioſus ingreſſus: de eo qui mit.in poſſeſ. c.cum qui.lib.vj.⁊ hoc tenet Old.in.q.ſuis. Hoc vltimum dicūt ſua cōcluſione.lij. Hoc autem dicit verum in concluſione.xiiij.vt nō fiat

ad petitionem partis:ſi tamē iudex propter cōtemptum ex officio
non ꝓmotus illam vellet reuocare poſſet in penam attentantis et
contēnantis per hoc tamen nō reſtitueretur poſſeſſio illi de cuiꝰ nō
iure conſtaret:ſed ꝓuidendum eſſet tertio per habentem poteſtatē.
ad hoc quod not. de cōſti. cum. M. per Innocen. de accuſa. ad peti-
tionem. de diuor. porro. de hoc an vie attēptati obſtet exceptio no-
toria. vide Inno. de appel. bone. Si ergo queritur an cogatur quis
titulum in beneficio oſtendere ſimiliter eo petente:⁊ ſi agit poſſeſſo
rio hoc ſatis declaratum eſt ſupra. Si agit petitorio vt ſi petat ſuā
reſtitutionem ratam haberi vel quid ſimile debet ꝓbare titulū ſm
Innocen. in. c. ex inſinuatione. de ꝓcurat. ad hoc qđ not. in. c. illud.
de preſump. ⁊ quia nō ſufficit tunc ſolam ꝓbare poſſeſſionem: ⁊ ſic
ꝓcedet qđ eſt dictum etiam ſi poſſideat. Si petitur ab alio vt iudice
vt oſtendat titulum cōpellitur ad petitionem iudicis oſtendere ti-
tulum. de offi. ordi. ordinarij. lib. vj. Si petitur vt oſtendat titulum
a collatore vel inſtitutore:alias nō iudice ⁊ tunc ſi in eum cōſenſit nō
poteſt petere vt oſtendat titulum de his que ſi. a ma. par. cap. ex ore.
hoc verum quando tale eſt vitium in quo potuit collator diſpenſa-
re:alias nō ꝓficeret patientia. de preben. dilecto. de cle. cōiug. diuer
ſis. quolibet tamen caſu auditur collator ſi vult ꝓbare defectum ti-
tuli:quia poteſt dato qđ cōſenſit ⁊ hoc quia iſtius intereſt vt dimit
tat eccleſiam quam canonice nō tenet vt cōferat alteri: ⁊ quia aliqñ
punitur ſi nō conferat. de conceſ. preben. c. ij. ⁊ de preben. de multa.
Si nō conſenſit tunc cōpellitur oſtendere titulum niſi eſſet talis pre
ſumptio que in collatorem transfunderet onus ꝓbandi. vt no. Cō-
poſt. in decre. capitulum. de reſcrip. Si queritur an ad inſtantiā ad
uerſarij cogatur oſtendere titulum tunc ſi ius reſiſtit poſſidenti co-
gitur oſtendere titulum ad petitionem aduerſarij:vt quia poſſidet
duo incompaſſibilia. vt in decre. de multa. ⁊ in decre. extrauag. Jo.
execrabilis. Hoc tamen dicit verum Pau. ſi aduerſarius doceat ali
quid de ſuo intereſſe:quia dicit beneficium ad ſe ſpectare: ita quod
ſua interſit vt ille beneficium dimittat: vt ſic vel cogatur dimittere:
vel cauſam detentionis oſtendere. Si ius nō reſiſtat poſſidenti non
arctatur ad docendum titulū vt. l. cogi. de peti. here. ⁊. ſi. q. j. legum.
de quo in dicto. c. ex inſinuatione. per glo. no. Compo. in dicto. c. ca
pitulum. ⁊ no. in. c. cum bertholdus. de re iudi. per Innocen. de hac
materia in regula prima. de reg. iur. lib. vj. de offi. ordi. ordinarij. eo.
lib. ⁊ ibi per Archid. ⁊ alios. ⁊ de ſimo. licet helv. vbi per Hoſtien.
25 †Ex his deciditur quid ſi agens poſſeſſorio narrat ſe legitime ⁊ ca-
nonice poſſediſſe dicit ſe ſpoliatum: ⁊ petit ſe reſtitui nō ꝓducit ſuā
inſtitutionem nec dicitur per quem ſit inſtitutus an debeat admitti
ad ꝓbandum multi de curia:vt refert collector ſua cōclu. cclj. dicunt
eum admitti:quia poſtea poterit ꝓbare hoc per teſtes. de teſti. pre-
ſentium. Itē quia ſufficit deducere colorem qui ſatis deducitur:eo
quod dicit ſe canonice poſſediſſe fatentur qđ oportet qđ poſtea per
teſtes color ꝓbetur:nec ob. incertitudo vel generalitas:quia illa po
teſt poſtea per teſtes ꝓbari: ⁊ ad certitudinē reduci ⁊ ſpecificari. ad
hoc dictum Inno. ⁊ Jo. and. de teſti. fraternitatis. vbi ad concludē
dam perſcriptionem ſufficit articulus qđ legitime preſcripſit: lȝ nō
dicat qđ cum titulo tali poſſedit. alleg. not. de cau. poſ. cum eccleſia
ſutrina. de preben. cum de beneficio. lib. vj. de elect. cumana. facit qđ
not. Innoc. de libel. obla. c. ij. vbi ſufficit narrare tale quid ex quo in
genere concluditur ius agendi:licet nō ſpecificetur ſic qđ excludant
caſus in quibus nō cōpetit. Ad hoc glo. de ꝓcura. ex inſinuatione.
vbi admittitur dubia exceptio:quia poteſt cōcludere ⁊ nō conclude
re:cum poſtea poſſit in proceſſu detegi ⁊ declarari. Collectori vide-
batur cōtra quia articulus nimis eſt vagus. ff. de dolo. Idem. ff. de
iniur. pretor. de elec. vt quis duas. lib. vj. Item quia canonica inſti-
tutio eſt verbū iuris ad quem requiruntur multa. de reg. iur. li. vj.
c. j. Verba aūt iuris nō cadunt in teſte. de teſti. cum cauſam. ad hoc
alleg. quia licet generalia ſi actu eſſent ꝓbata ſufficerent in repellen
do. nō tamen ſufficiunt in ꝓponendo. vt not. Archi. de elec. vt circa
ſuper verbo omnia. ad hoc cle. cōſtitutionem. de elec. ſed illa loquū-
tur qñ formaliter in ꝓpoſitione exigitur ſpecificatio qđ hic nō eſt te
ne ergo primum. Nec ob. qđ teſtis nō deponat per verba iuris:quia
licet teſtis nō habeat deponere:ſed per verba facti. Articulus tamē
⁊ narratio petitionis pōt fieri per verba iuris: licet cautius ſit quo
26 ad teſtem vt fiat per verba facti;vt clarius ꝓbet teſtis. ¶ †Opp. ꝙ
agenti poſſeſſorio obſtet ꝓprietatis exceptio patet. ſ. de ſi. preſ by.
conſtitutus. de diuor. porro. de reſtitu. ſpolia. ad decimas. lib. vj. ff.
ad exhiben. l. iij. §. ibidem. So. ſi queritur an agenti poſſeſſorio adi
piſcende de incorporalibus. vel alijs a beneficialibus dic qđ ſic:dum
modo ſe offerat incōtinenti paratum ꝓbare vt dicto. §. ibidem. no.
ſ. c. j. ⁊. j. c. literas. hoc in poſſeſſorijs alijs a beneficialibus. in benefi
cialibus autem dic vt. ſ. de cau. poſ. cum olim. ⁊ ibi remiſi. ¶ Si que
ritur an agenti poſſeſſorio retinende obſtet ꝓprietatis exceptio dic
qđ nō:licet Dy. tenuerit cōtra. in. c. qui ad agendum. de regu. iuris.
lib. vj. ⁊ Cy. in. l. ij. C. de edic. di. adri. tol. quia nō licet impune turba
re eo quia ſit dominus:nec licet etiam ſpoliare niſi inquantum age
retur ne turbaretur in ciuili;reſpectu naturalis retente:quia retinēs
poſſet opponere exceptionem dominij dūmodo incontinenti ꝓba-
ret. Ad primum facit. l. ſi de eo. §. ſi. ff. de acquir. poſ. qđ tenet Bart
in. §. nihil cōmune. ⁊ in. l. ſi de vi. ff. de iudi. niſi qñ vterq; ſe cōtende-
rit poſſeſſorem:quia tunc bene ꝓficeret allegatio ⁊ ꝓbatio dominij
incontinenti vtroq; equaliter poſſidente vt no. in. l. j. C. vti poſ. ⁊. l.
ſi duo. ff. vti poſſi. ⁊ ſic debet intelligi. c. licet cauſam. de ꝓba. ⁊ hoc qꝛ
clam nō poſſidet ſuſpicans queſtionem ſibi inferri que poteſt infer
ri reſpectu ꝓprietatis tantum ad hoc debent reduci ſcripta Inno.
j. de preſcrip. veniens. Si agitur recuperande tunc ſi exceptio cōclu
dit ad petitorium: ⁊ ad poſſeſſorium ſimul illa admittitur. vt no. ſ.
c. accepta. Idem ſi concludat ad ſolum poſſeſſorium. vt. ſ. c. ſollicite
Idem ſi cōcludat inhabilitatem perſone ad agēdum. vt in. c. ex inſi-
nuatione. de ꝓcura. not. glo. xxiij. di. in noīe dñi. Idem ſi opponit
defectus capacitatis perſone reſpectu poſſeſſionis. no. glo. j. eodem
ex parte. ⁊. viij. diſtin. quo iure. Si opponitur exceptio concludens
ad ſolum petitorium tunc volente actore admittitur. ſ. c. j. eo volen
te tunc ſi offert ſe incōtinenti paratum ꝓbare adhuc regulariter nō
admittitur quicquid dixerit Innocen. ſ. eo. c. ad vltimum. excepto
caſu. c. literas. j. e. Si autem offertur exceptio ꝓprietatis notoria: ſi
talis que fundet intentionem opponētis in ꝓprietate ⁊ notoria eſt
de iure exceptio admittitur. de reſtitu. ſpolia. ad decimas. lib. vj. ni-
ſi aliquid aliud allegetur. per qđ notorietas obfuſcetur. vt in. c. cum
eccleſia. de cauſa poſ. ⁊ in. d. c. ad decimas. Si offertur ꝓprietatis ex
ceptio notoria notorietate cōfeſſionis vel ꝓbationis. Idem vt re-
pellat agentem ex quo fundat intentum opponentis. vt in. c. ſignifi
caſti. de diuor. ⁊ ibi Innocen. etiam ſi exigatur informatio. de noto
rio ad hoc. ſ. de ſi. preſ by. cōſtitutus. ⁊ ibi Innocen. Idem no. de re
nuntia. ſuper hoc. Idem dicit hic glo. ſi. ⁊ de poſtu. prela. bone. ij. et
idem no. ſ. titu. j. cum eccleſia. ⁊ no. Hoſtien. eodem titu. Ad vltimū
ad hoc. ſ. eodem. accepta. Idem no. Jo. and. in tit. de reſtitu. ſpoli.
ſuper rubrica. in addi. Specu. qđ intelligo vt impediat poſſeſſoriū
nedum quo ad reſtitutionem poſſeſſiōis:ſed etiam fructuum:vt pa
tet ex his que not. ſ. de cauſa poſ. paſtoralis. ⁊. c. cum dilectus. licet
ibi Jo. and. no. cōtra. ⁊ Inno. j. de priuileg. olim. in verbo per porta
rium. ⁊ de renun. ſuper hoc. ⁊ hoc quia quantūcunq; fuerit boneſi-
dei poſſeſſor teneretur reſtituere extātes. obſtat ergo ei exceptio do
lo facis vel replicatio. Si offertur exceptio notoria ⁊ nō fundat in-
tentum opponentis:ſed excludit tantum intentum agentis. Joā.
an. in glo. in. c. ad decimas. tenet qđ nō iuuet opponentē nec admit
titur contra agentem poſſeſſorio cōtra tenet Innocen. de ſi. preſb.
cōſtitutus. ⁊ Joā. an. idem reuocans illam glo. in decre. ad decimas
⁊ ponit in rubrica. de reſtitu. ſpolia. in Spec. cōcludens ſufficere qđ
cōcludat defectum ꝓprietatis cōuenti puto qđ in alijs a beneficiali
bus ꝓcedat primum:quia eo qđ poſſidet quis iuſte poſſidet: ꝙꝙ no
torie cōſtet ipſum nō habere ius ex quo nō ꝯſtat de iure aduerſarij.
In beneficialibus autem exceptio nō canonice inſtitutiōis vbi eſt
notoria: ⁊ opponitur agenti poſſeſſorio. Illa obſtat agenti. vt. d. c.
cōſtitutus. ⁊ ibi no. Inno. qꝛ bñficiū nō iuſte poſſidet:eo ꝙ poſſidet
⁊ talis euidens iniuſta poſſeſſio nō cauſat poſſeſſorium. vt no. ſ. eo.
titu. c. cum eccleſia. ⁊ de poſtula. prela. bone. ⁊ hoc quando cōſtat de
nō canonica inſtitutione:ſecus ſi nō cōſtaret de canonica inſtitutio
ne vt dixi in. d. c. paſtoralis. alr̄ nō ob. ſ. ti. j. c. cū ſup. qꝛ ibi nō fuit op
poſitum:per viā exceptionis. ad hoc de re. iur. in regula. j. Item ibi
fuit oppoſita ſed fuit oppoſita ⁊ notorie liquefactum eſt demū poſt
cōcluſionem in cauſa qđ nō ſufficit ad impediendum poſſeſſorium.
ſ. titu. j. c. cum eccleſia. ⁊. c. cum ſuper. Inquantum autem dixi noto
rium cōfeſſionis vel ꝓbationis:vel aliud obſtare agenti poſſeſſorio
illud intellige quando incōtinenti paratus eſt facere cōſtare de no-
torio. vt no. in. d. c. ſignificaſti. Item inquantum dixi notorium pro
bationis obſtare. doc. dicunt hoc verum quando ſuper ꝓbatione iā
eſt in cauſa cōcluſum. Ita qđ nihil amplius pōt opponi ⁊ ſic no. de
appella. bone. ſed certe ſufficit qđ nihil opponatur ⁊ ſit ꝓbatum. vt
no. ſ. de cauſa poſ. paſtoralis. quia tunc dicitur notorium. vt not. j.
de appel. cum ſpeciali. licet nō habeat tunc effectum impeditiuum
ſuſpenſionis petitorij notoria ꝓprietas niſi ſit cōcluſum dixi. ſ. de
cauſa poſſeſ. paſtoralis. Si opponitur exceptio ꝓprietatis notoria
notorio preſumptionis: ⁊ tunc nō obſtat exceptio defectus ꝓprieta
tis. vt eſt caſus. de diuor. porro. vbi contra petentem reſtitutionem
vxoris. nō obſtat exceptio notorie cōſanguinitatis qđ intelligo qñ
notoria eſt notorio preſumptionis ſecus ſi notorio confeſſionis. vt
no. Cald. in. c. ex parte. j. eo. nō ob. eo. titu. ſignificaſti. vbi notorium
preſumptionis obſtat agenti poſſeſſorio: qꝛ ibi exceptio ꝯcludebat
ad poſſeſſorium: ⁊ nō ad ſolum petitorium vel ibi exceptio notoria
nō cōcludebat ex toto defectu ꝓprietatis: quia licet inter cōſangui
neos nō teneat matrimoniū quo ad copulam ⁊ illo reſpectu admit
titur. j. c. literas. tenet tamen quo ad mutuam ſeruitutem donec ab
27 eccleſia diſſoluatur:vt ibi. †Ex his infertur qđ exceptio renūtiatio
nis iudicialis; qꝛ illa notoria eſt:obſtat agenti poſſeſſorio in benefi-
cialibus. vt. ſ. eo. accepta. . nō autem in alijs iuribus: qꝛ hoc nō fun-
dat intentum aduerſe partis. vt no. in. §. nihil cōmune. per Barto.
ad hoc. C. de tranſac. ſiue apud. ⁊. l. ſi ꝓ fundo. ⁊. l. pe. C. ꝓ. emp. no. ff.
pro emp. l. j. niſi tali modo fieret qđ titulum auferret:vt qñ renūtiat
⁊ cedit

⁊ cedit aduerſario omnia iura. Per hoc p;tz qͦd exceptio iuriſiuran-
di vel pacti iudicialis in iudicio obſtat agenti poſſeſſorio: qꝛ indu-
cit notorium: ſcd̃m tamen diſtinctionem ſupra prime poſitam: ⁊ ſic
põt intelligi Joã. iij. q. i. in ſum. Ex hoc ptz qͦd exceptio rei iudic. in
beneficialibus obſtat agẽti poſſeſſorio qñ cum opponente eſt iudi-
catum. Jn alijs a beneficialibus ſi iudicatũ ſit declaratorie ꝑ oppo-
nente obſtat agenti poſſeſſorio. vt no. ſ. tit. j. cum dilectus. Si autẽ
pro eo iudicatũ: qꝛ ab alio nõ ꝓbatum: nõ obſtat agenti poſſeſſorio
quia notoriũ nõ eſt de iure opponentis: licet ſecus in primo caſu: et
hoc eſt tenendũ quicquid dixerit Dy. in. c. qui ad agendũ. de re. iur.
li. vj. ⁊ Bar. in. §. nihil cõe. qͦd eſt verũ qñ agit̃ de ſpoliatiõe an ſniaꝫ
de ſpoliatione poſt ſniam dixi de cã poſ. cum dilectus. dic vt ibi no.
¶ Nunc intrinſeca materia. c. expedita. reſtat vt declarẽ glo. Jnno.
quã ꝓpter ꝓlixitatem obmiſit declarare Jo. an. vt recitat in addi.
Spec. in titu. de reſti. ſpo. ⁊ ibi per. A. ⁊. B. conatur ipſam reduce-
re ad aliquem ordinẽ ego totam reducam ipſam ad quatuor princi-
pales articulos ſolum recitando qͦd hic dicit: ⁊ approbando vbi be-
ne dicit vbi dubie vel male tranſeam alibi remittendo vbi melius lo
quitur vel ſi breuiter potero cõcludam qͦd mihi videtur etiam dubie
tranſire. Prius autem erit videre de requiſitis ad quaſi poſſeſſionẽ
incorporalium de his que requiruntur tam ex parte querentis quã
eius cõtra quem queritur. Secũdo de requiſitis ex parte rei in qua
ius queritur. Tertio videbuntur aliqui modi amittendi quaſi poſ-
ſeſſionem. Quarto videbimus aliquos notabiles effect⁹ quaſi poſ-
28 ſeſſionis aliquorũ iurium. ¶ † Ad primum in tribus locis hoc exa
minat Jnnoc. ſ. de poſtu. prela. bone. ij. ſ. de cauſa poſ. cum eccle. de
elec. querelam. de offi. ordi. cõquerente. de in integ. reſti. c. ij. dicit qͦd
ex parte agentis querere duo requiruntur ad inſtar corporalium de
quibus in ſum. de acqui. poſ. l. peregre. §. quibus. ff. de acquirẽ. poſ.
no. de conceſ. preben. cum noſtris. l. iꝫ. C. de acqui. poſ. ⁊ ſic eſt neceſ-
ſe ingredientem habere animum querẽdi: ⁊ aliquid corporaliter ex-
ercere per qͦd actum tractet proportionabilem exercitio iur. vt. ſ. ti.
j. c. cum eccleſia ſutrina. ⁊. c. cum olim. de elect. cumana. ⁊. c. in geneſi.
vnde cum incorporalia proprie nõ poſſideãtur nec videantur nec tã
gantur nec poſſeſſio ſit ꝓpria. ſed impropria. l. ſi ſeruus. §. incorpo-
ralea. ff. de acquir. re. do. videntur tamen ⁊ tanguntur mediante ali-
quo actu corporali ſignificante illud ius. quodlibet enim ius habet
ſuos actus ⁊ tractatus extrinſecos proportionabiles iuri: ⁊ ſignifi-
cantes aliud: ⁊ aliud ius in ſua ſpecie ſcd̃m alium ⁊ alium tractatuꝫ
⁊ alium: ⁊ alium vſum aliter determinatum propter que quidem vo
lunt dicere. ſ. tit. j. c. j. vt ibi refert Jnnocen. qͦd ꝓprie nõ datur quaſi
poſſeſſio iuris: ſed quaſi poſſeſſio tractatus talis iuris: ⁊ ſic in quaſi
poſſeſſione ſum exercendi ius eligendi: ⁊ in poſſeſſiõe exercendi ius
eundi ⁊ ſimilia: ⁊ dicunt verum attenta cauſa immediata ⁊ proxima
ſed mediata ⁊ remota ſatis poteſt dici dari poſſeſſionem ipſius iu-
ris qͦd tamen declara vt ibi dixi. habeo eñ quaſi poſſeſſionem iuris
eligendi eo qͦd habeo quaſi poſſeſſionẽ ipſius libere tractãdi ipſum
ius eligendi. Unde ipſe tractatus eſt ibi loco rei ad quã proprietas
⁊ poſſeſſio cõcurrit: alias ꝯcernitur iur. penes animum põderantur
duo neceſſaria. Primum iam dictum qͦd habeat animum querendi
⁊ in hoc dicitur poſſeſſio habere quid ciuilitatis: qꝛ ab animo ciuili
regulatur. Jn primo hꝫ quid facti: qꝛ a corpore regulat̃ ⁊ hoc modo
diſtinguimus naturalem a ciuili. l. j. ff. de acqui. poſ. l. licet. C. de acq.
poſ. ſcd̃m qͦd vtens qualificate vtatur ⁊ exerceat actum vt ꝑ iure ſuo.
Et hoc põt eſſe dupliciter: primo qꝛ vult ⁊ credit ius eſſe ſuuꝫ. Scd̃o
qͦ vult ſed nõ credit ius eſſe ſuum ⁊ quo ad acquirendam quaſi poſ
ſeſſionem hec nõ differunt quo autem ad alium ⁊ alium poſſeſſiõis
effectum bene refert. vt dixi. ſ. de cã. poſ. cum eccleſia ⁊ tetigi aliquid
ſ. poſt pau. Ex parte eius cõtra quem exigitur pati. ſ. qͦd patiatur il
lum vti vt ꝑ iure ſuo: ⁊ ſic qualificate patiatur pati añt põt dari du-
pliciter. Primo modo põt eſſe voluntarium. Scd̃o modo põt eſſe
nõ voluntarium. Si voluntarium eſt pati hec ſufficit. Si inuolun-
tarium ⁊ preciſum hoc nõ ſufficit. Jdeo ſi inuito ⁊ reclamante habẽ
te ius eligendi eligam nõ acquiro quaſi poſſeſſionẽ: qꝛ vbi datur pa
ti nõ datur quaſi poſſeſſio pati eniꝫ eſt ex quo ſurgit poſſeſſio: vt pa
tet. l. iij. §. dare. ff. de vſufru. ⁊. l. quotiens. ff. de ſerui. ⁊ ideo ſtante re-
clamatione verbali vel cum incontinenti quis labitur ad iudicium
impeditur acquiſitio quaſi poſſeſſionis ⁊ no. j. c. olim. iij. ⁊ not. ſ. de
elec. querelam. per Jnno. Si inuoluntarium eſt pati ſi cõditionale
habens voluntatem annexam queritur quaſi poſſeſſio vnde ſi aliqs
immiſcet ſe actui electionis cõtra voluntatẽ canonicorũ tamen ipſi
nõ ſunt ꝓteſtati acquiritur quaſi poſſeſſio. vt no. de elec. querelam. ⁊
tenet Jnno. ſ. de cauſa poſ. cũ eccleſia. Ex quibus concluditur qͦd in
incorporalibus in quib⁹ nõ datur vera poſſeſſio rei ⁊ a re ſeparatis
vt in iure eligendi ⁊ ſimilibus quaſi poſſeſſio non põt violenter vio
lentia preciſa haberi dixi de extractis a poſſeſſiõe rei omnino: quia
in coherentibus rei ⁊ poſſeſſioni eius bene poſſet dari violenta poſ-
ſeſſio: vt patet in vſufructu ⁊ vſu: quia poſſem habere naturalẽ poſ-
ſeſſionem per vim: ſed tamen per hoc non haberetur quaſi poſſeſſio
iuris de qua loquimur ⁊ quo ſic inuoluntario patitur. Dixi ſecun-
do quod exigitur qualificatum pati: ſcilꝫ quod patiatur vtentẽ vti:
vt pro iure ſuo quando autem dicatur ſic pati hoc expediui in. c. cũ
eccleſia. ſ. de cauſa poſſeſ. quod hic non proſequor. requiritur tertio
etiam pati illorum a quibus pendet poteſtas iuris transferendi: et
quibus preiudicatur ⁊ latius proſequitur Jnnocen. ſ. de offi. ordi.
conquerente. ⁊ an pati ſubiectorum preiudicet ſubiectionem habẽ-
ti no. j. c. olim. vt. ſ. de reſtitu. in integ. c. ij. dic vt ibi per qͦd dicit Jn
nocen. hic quod vt acquiratur quaſi poſſeſſio iuris eligitur quod ha
beatur pro electo ab his qui habent poteſtatem iuris eligendi: vel
ad minus qͦd eis ſcientibus vel patientibus patiantur eligentẽ eſſe
in quaſi poſſeſſione iuris eligendi ſuſtinendo electum ab eis vel ad
minus nõ cõtradicentibus altero illorum modorum quos no. Jnn.
ſ. de in integ. reſtitu. c. ij. ⁊ ibi latius hoc ꝓſequitur: ſed veritas eſt ꝙ
ſufficit qͦd patiantur eligere dato qͦd electio non habuerit effectum
vt ibi not. de elect. querelam. Jdem credo in volente querere ius cõ-
firmandi vel quaſi poſſeſſionem: quia ſufficit habentem ius confir-
mandi pati cõfirmationem. de quo per Archid. xcij. diſt. ſi qui. per q̃
dicit Jnnoc. qͦd ſi alijs poſſidentibus: ſed neſcientibus quis eligat:
vel aliud faciat non acquirit quaſi poſſeſſionem que non amittitur
niſi eis ſcientibus ⁊ de recuperatione deſperantibus. ff. de acquiren.
poſ. l. clam poſſidere. §. qui ad nũdinas. ⁊. l. ſi id qͦd. Cõtra alios aũt
qui habent illum pro electo nulla acquiritur quaſi poſſeſſio cũ nul-
lus actus corporalis interueniat in hoc qͦd ſeruant ſuam electionẽ:
⁊ actus corporalis exigitur in acquiſitione vt in. d. l. iij. Requiritur
ſecundum aliquos in aliquibus vera aſſiſtentia proprietatis iuris
Jn hoc aliqui dicunt indiſtincte hoc requiri vt pro ſubiecto: ſed de
de hoc dixi de cauſa poſ. c. j. dicit hic Jnnoc. in ſi. glo. qͦd hoc verũ eſt
in iuribus perſonalibus ⁊ actionibus: quia licet quis dicatur poſ-
ſeſſor actionum. vt. l. qͦd in diem. §. ſi. ff. de peti. heredi. nunꝗ̃ tamen
poteſt quis poſſidere actionem niſi ille cui de iure hoc competit: qꝛ
aliter nõ agit nec poſſidet de hoc per Cy. in. l. ſi certis annis. per Jn
nocen. ſ. de elect. querelam. per Barto. in. l. ſi. ff. vti poſſid. ⁊ plene in
queſtione facti in Specu. hoc titu. §. nunc dicamus. ver. ſed aliquis.
dixi pleniſſime in repetitione. c. ſi. de cauſa poſ. vbi tango iſtam ma-
teriam pleniſſime ⁊ hic Pau. recitat opi. ⁊ modicum addit vide qͦd
dixi de cenſi. peruenit. dicunt etiã requiri aliquã ꝓprietatẽ tituli in
poſſeſſione iuris canonicalis: de hoc dixi ſupra in matrimoniali. de
29 hoc dicam. j. c. ex parte. M. ¶ † Uenio ad ſcd̃m articulũ qd de reqſi
tis ex parte rei vel iuris in quo agitur queri quaſi poſſeſſio. Dic ꝙ
quedam ſunt ſigna querendi actu verbali tantũ. Quedã ſunt ſigna
⁊ actus querendi intrinſeca iuri rei. Quedã ſunt ſigna querendi ani
mo a re vel iure extrinſeca acquiritur quaſi poſſeſſio ſigno verbali: ſi
habẽs ꝓtãtem aſſignãdi dicit do ⁊ aſſigno tibi taleꝫ prebendã. alle.
de preben. dilectus. ⁊. c. dilectus. de reſcript. eã te. ⁊ in multis. c. Sed
dicit Jnn. qͦd ſi bene aduertatur nõ inuenitur ibi qͦd per talia ſigna
tradatur poſſeſſio ſeu per talem aſſignationẽ: ⁊ hoc tꝫ hic Jo. an. vt
nec aſſignatione nec inueſtitura transferat̃ poſſeſſio inueſtitura ver
bali. alle. de preben. accedens. ⁊ de his que ſi. a ma. par. ca. ex ore. pu-
to qͦd omnia que dicuntur in iſtis do ⁊ trado: an ex his acquirit̃ de
quo dicã. j. c. cõquerente. ⁊ que dicuntur de inſtallatione. ſ. de elect.
tranſmiſſam. habeant hic locũ. dixi de hoc explicite in dicto. c. ſi. de
cauſa poſ. in cõmẽto. ⁊ in dicto. c. cõquerente. dicam etiã de ꝯtractu
cõſtituti de quo aliquid de cõſue. c. ij. Dicebam ſcd̃o qͦd quedã erãt
ſigna intrinſeca iuris ⁊ exercitij ⁊ hoc põt eſſe tripliciter. Uel qꝛ ex-
ercetur totale ius. i. exercitiũ datur factum ꝓportionabile totali iu
ri vel qꝛ aliqua pars iuris exercetur vel quia aliqua res vel corp⁹ ap
prehenditur: in quo ius deſtinat̃. Si totalis iuris detur exercitium
acquiritur quaſi poſſeſſio patientibus illis qui poſſident. ff. de ſer-
uitu. quotiens. ſcd̃m Jnnoc. Jdem, ſi generaliter in omnibus que oc-
currunt facienda ſcd̃m morem canonicalis iuris vel dignitatis quã
habet: vel ſi acquiritur quaſi poſſeſſio: ſi detur exercitium alicuius
30 particularitatis iuris. † An acquiratur totalis quaſi poſſeſſio iuris
hoc cognoſcitur per iſtas regulas vt apprehenſa parte detur acqui
ſitio totius oportet dari cõtiguitatem de parte apprehẽſa ad illud
quia vltra metas apprehenſi intendit querere vt ad illum totum ꝙ
agitur apprehendi vel reſpectu idemptitatis in ſpecie vel totius ad
partem vel ſpeciei ad genus: ſicut enim in corporalibus oportet da
ri cõtiguitatem realem in acquiſitione totius apprehẽſione partis
vt. l. iij. in ſi. ff. de acqui. poſ. vbi ſi ingredior partem fundi cum intẽ-
tione querendi totum ſub eadem cõtiguitate terminorũ acquiritur
alias non vltra diſcontiguitatem: nam vt dicit text. nõ eſt neceſſe vt
omnes partes fundi circũambulet ſub vna terminatione poſiti: ſed
apprehenſa modica gleba terre querit poſſeſſionẽ totius: oportet
tamen qͦd exercitia ſint in aliqua parte ſubſtantiali iuris. vt eſt tex.
valde ad propoſitum. de cauſa poſſeſſiõis. eccleſia. de electionibus
cumana. ⁊ eodem tit. in geneſi. ⁊ in. c. dilecto. j. de preben. vnde opor-
tet quod exercitia ſint talia: vt nõ poſſunt gerere circa ius ⁊ nomen
habentis ius ſicut in hereditate. l. gerit. ⁊. l. pro hereditate. ff. de ac-
quirenda hereditate. vt dixi de cauſa poſſeſſio. cum eccleſia. Unde
ſi exerceo ius eligendi vt canonicus: vel canto in choro: vt cano-
nicus: animo acquirendi quaſi poſſeſſionem iuris canonicalis
acquiro quo ad omnes partes: ſuper quo plenius recurrendum

eſt ad id qđ no. Inno. in ſimili iuriſditione in .c. cum dilectus. de ca-
pel. mo. de quo dic vt ibi plene dixi: ⁊ plenius in .d. c. fi. de cauſa poſ.
alleg. de capel. mo. dilectus. ⁊ de poſtu. prelato. bone. facit de elec. in
geneſi. Idem ſi legat vel cantat: vt alius canonicus. Recitat tamen
alios dicere talem eſſe tantum in poſſeſſione illius iuris: vt ſi eſt in
poſſeſſione eligendi: ſi eligit: vel cantandi: ſi cantauit: ⁊ non aliorū
et ſic erit in poſſeſſione non iuris canonicalis ſimpliciter: ſed erit in
poſſeſſione iuris canonicalis. quo ad poſſeſſa ſpecialiter. ⁊ Idē de
alijs iuribus. Prima opinio procedit quando poſſeſſio eſt iuſta: et
aliter non poſſidet: vel quando ius eſt tale qđ expectet ſcientiam ſu
perioris in totali ⁊ nō in illa parte apprehēſa: quia illa non data ta
li actu non acquirit quaſi poſſeſſionē iuris totalis: ⁊ hec fuit de mē
te Innocen. nec iuris canonicalis. qđ declara vt dixi ſupra circa cō-
traria: ⁊ eſt cauſa quia iniuſta poſſeſſio non eſt extendibilis: vt not.
hic: et de reſcrip. ſuper literis: et quia in totali non datur patientia
eius a quo pēdet. Ideo ſi patiētib⁹ canonicis eligeret animo acqui
rendi quaſi poſſeſſionē totius canonicalis nō acquireret cum dare
quaſi poſſeſſionē reſpectu iur. canonicalis: pendeat ab inſtituente:
niſi canonici haberent etiā ius inſtituendi: ⁊ ſoli proficerent: tamē
indiſtincte quo ad quaſi poſſeſſionem iuris eligendi: ſi apprehendi-
tur aliqua res in qua ius deſtinatur: hec ſit regula: vbi ius ipſum in
quo agitur ius queri vel quaſi poſſeſſio omnino eſt a re ſeparatum:
licet ſit circa rem. Ita qđ ex quaſi poſſeſſione iur. nulla detur rei poſ
ſeſſio: apprehēſione rei nō acquiritur quaſi poſſeſſio ſecus ſi ad rem
ſe habet vt pars rei: ita qđ ex habitu iuris detur poſſeſſio rei: vel vſu
rei detur vſus partis iuris: q2 tunc apprehenſione rei cum patiētia:
acquiritur quaſi poſſeſſio iur. per hoc determinatur: an inductione
in fundo ad qđ habeo ius declinare: acquiritur quaſi poſſeſſio iuris
decimalis. in prin. glo. ij. dicit Inno. qđ inductione in fundum deci
malem ⁊ apprehēſa vna gleba fundi decimalis eſt in poſſeſſione de
cime totius fundi: dūmodo ſit glebe apprehēſe cōtiguus. et nullus
partem eius fundi alterā poſſideat. ff. de acquir. poſ. l. poſſideri. §. j.
In alia parte gl. circa fi. gl. illud reuocet dicens qđ ſibi nō placet qđ
iurando poſſeſſionem fundi decimalis: poſſeſſionē decime querat:
niſi vtatur. ff. de aq. re. do. l. ſi ſeru⁹. §. incorporales. ff. de act. emp. ra
tio. §. ſi inter: ad hoc. ff. de vſuf. l. iij. in pn. vt ergo acquirat quaſi poſ
ſeſſio requirit qđ intret fundū: ⁊ aliqd noie decime inde accipiat: q2
vti ſic videt etiā ſi ſuū miniſteriū exhiberet: iteruertēdo poſſeſſionē.
Idem ſi poſſidēs nomine alieno: vel ꝓprio: interuertat poſſeſſionē:
⁊ qđ prius ſuo nomine poſſidebat cōſtituat ſe nomine alterius poſ
ſidere. ff. de aquiren. poſ. l. qđ in eo: ⁊ ſic vult quod in incorporalibus
habeat legum contractus conſtituti. de quo in .d. l. qđ in eo. ⁊ dicam
j. eo. cum veniſſet. ff. de rei ven. l. quedam mulier. ſecus ſi res ſit ita cō
nexa iuri qđ habitu iuris habeatur vera poſſeſſio ſaltē naturalis rei
vt in vſufructu. Unde ſi aliquis eſt inductus in poſſeſſionē fundi: in
quo vult habere vſufructū vel vſum acquiritur quaſi poſſeſſio iur.
vſufructus ſm Inno. Unde illa verba ſtant ꝓprie cum induxerit in
fundum legatarium cum ne eum patiatur vti frui nō exponitur ne
pro: ⁊ licet aliqui ſic exponant aliter reſpondendo. ne ob. ei qđ eſt di
ctum de decimis. ad qđ. ff. de verb. ſig. ſepe. ad qđ facit. ff. de publi. l.
ſi ego. §. j. ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi via. per hoc infertur qđ tenet hic
Inno. In prima parte glo. qđ apprehenſione ſtalli in choro: ⁊ loci
in caplo acquiritur poſſeſſio iur. canonicalis etiam ſi cuiuſlibet par
tis indiuiſe poſſeſſio nō apprehendatur ex quo eſt ſub eodem toto:
quia vſu ſtalli vtitur parte iur. canonicalis: ⁊ inductione in choro.
alleg. de preben. dilectus. ⁊ c. dilecto. Ex hoc deciditur an apprehē-
ſione poſſeſſionis villar ⁊ fundorum ſpectantiū ad prebendā acqui
ritur quaſi poſſeſſio iur. canonicalis vel prebende in vna parte tē q
apprehenditur quaſi poſſeſſio iur. canonicalis. Idem tē in omnib⁹
alijs dignitatibus ſi apprehendat poſſeſſiones ad dignitatem ſpe-
ctantes: vt in epiſcopatibus: ⁊ alijs dignitatibus. Alij dicunt qđ nō
acquirit poſſeſſionem iur. canonicalis: ſed poſſeſſionē rerū tantum
quas eſt ingreſſus rōne iur. canonicalis: ⁊ ſic nō dicetur ſimpliciter
poſſeſſor iuris canonicalis ſed poſſeſſor iur. canonicalis cū adiectio
ne quo ad domos ⁊c. Ultimo dicit qđ nō puta qđ etiam quo ad do-
mos ſit in quaſi poſſeſſione iuris canonicalis abſq3 autoritate: vel
patientia illius a quo pendet poteſtas transferendi illud ius: qđ eſt
verū in beneficialibus: ſcdm illa que dixi. ſ. circa cōtraria. totū iſtud
pēdet ab alio dubio. An canonicus dicat poſſidere vel intitulatus
vere res ipſas corporales beneficij: q2 ſi vere poſſidet idem dicendū:
vt de vſufructuario. ſ. dixi. Sed nō idem qđ videmus hic Innoc. tē
in fi. gl. ij. magne. quod epiſcopi prelati ⁊ etiam alij clerici ſuo nomi
ne naturaliter poſſident ſuarum dignitatum vel prebendarum poſ
ſeſſiones: ⁊ caſtra quorum corporalem poſſeſſionem habent. Hinc
eſt qđ vnus clericus agit cōtra alium nomine ſuo de poſſeſſionibus
quas vterq3 confitetur eiuſdem eccleſie: ſed quiſquis dicit ad ſe. ſ. ra-
tione ſuarum prebendarum pertinere. de proba. ex literis. de cauſa
poſ. cum ſuper. nomine aūt eccleſiarum poſſident ciuiliter ⁊ natura
liter. Contra tenet. ſ. eo. cum ſuper. de cauſa poſ. vbi dicit qđ plus ſi
bi placet qđ not. hic. Prima opi. mihi placet in .d. c. cū ſuper. quam
ſentit etiam in hac glo. circa medium. ⁊ hoc examino plene. in .d. c.
fi. de quo dic vt ibi: ⁊ per hoc deciditur queſtio qđ nō acquiritur poſ
ſeſſio iur. per talem ingreſſum niſi illo iure vtatur vel interueniat cō
tractus conſtituti. Quandoq3 ⁊ tertio principaliter agitur qñ quaſi
poſſeſſione ex actu vel re omnino extrinſeco a iure vel iuris parte: ⁊
tunc dicendū qđ ſi talis actus nō eſt a iure vel cōſuetudine pro ſigno
tradite poſſeſſionis deſtinatus nō transfertur poſſeſſio. Sed ſi pre-
cedit cōſuetudo vel ius determinans illud vt ſignū tradite poſſeſſio
nis transfert poſſeſſio. ar. c. ij. de cōſue. vnde dicit hic Inno. qđ ſi eſt
cōſuetudo qđ in ſignū cōceſſionis poſſeſſionis iuris prebēdalis da-
retur aliquid ei cui dē aſſignari prebēda ſiue pecunia: ſiue quicquid
aliud qđ bene ſic acquiritur poſſeſſio. ſ. de conſue. c. ij. nam ſi per ta-
les fictiones transfert poſſeſſio rei corporalis multofortius iur. in-
corporalis. ad hoc de preben. dilecto. qđ no. nō ſufficit ergo niſi pre-
cedat deſtinatio legis vel cōſuetudinis vt ſicut lex induxit fictos ita
⁊ conſuetudo poſſit ⁊ hoc inducit. c. ij. de cōſue. plus dicit Inno. in
c. cū veniſſent. j. eo. qđ hoc poteſt precedens deſtinatio partiū tacita
vel expreſſa etiam in actu traditionis. Item dicit hic qđ de generali
cōſuetudine que pro iure eſt ſeruanda obtineat qđ poſſeſſio genera-
liter iur. epiſcopalis vel archidiaconalis vel cuiuſcūq3 alteri⁹ digni
tatis acquiritur per inſtallationē eius factā: ⁊ in ſede deputatā acq
ritur quaſi poſſeſſio dignitatis. ar. de prebend. dilecto. ⁊ c. dilectus.
Et ſi nō ſint ad hec deputata aliqua loca vel ſtalla pro ſigno tradite
poſſeſſionis nō trāſfertur poſſeſſio: ⁊ hoc q2 talia ſunt preter ius. nō
ſunt ergo extendenda. ff. de legi. l. qđ contra rōnem. ⁊ in regula que a
iure. de re. iur. lib. vj. Requiritur tamen tales inſtallationes fieri ꝑ
perſonas ad hoc deputatas vt poſſeſſio transferat. de offi. archi. vt
noſtrum. de preben. dilecto. dicunt tamen dñi de Rota ſua cōcluſio
ne. cclxix. qđ quo ad acquiſitionē poſſeſſionis prebende diſtincte nō
ſufficit ꝓbare ſtallum in choro ⁊ locū in caplo: ⁊ ſibi poſſeſſionē tra-
ditam per funes cāpanarum vel cornu altaris: q2 hec ſunt cōiter ſi-
gna deſtinata poſſeſſionis tam iuris canonicalis quā prebendalis.
Item dicunt qđ nō ſufficit qđ ſit mandatū per caplē: vel diſtributo
res colonis ſeu reddituarijs: vt dicto prebendato de redditibus re-
ſpondeat niſi appareat reddituarios paruiſſe vel ſoluiſſe: vel in poſ
ſeſſionem manſi ſeu feudi ſpectantis ad prebendā ſe inductum fuiſ
ſe: ⁊ ipſum animo apprehendēdi poſſeſſionem ingreſſum fuiſſe: q2
corpore ⁊ animo ⁊c. vt. d. l. iij. niſi aliō haberet cōſuetudo: q2 talia eſ-
ſent ſigna etiam reſpectu poſſeſſionis prebende. de conſue. c. ij. Si ta
men negaretur cōſuetudo ꝓbari deberet vel niſi eſſet certus loc⁹ de-
putatus prebendario talis prebende per cuius inſtallationē ſiue in
ductionem bene acquirit quaſi poſſeſſio. vt hic no. ⁊ de preben. cum
qui. lib. vj. ⁊ c. lē per archi. Per hoc dicit ſpec. in tit. de primo ⁊ ſcdo
decre. §. iam de effectu. in prin. qđ nō ſufficit aliquē induci in poſſeſ-
ſionem vnius rei pro omnibus rebus beneficij locorū aūt alior aſſi-
gnatio vt eſt dictū nō transfert poſſeſſio ex quo ad hoc non ſunt de-
putati: ⁊ ſi in locis deputatis nō poſſit fieri iſtallatio ⁊ in locis alijs
loco illorum inſtallatio fiat: ⁊ hoc quia vt dixi conſuetudo non eſt
attendenda. Hoſtien. cum alijs. quos recitat Innocen. tenet quod
ſi inſtallatio nō poſſit fieri in loco deputato ſi alio fiat loco illius ac
quiritur quaſi poſſeſſio per no. vt lit. pen. eccleſia. ij. dūmodo ſit loc⁹
ad illam dignitatē pertinens. vt pē ex no. per Inno. in gl. Inquā-
tum dixit de ſtallo in choro ⁊ loco in caplo. ad hoc. xxiij. diſt. In no
mine domini poſt mediū: ad hoc qđ no. Inno. ſ. de cā poſ. cum ſup.
de hoc an inueſtitura vel inſtallatione acquirat quaſi poſſeſſio dixi
plenius. ſ. de elec. tranſmiſſam. poſt Cōpoſt. ⁊ vide Dy. in regula. j.
de reg. iur. lib. vj. In oībus caſibus in quibus dixi ſupra poſſeſſiōis
apprehenſionem in parte ⁊ ad aliā extendi hoc intellige qñ poſſeſ-
ſio eſt iuſta ſecus ſi iniuſta q2 violenta: q2 illa non extenditur niſi ad
apprehenſa. vt no. Innoc. hic in glo. j. magna. ver ſi. ſed quero qd fa-
cient. ⁊ idem no. de reſcrip. ſuper literis. in glo. in verbo forſan. in fi.
Idem no. de elec. querelam. ⁊ de arbi. ex parte. Item hoc verum niſi
alius poſſideat ⁊ ſine voluntate eius ingrediat. vt no. hic Innoc. in
glo. ij. magna. circa prin. ⁊ in glo. ij. ad fi. ver. autem iur. canonicalis:
31 ⁊ ſic limita quod no. de capel. mona. dilectus. ¶ †Uenio ad tertiā
videlē videre aliquos modos quibus poſſeſſio amittit: dicit Inno.
quod eiſdem modis quibus acquiritur eiſdem contrarijs perditur
vt ſi deinſtalletur vel alijs ſimilibus modis: dūmodo deinſtalletur
per habentes ſuper hoc poteſtatem ſicut quādo ſacerdos degradat
vel miles: nam eadem eis auferuntur que primo dātur ſeu data fue-
runt. xvij. di. de ſubdiacono. ⁊ c. ſe. xj. q. iij. epiſcopi. ⁊ de peni. degra-
datio. lib. vj. ad hoc. de preben. in lateran. Si autem alius ad quem
pertinet nō ex officio degradaret vel deinſtallaret vel quid ſimile fa
ceret non amitteret generalem poſſeſſionē dignitatis: ſed loci tan-
tum: vnde deinſtallatus fuit: ⁊ illius tantum debet petere reſtitutio
nem. ſ. de renun. cum inter. nam omnium aliorum bonorū a quib⁹
eiectus non eſt poſſeſſor remanebit. Non obſt. ſi dicas qđ per vnum
actum corporalem autoritate ſuperioris dicitur acquiſita omnium
aliorum: quia magis debet extendi poſſeſſio legitime data q̄ ſpolia
tio illegitime facta ſecus autem ſi eſſet ſpoliatus autoritate ſuperio
ris iuris ordine ſeruato. putat tamen quod eo qđ conſuetudine in-
ductum eſt qđ actus inſtallandi ſit ſignū tradite poſſeſſionis qđ ex
oppoſitis

oppoſitis inductum ſit:vt actus deinſtallandi ſit ſignū ablate poſ‑ ſeſſionis dum tamē deinſtallatio legitime fiat:⁊ autoritate ſuperio ris. Hoſti. dicit qḋ dici poſſet cōtrarium:quia vnum eſt fauorabile: ⁊aliud odioſum. ff. de libe. ⁊ poſthu. cū quidā. Fm Hoſti. dic de hoc vt dixi in materia cōſuetudinis in. c. fi. de conſue. in illa parte in qua tracto de extenſione cōſuetudinis poſſidentibus aūt ſine autorita‑ te ſuperioris certū eſt qḋ eo modo amittunt poſſeſſionē quo acqui‑
32 runt. de re. iur. c. j. li. vi. ¶ †Uenio ad vltimū. ſ. ad declarandos effe ctus aliquos notabiles ipſius quaſi poſſeſſionis inter cetera eſt ma gnus effectus:qꝛ tales poſſunt agere poſſeſſorio. In beneficialibus aūt que requirantur vt agere poſſit tangit Inno. hic:dixi ſupra qd tenendū circa oppoſitiones. Sed an ꝓprio nomine an eccleſie agat dicit in vna parte qḋ pro particularibus poſſeſſionibus eccleſiarū nō debent agere noīe ꝓprio:quia nō poſſident noīe ꝓprio ſiue agāt petitorio ſiue poſſeſſorio. ad hoc no. de dila. litere. de cā poſ. cum ſu‑ per. Idem dicit. de reſtitutione ſpiritualiū:als ſpecialium iuriū ec cleſie:qꝛ illa nō quaſi poſſident noīe ꝓprio. Si aūt nō agant poſſeſ‑ ſorio reſpectu particulariū iuriū:ſed in genere reſpectu vniuerſalis adminiſtratiōis:poſſunt:quia illud ius poſſident nomine ꝓprio:⁊ ſpoliator illū ſpoliare intendit:⁊ non eccleſiā: de cauſa poſ. cū ſup. vbi idē no. vt tamen poſſint agere noīe proprio oportet qḋ vel ſint cōfirmati:⁊ habuerint poſitionē generalem dignitatis:per inſtalla tionem:vel alium modū conſuetudinarium:vel ſint in poſſeſſione ſciente ⁊ patiente ſuperiore. vt hic ⁊ no. j. c. ex parte. de poſtul. prela. bone. Idē ſi ſint generaliter miſſi:ſed nō ꝯfirmati eo qḋ in genere
33 ſuo noīe poſſident. †Nunquid aūt prelato olim obijci poſſit qḋ nō ſit prelatus. dic vt. ſ. de elec. nihil. Inquantū dixit pro particularib⁹ rebus prelatum nō poſſe agere noīe ꝓprio:qꝛ illa nō poſſidet ſed eſt ꝓcurator. dicit hoc verū Innoc. ſ. de cā poſ. cum ſuper. ⁊ hic in alia parte glo. ad fi. hoc reuocat dicens qḋ clerici epi ⁊ alij prelati natura liter ſuo noīe poſſident ſuarū dignitatum vel prebendarū poſſeſſio nes:⁊ caſtra quorū corporalem poſſeſſionē habuerunt:⁊ pro iure qḋ in eis habent ꝓprio noīe tantū. primū eſt verius qḋ declara vt in. c. fi. de cā poſ. dixi in cōmento vbi hoc plenius examinaui. Inquan‑ tum dixi prelatū agere poſſe noīe eccleſie ꝑ rebus ab ecclia ablatis: hoc eſt verū qñ eſt cōfirmatus ex virtute cōfirmationis etiā ſi nō ha buerit poſſeſſionē rectorie vel etiā rerum particulariū: qꝛ hoc conſe quitur ex ſola cōfirmatione vt agere poſſit noīe eccl'ie: ⁊ petitorio et poſſeſſorio. de elec. tranſmiſſam. ſuo aūt noīe agere poterit ad recto riam:ſed nō ad res particulares. vt. d. c. cū ſuper. de ca poſ. per hoc fa cit hic Hoſti. cōcluſionē generalē qḋ ſcḋm ſimplicitatē iuris canoni ci hi qui eliguntꝰ poſt cōfirmationē acquirunt ius adminiſtrādi. de elec. cū in cunctis. §. qꝛ vero. ⁊. c. noſti. ⁊. c. trāſmiſſam. qua data per ſe ipſum pōt apprehendere adminiſtrationē ⁊ poſſeſſionē oīm perti‑ nentium ad dignitatē ad quā eſt confirmatus:⁊ hoc qñ ille qui con‑ firmat hꝫ poteſtatem ꝓuidendi:⁊ ꝓuidet. talis enim ꝓuiſus hꝫ ge‑ neralem ⁊ liberam adminiſtrationem tam ſpiritualium ꝙ etiam tē poralium. de elec. cū nobis olim. ad fi. de cōceſ. preben. per electionē ad fi. niſi impediatꝰ. de accu. accedens. In alijs vero beneficijs quorū collatio ad dioceſanos pertinet tantū facit epi collatia quantum fa cit cōfirmatio ſeu ꝓuiſio. Si vero ad inferiores pertineant cōferre: vel preſentare tantū operatꝰ inſtitutio ep̄alis quantū in inferiorib⁹ cōfirmatio. de ele. pere. c. fi. de offi. archi. cū ſatis. de inſti. ſuper rub. ⁊. c. ex frequentibus. Igitur ſic cōfirmatus vel ꝓuiſus adminiſtrare pōt:⁊ poſſeſſionē adminiſtrationis apprehendere. Aliter aūt intru ſus dicitur. de preben. cū iam dudum. ſaluis preceptoribus de qui bus dic vt de iudi. cū deputati. ⁊ ſaluis priuilegijs:⁊ cōſuetudinib⁹ quorundā ſpecialibus per ſedē apoſtolicā approbatis. vt no. de ap. quia nos. de priuileg. volentes. §. fi. Fm Hoſti. inquantū dixi exiſten tes in poſſeſſione adminiſtrationis poſſe agere poſſeſſorio ⁊ petito rio ꝓ dignitatibus ſuis:hoc dicit verū hic Inno. in. j. glo. ad fi. adeo qḋ contra eum nō poterit opponi exceptio nō canonice inſtitutio‑ nis qḋ reſtringit verū qñ eſt cōfirmatus ⁊ de cōfirmatione cōſtat. vt no. ſ. de elec. nihil. Si nō eſt cōfirmatus. admittitꝰ exceptio nō cano nice inſtitutionis:⁊ hoc ideo qꝛ tunc ſnīa lata pro reo nō pareret ex‑ ceptionem rei iudi. cōtra verum prelatū. ad hoc. de elec. trāſmiſſam.
34 Et primum operatꝰ autoritas cōfirmationis vt eſt dictū. †Scḋs eſt effectus qꝛ exiſtens in quaſi poſſeſſione iur. beneficij pōt recipere ſo lutiones debitorū dignitatis:⁊ illi ſoluere debent ⁊ compelluntur: quo caſu dic aut eſt in poſſeſſione:⁊ ꝯfirmatus reiecta oīm exceptio‑ ne nō canonice inſtitutionis ſolui dꝫ ei:⁊ reſponderi de redditibus ⁊ debitis:qꝛ omnia tenētur autoritate cōfirmationis. l. j. §. idē pap. ff. qḋ cū fal. tu. ⁊ no. ſ. de ele. nihil. ad hoc. de elec. trāſmiſſam. Idē di cit Inn. ſi generalr. in oībus ꝗ occurrūt faciēda ſcḋm morem digni‑ tatis iur. ep̄alis vel canonicalis vel ſimili illi qui cū eis contrahunt: vel ſoluunt debita liberantur. ff. ad mace. l. iij. ff. de iudi. cū deputati alij contra. ad hoc. ff. de condi. inde. l. fi. vrbana. de ſolu. l. qui hoīem. §. de malo. Hanc opi. tenet Hoſti. qḋ tali iuſte non ſoluatur licet ſe gerat in omnibus pro prelato. Nec ob. qḋ a nō notorio fornicatore non liceat recedere:niſi ſit in iudicio cōuictus vel cōdemnatus:⁊ ab eo licite recipiuntur ſacramenta ⁊ ſi hoc in ſpiritualibus fortius in

temporalibus:quia fortiora digniora ⁊ periculoſiora ſunt ſpiritua lia ꝙ temporalia. de tranſla. prela. inter corporalia. xlij. diſt. quieſca mus. j. q. i. §. cere. alias cure:alias certe cū honore. ad hoc de deci. ex parte. ij. quia illud ꝓcedit in parochiano:qui rectori ad obediētiā tenetur donec ab eccleſia toleratur ⁊ decimas ⁊ alios prouentus ſol uere debet. de decimis. tua nobis. ne videatur eum contemnere. de cohabi. cler. veſtra. vj. q. j. oīs ex merito. ⁊. c. deteriores. aliud aūt eſt contrahere vel voluntarie ſoluere debita ad que ſoluenda nō reſtrin gitur quis per iura conſcientia remordente:⁊ dicit hoc Hoſti. tenen dum quicquid. j. vel ſupra notetur. Si aūt violētus eſt poſſeſſor:vel als iniuſtus:qꝛ nō confirmatus ⁊ nō habet bonā fidem. hic Inno. vi detur varius ⁊ recitat opi. que ſic poſſunt reduci ad cōcordiam: ſi hꝫ poſſeſſionem dignitatis per violentiam vel malafide: ⁊ debita ſunt cum eo contracta: de his eſt ſibi reſpondendum. ff. de condi. inde. l. ſi vrbana. Si debita non ſunt contracta cum eo tunc ſi eſt in poſſeſſio ne dignitatis tantum nec acquiſiuit quaſi poſſeſſionem reſtitutiōis vel iure preſtationis vel redditūum qui nondum redditus ſibi fue‑ runt ſoluti:⁊ adhuc nō poteſt eos compellere ad reſpondendū: nec reſpondere habent de iuribus pertinentibus ad dignitatem quam violenter poſſidet nec poteſt conqueri hic prelatus de his qui ſpo‑ liauerunt eum nō reddendo debitam obedientiam vel alia debita: quia cum nō ſpoliarunt cum nō fuerit in poſſeſſione huius recipiē‑ di ab eis:licet fuerit in violenta poſſeſſione dignitatis cui hec debē tur:quia hec violenta poſſeſſio non extenditur niſi ad ea de quibus fuit in poſſeſſione. arg. C. de peti. heredi. l. fi. Si iam fuerunt in poſ‑ ſeſſione:quia alias eſt reſponſum tunc hic ſunt opiñ. Aliqui dicunt quod nō debet eis reſpondere per predicta. Alij tenent cōtra. quia nō debent ꝓpria autoritate ſpoliare ꝙꝙ ſit predo vt hic. Dic quod aut agit talis iudicis officio ⁊ nō recuperande contra debitores: et nō coguntur ſoluere:⁊ poſſunt opponere ipſum eſſe malefidei poſ‑ ſeſſorem:immo etiā ſi eſſet bonefidei ex quo ꝯſtat qḋ non habet titu lum vel conſtare pōt:nō eſt reſpondendū de naturalibus fructibus vel debitis:nec etiam de induſtrialibus qui lꝫ fiant bonefidei poſſeſ ſores tamen ſi extant reſtitui debent. inſt. de re. diui. §. ſi quis aūt. ff. qui. mo. vſuf. amit. l. ſi vſufruc. C. ſi. regun. l. iiij. §. ante. ff. de condi. ex lege. l. in alia. C. de rei ven. l. certum. Si agit poſſeſſorio tunc ſi queri tur ⁊ contenditur qḋ violenter denegauerint admittitꝰ ad agendum qꝛ nō debent malefidei poſſeſſorē violenter expellere de poſſeſſione qꝛ ſic incurrerent penā conſtitutionis ſi qs in tantā. C. vnde vi. xvj. q. vij. placuit. Si aūt aliter denegauerint admittitꝰ ad agendum ⁊ iu dex ipſum agentem audiet intentando interdictū vel agendo cōdi ctione ex decre. querelā. de elec. nec valebit debitori redditūū ſi offe‑ rat ſe ꝓbaturum: qḋ aduerſarius eſt malefidei poſſeſſor quia etiā pre do reſtituendus eſt vt hic. Ipſi tamen poterunt denegare ſolutionē ex quo ſciunt ipſum malefidei poſſeſſorē:qꝛ ſi ſponte ſoluant preſtāt malefidei poſſeſſori animū peccandi. Item qꝛ nō liberatur ſubdit⁹ per talem ſolutionē quin dignitati teneatur ⁊ pōt tūc ſequi cōſcien tiam:qꝛ in talibus habet ꝓcedere ſcḋm conſcientiā. Iudex aūt eum cōpellet qui iudicare hꝫ ſcḋm allegata ⁊ ꝓbata: ⁊ nō ſcḋm conſcien‑ tiam ⁊ ipſe ſecure poterit tolerare excōicationem anteꝙ faciat ꝯtra conſcientiā. j. c. literas. de ſentē. excō. Inquiſitioni. Hoſti. aūt dicit hic qḋ ſi petit malefidei poſſeſſor ſibi reſpōderi ꝓprio noīe nō arctatꝰ ſi noīe eccleſie:⁊ tunc reſpondendū eſt donec de malafide vel violen‑ tia in iudicio ſit cōuictus. alle. no. ſ. de cā poſ. cū olim. ⁊ hoc verū qñ ſunt in iudicio cōiuncti nam ⁊ ſi cōſcientiam habeat qḋ poſſeſſor di gnitatis malafide poſſideat illā poſſunt informare:⁊ debent cū iu diciali autoritate que eos excuſat. ff. de mino. ait pretor. j. reſpon. ſic ⁊ excuſat autoritas iuris. vt no. de elect. nihil. nam ꝙꝙ poſſit extra iudicialiter conuentus ſic denegare vt dixit Innocē. iudicialiter tñ conuentus ſi eſt condēnatus ſoluere debet niſi ſentētia ſit appella‑ tione ſuſpenſa:alias quilibet poſſet illudere ſententie contra ſe late dicens ego libenter ſoluerem:ſed habeo conſcientiā quod ſis in ma la fide. talibus aut. in figmentis ⁊c. de diuor. quāto. immo ⁊ plus vel le videtur Hoſt. quod etiam extra iudicium reſpondere teneatur cū alias eum ſpoliaret quod non eſt licitum. Puto quod ſi non colore tur poſſeſſione agens vel confirmatione vel alia patiētia quod opi. Inno. ſit vera:quia hic non eſt reſtituendus tanꝙ poſſeſſor euiden‑ ter iniuſtus. vt dixi. ſ. ſi colorat aliqualiter poſſeſſionē ꝓcedat opi.
35 Hoſti. †Tertius eſt effectus quia exiſtentes in quaſi poſſeſſione iu ris alicuius actus pertinentis ad illud ius valide exercent dato qḋ eis non aſſit vera proprietas iuris quo caſu dico: quod aut ſunt in quaſi poſſeſſione violenta vel malefidei ⁊ non valent geſta ab eis:et ſi exiſtens in quaſi poſſeſſione eligat caſſabitur electio:⁊ idē de alijs iuribus:quia ſicut malefidei poſſeſſor non facit fructus ſuos nec na turales nec induſtriales:immo de extantibus tenetur rei vendica‑ tione. ⁊ de conſumptis condictione ſine cauſa. C. de rei vend. l. ma‑ la. ff. eodem. ſi nauis. §. fi. inſtitu. de offic. iud. §. ſed ſi in rem. ſic ⁊ a ſi‑ mili malefidei poſſeſſor iur. eligendi non facit electionem validam nec ratione proprietatis quam non habet nec ratione poſſeſſionis quia in mala fide eſt. Unde officio iudicis implorato caſſabitur. ar. de in integ. reſtitu. c. ij. licet loquatur de confirmanda non de confir

mata:tamen eſt eadem ratio . Ipſe tamen exiſtens in poſſeſſione:
quãtumcunq͂ʒ violenta interim eliget:ꝛ non ille apud quem de iure
eſt eligendi poteſtas:ꝛ tenebit huius electio:licet cuʒ conſtiterit de
violenta poſſeſſione caſſetur:quia predo eſt defendendus in poſſeſ-
ſione:quouſq͂ʒ conſtiterit de iniqua eius poſſeſſione:ꝛ ille punietur
qui eum ſpoliat.C.vnde vi.ſi quis.xvj.q.ſeptima. placuit. de inſtit.
cum veniſſent.ad hoc.de iurepatro.ex literis.Contra.huius ſentit
Inn.in.c.cumana.ſ.de elec.vbi dicit qḋ hoc caſu valebit electio pro
prietarij:ex quo alius eſt in poſſeſſione malefidei:ſed hoc plus placet
mihi qḋ dicit hic:vt tibi dixi.Quandoq͂ʒ eſt in poſſeſſione bonafide
tunc quia facit fructus induſtriales ſuos.ff.qui.mo.vſufruc.amit.l.
ſi vſufructuarius.ff.fin.regun.l.iij.Inſti.de rerũ diui.§.ſi quis. ff.de
acquiren.re.domi.l.bonefidei cum ſi.Eligere autem fructus eſt in-
duſtrialis quaſi poſſeſſione:ꝛ ſic valebit:quãuis dicendum ſit quod
ſi aliquid de fructu hic remanſerit:poſtq͂ʒ conſtiterit:de proprietate
quod officio iudicis reſtituendum ſit.C.de rei vendica.l.certum.§.
bona:ꝛ eodem modo prelatus inſtitutis a bonefidei poſſeſſore iura
que reddebat primo poſſeſſori:modo reddit vero domino.j.de iure-
patrona.ex literis.Sed ꝛ ſi electio diceretur fructus naturalis:non
teneretur de fructibus:ex quo conſumpti ſunt bonefidei poſſeſſor:
niſi inquantum locupletior factus eſt.ff.ſi certum peta.l.ſi ꝛ me ꝛ ti-
tum:facta autem electione conſumptus eſt fructus huius poſſeſſio-
nis.quia nihil in ea plus facere põt.viij.q.iij. dilectiſſimi:ꝛ ſi in ali-
quo factus eſt locupletior illud reſtituet.de iurepatrona.ex literis.
Non ob.de cauſa poſ.cum eccleſia:quia ibi ideo caſſata fuit: quia fa
cta abſentibus bonefidei poſſeſſoribus.et contemptis. Idem dicit
per omnia in ſententijs latis a bonefidei poſſeſſoribus iuriſdictio-
num:ꝛ idem dicit de alijs actibus incorporalibus:de hoc.j.ca.olim.
de cauſa poſſeſ.cum eccleſia.ꝛ.c.cum olim.de elec. querelam.de iure-
pat.conſultationibus.vbi habetur materia.dixi de hoc vbi omnia
reduxi.in.d.ca.Ex his apparet quid de expulſo vel deiecto a quaſi
poſſeſſione iur.eligendi ab eis:ad quos ſpectat de iure eligere:quo
remedio agat.dicit Innocen.quod habet duplicem viam proceden
di:vnam vt intentet petitorium.petendo caſſari electionem factam
ab expulſoribus:ꝛ tunc habet locum exceptio.non debuiſti eligere:
ſed nos:quia eras in quaſi poſſeſſione malafide.Poteſt ſecũdo age-
re poſſeſſorio petens ſe reſtitui ad quaſi poſſeſſionem iur.eligendi:ꝛ
non admittetur dicta exceptio:immo ad ſuam poſſeſſioneʒ reſtitue
tur.ꝛ ſi eligat reſtitutus contra electum petentem confirmationem:
excipitur quod electio non debet confirmari:quia facta a malefidei
poſſeſſore:de iurepatrona.conſultationibus. Sed hoc eſt dubium
quid ſi non poſſeſſor verus proprietarius iur.eligendi elegerit:an
ſi contra eum agatur caſſanda veniat electio:dicit Innocen. quod
non:quia ſi excipiatur quod ab eo fieri non debet.cum non eſſet in
poſſeſſione replicabitur quod nec a petente fieri debet:cum eſſet ma
lefidei poſſeſſor.Contrarium.ſenſit.ſ.quod hic ſenſit de elec. cuma-
na tene qḋ.ſ.dixi. Item eſt dubiũ an ꝑpter reſtitutionẽ datã cõtra
malefidei poſſeſſorem ſpoliantem:electio facta a ſpoliante qui erat
verus proprietarius iur.eligendi.veniat caſſanda dic quod nõ:quia
ſufficit poſſeſſori quod in priſtinam reſtituitur poſſeſſionem. ff. de
vi ꝛ vi ar.l.j.§.qui vi.ꝛ.§.ſe. Recitat alios contradicere. Idem ſi nõ
erat in quaſi poſſeſſione iur.eligendi ſolus:ſed iure eſſendi cum his
qui elegerunt:nam hic etiam ſi agitur poſſeſſorio nõ caſſabitur pri
ma electio que nõ debet caſſari:niſi de iure electi inquiratur:ꝛ poſ-
ſeſſio alias poſſeſſor tantum reſtituetur ad poſſeſſionem iuris ꝛ ele-
ctionis:alias punientur in expenſis,ad intereſſe ꝛ etiam alias offi-
cio iudicis dic quod in hoc multi contradicunt: ſm Inno.Hoc vl-
timum tʒ Hoſti.qḋ ſi ſpoliatus intẽtet poſſeſſoriũ: electio que ipſo
contẽpto facta eſt:caſſanda eſt ꝛ ſic reſtituetur non ſolum verbo:ſed
etiam facto in hac electione que terminet facienda vt eligat ſolus:
vbi ſolus erat in poſſeſſione vel ſi habebat compoſſeſſores:tunc eli
gat vna cum illis.de re iudi.cum aliquibus.Alioquin iniurioſa di-
ceretur:ꝛ inutilis ſola verbalis reſtitutio nec fructum ſentiet aliquẽ
quantum ad electionem taliter reſtitutus. Qua enim ratione dice-
res primam electionem caſſandam non eſſe eadem ratione idem di
cens de ſecunda tertia ꝛ quarta.ꝛ ſic de ſingulis qḋ non eſt dicẽdum
quia verba ſunt intelligenda cum effectu.de cleri.non reſi.relatum.
Item quia ſolo verbo ſufficienter non reſtitueretur ſemper enĩ quo
ad actum electionis remaneret ſpoliatus : ergo caſſanda eſt ad hoc
expreſſum.ſ.de elec.in geneſi.non tamen audet dicere Hoſti. quod
ſi aliquis eſt cõtemptus qui habebat ſolum ius intereſſendi: ꝛ erat
in quaſi poſſeſſione quod propter contemptum reſtitutus ſolus de
beat eligere:quia non inuenitur hoc iure cautum:licet poſſet vide-
ri cõtra:vt puniatur in quo deliquerint ſpoliantes.alleg.de trãſla.
prela.inter corporalia.niſi quando ſolus poſſidet quod ſolus reſtitu
tus ꝛ contemptus poſſit eligere.de elec.venerabilem.ꝛ de poſtu. bo
ne.Io.de lig.tenet opi.Innoc.in petente reſtitui ad ius intereſſen-
di:in petente reſtitui ad ſolidum ius eligendi:tenet opi. Hoſtiẽ. qꝛ
primo caſu ſolidum fructus ei non debetur.puto opi.Inno.veram
quando iudicium eſt agitatum cum ſpoliante ignorante electo : qꝛ
ſententia lata contra ſpoliantem non dicitur electo ignoranti pre-
iudicare.Opinio Hoſti. procedit quando ſententia eſt lata contra
poſſeſſores electo ſciente.de re iudi.quamuis.quia reſtitutio debet
eſſe plenaria quo ad omnem libertatem poſſidendi. vt.j.c. piſanis.
ꝛ quia etiam fructus debent reſtitui percepti ꝛ percipiendi.vt.j.co.
grauis.Hos autem percipere potuiſſet poſſeſſor: ergo nõ obſtat q͂
ſint conſumpti quia ad illos tenetur.Quedam tractat hic Pau.ali
bi ſcripta vel addendo an prelato agenti obſtet exceptio non cano
nice inſtitutionis:ꝛ ponit quod ſcribit Innoc.de elec.nihil.dixi in
c.conſultationibus.Item an monachus pro ſuis adminiſtrationi-
bus agat poſſeſſorio vel petitorio nomine ꝑprio:ꝛ ponit quod ha
betur.de accuſa.c.penul.ꝛ de reſcrip.edoceri.ꝛ.c.cum dilecta.ponit
etiam hic illa que ponit Inno.circa extenſionem iuriſditionis in.c.
cum dilectus.de capel.mo.ꝛ hec ſufficiant.

1 ☞ Agenti interdicto vnde vi vel quod vi aut clam non obſtat ex
ceptio criminis.
2 Libellus abſq͂ʒ cõcluſione valet vbi quis agit poſſeſſorio ꝛ ſimplici
ter narrat ſpoliationem.
3 Poſſeſſorium recuperande quare datur pro clandeſtina occupatio
ne ſicut pro violenta vbi non priuat poſſeſſione clandeſtine intran
do.numero.14.
4 Interdictum quod vi aut clam recipit priuilegia poſſeſſorij recupe
rande.
5 Ab agendo pro iure ſuo priuato nullus crimi noſus repellitur.
6 Ratio nobis nõ occurrit quin ſit ſic de iure.
7 Exceptio criminis quando nõ admittitur cõtra agentẽ poſſeſſorio
nec ad finem vt diſcutiatur vel vt retardet lʒ nulluʒ crimen repellat
quem ab agendo ciuiliter.nu.18.
8 Poſſeſſorij priuilegiũ quare durat vſq͂ʒ ad actũ executionis.nu.12.
9 Ab agendo de crimine repulſus ratione inhabilitatis perſone an
repellatur etiam ab excipiendo vbi etiã nullum crimen repellit quẽ
ab agendo ciuiliter.nu.18.
10 Accuſare quando non poteſt inimicus.nu.13. ꝛ ex quibus inimici-
tia concludatur.nu.ſeq.
11 Ab agendi vel accuſandi ꝑtãte repellitur quis ſola ſpoliatione rei
particularis vel introitu clãdeſtino vt ex hoc ꝯcludatur inimicitia.
14 Poſſeſſor clandeſtinus nõ dꝛ quẽ poſſe priuare poſſeſſiõe ſua ꝛ qḋ
interdicti remedium competat aduerſus eum.nu.ſeq.
15 Edificans clandeſtine in poſſeſſione alterius in quo ſit condẽnan-
dus ꝛ quomodo interdictum qḋ vi aut clam aduerſus eũ cõpetat.
16 Exceptiones omnes qḋ non ſint admittende ſtatuto aut partium
conuentione intelligitur de friuolis tantum vt iuri agendi detrahẽ
tes ꝛ ſic legitime non videantur repulſe vt exceptiones nullitatis ꝛ
alie de quibus hic vt etiam non videatur ſublata poteſtas agendi
iudicis officio.
17 Soluens indebitum coactus vel iudicis mandato an illud condi-
tione indebiti repetat ſtatuto diſponẽte qḋ nulla defenſio admit-
tatur vt in eo qui vſuras ſoluit ratione iuramenti.

1 **Item cum quis.** ¶ † Agenti interdicto:
vnde vi vel quod vi aut
clam nõ obſtat exceptio criminis.h.d. diuiditur vt pri.
2 ¶ † No.j.articulum ſufficere agenti poſſeſſorio narrare
ſpoliationem abſq͂ʒ concluſione:ꝛ ſic ꝓcedit libellus in tali abſq͂ʒ cõ
cluſione de quo.ſ.c.proxi.vbi remiſi.vide Hoſt.in ſum.de reſti.ſpo.
3 §.a quo.in fi.§.¶ † No.ij.qḋ pro clãdeſtina occupatione datur poſ
ſeſſorium recuperande ſicut pro violenta : ꝛ eque eſt priuilegiatũ:q͂
aũt ſpecies actionis tunc detur videbitur.j.c. ſepe.ꝛ.c. cum ad ſedẽ.
4 † ſcđm alios no.hic qḋ interdictum qḋ vi aut clam recipit priuilegia
5 poſſeſſorij recuperande.¶ † No.iij.qḋ regulariter crimen nõ repel-
lit quem ab agendo:quia etiam criminoſus eſt audiendus pro iure
6 ſuo priuato.¶ † Not.nonum modum reſpondendi nobis non oc-
currit ratio quin ſic ſit de iure.vide Io.and.de app.preterea.ꝛ.c. re-
7 quiſiſti.¶ † No.qḋ criminis exceptio non admittitur contra agen
tem poſſeſſorio:nec ad finem vt diſcutiatur nec ad finem vt retardet.
8 de hoc dic vt in.c.pri.precedenti.¶ † No.durare priuilegiũ poſſeſ-
9 ſorij vſq͂ʒ ad actum executionis. ¶ † Not.hic regulam quod qui re-
pellitur ab accuſando de crimine ratione inhabilitatis perſone re-
10 pellitur ab excipiendo.¶ † No,qḋ inimicus repellitur ab accuſan-
11 do.¶ † No.qḋ ſola ſpoliatione particularis rei vel clandeſtino in-
troitu cõcluduntur inimicitie habiles ad repellendum quem a po-
teſtate agendi vel accuſandi.vide vt lite non conteſta. accedens. ij.
12 ¶ † Opp.qḋ nõ differatur executio ſed cognitio per obiectum exce
ptionis cuius contrariũ innuit litera ibi executio retardari. Solu.
mens eſt litere qḋ nõ differatur executio qñ notorium eſt de ſpolia-
tione:quia ibi non exigitur cognitio:ſed ſola executio vel dic qḋ nõ
debet retardari executio prius precedente cognitione: ſnĩa que dif-
fertur ſi ipſa cognitio differtur : vt preambula per quod dat intelli-
gere quod durat priuilegium poſſeſſorij impediens accumulationẽ
13 vſq͂ʒ ad actum executionis perfectum.ad qḋ.ſ.de iudi.c.ſi.† per de-
cre.dicit Hoſtiẽ.inimicitias habentes ortum a cauſa ciuili repelle-
re quem

re quem ab accuſando de accu.cum opportcat.de quo ibi. Item q̄d
inimicus non admittitur ad accuſandum quod eſt verum:etiam in
exceptis niſi ſuam vel ſuoꝝ iniuriam proſequatur: de ſymo.licet:
⁊.c.per tuas. Item non ob.quod nō eſt amicus noſter qui noſtra bo
14 na tollit.ad hoc etiam vt lit.non conte.accedens. Ad glo.oppo.q̄d
non detur poſſeſſorium retinende contra clandeſtinum poſſeſſorem
quia non priuat poſſeſſione clandeſtine intrando. ff. de acqui. poſ.
l.clam poſſidere.§.qui ad nudinas. Glo.fatetur contrarium regula
riter:duos caſus excepit. Primus quando poſſeſſor veniens nō eſt
admiſſus a clandeſtino:ſed repulſus quo caſu perditur ciuilis. Se-
cundus quando ſuſpicatus eſt ſe poſſe repelli.ff.de acqui.poſſeſ.l.ſi
id per quod apparet quod decre.intelligit quando agitur ad reſti-
tutionem poſ.⁊ agit interdicto vnde vi.ſecundum hoc verificatur.c.
intellectꝰ in ſolis illis duobꝰ caſibus:vt ſic ſit ſenſus ſiue quis eiicia-
tur: ſiue quis a clandeſtino non admittitur ſiue ſuſpicetur ſe a clan-
deſtino poſſe repelli ſi agat reſtituende non obſtat criminis excep-
tio. Ad horum intellectum ſcias quod ſi aliquo abſente a poſſeſſio
ne rei quia illam nō habet in cōſpectu per.x.miliaria. Aliter intrās
clam acquirit naturalem abſens retinet ciuilem:aut ergo abſens nō
ſuſpicatur ſe poſſe repelli:ſed incontinenti recurrit ad ius:⁊ tunc re
ſpectu ciuilis turbatur ex ſola intentione ciuilis ⁊ tunc poteſt agere
vti poſſi.reſpectu ciuilis per quod conſequetur reſtitutionem natu-
ralis cum aliter non poſſit deficere turbatio ⁊ tunc vti poſſi.interdi
ctum habebit effectum reſtitutorium contra quod non obſtabit ex-
ceptio delicti:vt hic.ad hoc quod no. Inno.j.de proba.licet cauſam
⁊ no.glo.in dicto.§.qui ad nundinas ⁊ ſic intelligendo hic illud poſ
ſeſſorium tunc habent priuilegia recuperande: vt nō admitteretur
proprietatis exceptio ſed tex.de hoc non probat ſed de exceptione
criminis quādoqꝫ abſente poſſeſſore quis claꝫ ingreditur poſſeſſio
nem ⁊ veniens non admittitur ⁊ tunc priuatur ciuili ⁊ primo perdi
dit naturalem. Practica agendi erit quod primitus agat poſſeſſo-
rio recuperande pro ciuili qua conſecuta intentabit vti poſſi. pro ci
uili in qua turbatur ex retentione naturalis ⁊ illius etiaꝫ conſeque
tur reſtitutionem cum non poſſit aliter deſiſtere a turbatione: ⁊ ad
hoc non obſtat exceptio criminis vt hic. quandoqꝫ quis poſſeſſor
eſt abſens ⁊ alter ingreditur clam ⁊ abſens ſuſpicatur ſe poſſe repel-
li.hic perdit poſſeſſionem quo autem remedio agat tunc eſt dubiū
Glo.tenet quod tunc aget pro iſta ciuili vtili interdicto vnde vi:vt
dicit glo.ff.de vi ⁊ vi ar.l.j.§.ſi quis autem quia ex prima voluntate
intrandi habuit animum priuandi ⁊ ſaltem daretur in foro canoni-
co cōdictio ex decre.reintegranda. Ubi auteꝫ preſente aliquo quis
ingreditur ſuſpicans ſibi controuerſiam fieri non repulſo:nec ſuſpi
cante poſſeſſore ſe poſſe repelli nihil perdit antiquus poſſeſſor:quā
doqꝫ quis ingreditur poſſeſſionem abſentis timens ſibi queſtioneꝫ
fieri a tertio non a poſſeſſore: dic quod adhuc reſpectu ciuilis agit
vti poſſi. Is ad quem poſſeſſio vere ſpectat.ff.de acqui.poſ.l.at qui
alter.§.ſi quis dum putat.ſecundum dy.⁊ bar.licet glo.male ſentiat
in.l.j.§.interdictum.ff.vti poſſi.de quo per dy.ibi ⁊ Cy. in.l.j.C.vti
5 poſſi.in.iij.⁊.iiij.q.†poteſt ſecundo intelligi litera inquantū dicit
aduerſariuꝫ clam intraſſe quod hic ageretur interdicto quod vi aut
clam:quod competit contra clandeſtine edificantem in poſſeſſione
alterius cuius finis eſt vt edificatum demoliatur.⁊ ad intereſſe edi-
ficans condemnetur:pro vt iuratum fuerit in litem taxatione a iudi
ce facta quod vi aut clam.l.j.§.hoc interdicto.⁊.§.deniqꝫ:⁊ cōtra ta-
lem agentem nulla admittitur exceptio:vt ibi dicitur.dicit tamen.
Joan.an.hic quod licet tex.ſic indefinite dicat nullam exceptioneꝫ
admitti. admittuntur tamē ille que habentur in.l.iij.§. ſed ſi permi
ſerit.⁊.l.ſi alius.§.belliſſime.e.ti.⁊.§.ſe.⁊.l.ſemper.§. hoc interdictū
ſcilicet exceptio conuentionis. Item quod tu prius vi vel clam fece
ras id quod dicis vi vel clam demoluiſſe. Item quod id feci cauſa
atterendi incendium. Item quod annus eſt lapſus: niſi ex cauſa
poſt annum audiatur: de prima autem pacti ⁊ conuentionis vide
quod no.de or.cog.c.ſi.ſuper verbo ſpoliatio:⁊ dicit Jo. an. q̄d hec
16 faciant ad materiam decre.ex parte.M.de offi.dele.†Si ponderes
omnes exceptiones que admittuntur concludūtur ad ius agendi:
vnde tex.reiiciens exceptiones intelligitur de extraneis ⁊ nō detra-
hentibus iuri agēdi. Intrance autem ⁊ detrahentes admittuntur.
Ex his determinatur queſtio ſi a ſtatuto contra aliquem agentem
ex inſtrumento guarentiſie vel aliter repellantur omnes exceptio-
nes videtur quod ſolū friuole ⁊ in detrahentes iuri agendi videan-
tur reiecte ſicut ⁊ in reſcripto pape vt dicto capitu. ex parte. ad hoc
quod no.per Cy.⁊ glo.C.de adult.l.ita pudor. ad hoc.l.j.§.interdi-
ctum.ff.a.qui.ap.non.li.⁊ de ap.paſtoralis.⁊.capi.cuꝫ debitus.bar.
ibi dicit in.l.j.§.ij.ff.quod vi aut clam:dicit quandoqꝫ opponiť exce
ptio ex qua detrahitur ſubſtantie vel qualitati iuris:vel a quo non
qualificato ius repellit exceptioneꝫ:⁊ admittitur quia actus in qua
litate ponitur a iure:vt repellat:ſi ſic nō eſt: non repellit. Si ſtatutū
dicit contra inſtrumentuꝫ publicum non admittiť aliqua exceptio
opponi poteſt quod nō eſt inſtrumentū:qꝛ non eſt publicū. Si ſta-
tutuꝫ dicit quod cōtra inſtrumentū ꝯfeſſionatum non admittatur
exceptio:poteſt opponi quod nō ſit ꝯfeſſionatuꝫ:ad hoc.l.nō igno
rat.C.qui ac.nō poſ.⁊ ſi contra electionem factam a duabus ptibus
non admittitur exceptio:poterit opponi quod non eſt facta a dua-
buspartibus:vt de electio.licet.exceptio tamen ſimulationis nō po
teſt opponi:niſi aliter permittatur:quia licet faciat alium eſſe con-
tractum:non tamen facit deſinere inſtrumentum de ſimulato.l.j.C.
ſi quis alteri vel ſibi.⁊.l.quamuis.⁊.l.cum proponas. Quandoqꝫ op
ponuntur alie exceptiones non detrahentes ſubſtantie:vel qualita-
ti eius ꝯtra quā opponitur a quo ſunt exceptiones reiecte:ſed ſunt
alie extrinſece exceptiones:tunc ſi exceptiones permittuntur ab eo-
dem capite ſtatuti:non videntur remote ne incontinenti ſe corrigat
ff.de conditioni.⁊ demonſtratio.l.nam ad ea. ad hoc dicta.l.pudor.
cum ſua gloſ. Si detrahunt ex aliis partibus iuris tunc ſi exceptio-
nes opponuntur contra perſonam:admittuntur:quia ex quo repel
luntur ab inſtrumento:vel iure:ſi opponuntur contra perſonam vt
excommunicatio:bannum:hec non dicantur opponi contra inſtru-
mentum.ad hoc.ſ.de procurato.ex inſinuatione in gloſ. ad hoc.l.fi-
lius.de inofficio.teſtamen. Si opponuntur ad ius agendi regulari-
ter repelluntur. Aduertendum tamen quod ſi ſtatutum dicit nul-
lam exceptionem admitti:per hoc non tollitur exceptio nullitatis
actus ex defectu perſone:vt no.glo.in clementina.j.de ſequeſtratio.
poſ.⁊ fruc.vt ſi exceptio repellať a ſententia.opponi poteſt exceptio
q̄d nō eſt lata a ſuo iudice:⁊ hoc qꝛ tūc nō eſt ſentētia. Iteꝫ inquantū
dixi exceptionem nō admitti.tunc dicit Bart.q̄d licet repellatur a
poteſtate excipiendi:nō tollitur poteſtas agendi officio iudicis:vt
actor repellatur.vt l.plane in princi.⁊.l.fi.ff.de peti.hered.l.ij.in fi.ff.
nau.caup.⁊ ſtabu.quia vbi equitas ſuggerit agi:vel excipi: licet ius
non admittat:poteſt iudicis officium implorari:⁊ hoc equum eſt:vt
dicta.l.plane.⁊.l.fin.ff.de petitio.heredita.ad hoc quod no. Innocē.
de conſti.que in eccleſiarum:⁊ dixi de iudi.nouit.⁊ ſecundum nos ſal
tem audiretur per viam denunciationis euangelice:vt not. de indi.
nouit.quinimmo poſſet conqueri de iuſtitia denegata:vt not. Cyn.
in.l.ſi.C.ſi contra ius vel vtili.publi. poſt Gui.de ſuza. ⁊ no. Inno.
de conſtitu.que in eccleſiarum.hec vera vbi ſtatutuꝫ dicit nulla alia
17 exceptio admittatur.†Si dicit nulla defenſio admittatur:exclude-
tur officium iudicis ⁊ tunc nullum aliud eſt remedium:niſi quod cō
uentus ſoluat:⁊ poſtea repetat.nec obſt.quod ſoluens mandato iu-
dicis non repetat vt indebitum.l.j.C.de condi.indebi.dic ſi de exce-
ptione mihi prouiſum erat per ius agendi:vt eſt ſpoliationis exce-
ptio:vel exceptio dolo facis qui petis ⁊c. Et planum, quod ſoluen-
do poſtea agere poſſum. Sed ſi habeo neceſſe redire ad condictionē
indebiti:vel ſine cauſa:adhuc potero.l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff.
māda.⁊.l.ſi fullo de cōdictio.ſine cauſa.nō obſt.l.j.ff.de condictio.in
debi.quia ibi habet locum:quando illud:an eſſet debitum:vel inde-
bitum:ex cauſa quam deduco:potuit in primo iudicio examinari:
ne tunc infringam iudicis ſententiam:ſed quando in primo iudicio
non potuit examinari:nihil impedit quin cōpetat cōdictio indebi-
ti.ad hoc facit. c.debitores. de iureiur:vbi debitores coguntur ſol-
uere vſuras:quia propter iuramentum nō poteſt examinari an ſint
debite:vel indebite:ſm Barto.in.l.j.§.ij.ff.quod vi aut clam:que no.
ad hoc de appel.conſtitutus. de accuſa. accedens:nam repulſus per
ſententiam ab excipiendo contra electum:nō repellitur ab agendo
de eodem quia illud non fuit diſcuſſum in primo iudicio.ad hoc de
accuſa.ſuper his. Idem ſi diſcuſſum ſit ſed non plene:vt no. de ordi.
18 cog.cap.ij.⁊ cap.ſi.⁊ dixi de excep.aduerſario. ¶ †Oppo.cum gloſ.
ſi.quod nulla ſit dubitatio quod exceptio criminis non debeat ad-
mitti:quia nullum crimen repellit ab agendo ciuiliter:vt patet.iiij.
q.vlti.per totū:Gloſ.fatetur quod ſeparata eſt cauſa criminis a poſ-
ſeſſione:vt dicimus in proprietate:dic ſi crimen inhabilitat perſo-
nam ad agendum:vt excommunicatio vel bannum obſt.vt not.ſ.de
procura.ex inſinuatione ſi non inhabilitat perſonam ad agendum:
nec inficit ius agendi:nec poſſidendi:nec proprietatē tollit:ſed om-
nino eſt a talibus extrinſecuꝫ:tunc non admittitur:vt dicta queſtio.
ſi. Si inficit ius poſſidendi:⁊ habendi vt quia eſt beneficium vel res
ſpiritualis.⁊ obiicitur crimen hereſis.exceptio admittitur. no.gloſ.
viij.diſtinctio.quo iure:vt in laico decimas repente:vt not.ſ.eodem.
ex parte.M. Hec vera quando inficit ius poſſidendi ipſo iure:quia
priuat ipſo iure vel inhabilitat:ſecus ſi veniat poſſeſſione priuan-
dus:vt not. Innocen.de exceſſio. prelato. inter dilectos.in gloſ.j.⁊
no. Archi.viij.diſtin.quo iure.cōpo.de elec.q̄d ſicut in glo.j.ver.ſi ve
ro ſic debet intelligi Joan.iij. q.i.in ſum. Si inficit ſolaꝫ proprieta-
tem ⁊ non inhabilitat ad poſſidendum:tunc in aliis a beneficialibꝰ
non obſtat criminis exceptio:quantumcunqꝫ notoria:quia hoc licet
concludat iur.priuatum:non fundat intentum opponentis:vt not.
in.c.ad decimas.de reſtitutione ſpoliato.⁊ dixi ſupra eodem in lite-
ris. Si ſumus in beneficialibus:illa exceptio obſtat ad impedien-
dum irreuocabilem reſtitutionem:de procura.ex inſinuatione:quo
ad impediendam momentaneam:tunc ſi eſt notorium delictum ob
ſtat agenti poſſeſſorio:ſiue inducat priuationem ipſo iure:ſiue facul
tatem priuandi:vt eſt caſus de accuſa.ad petitionem.ad quod eo.ti
tu.ſi conſtiterit. Si non eſt notoria:ſed manifeſta:non admittitur:
vt eſt gl.ſingularis in manifeſto.iij.q.v.qꝛ ſuſpecti:iuncto text.⁊ glo.

que incipit argu. quod ſi nõ eſt notoria nec manifeſta. exceptio etiã
dato quod ſit famoſa: vel opponens ſe incontinenti offerat proba-
re: non admittitur: vt dicit glo. ij. q. v. ſuper cauſa: ⁊ hoc verum quo
ad partem Judex tamen illam admittit ex officio ſi velit propter in
famiam ſuſpendere reſtitutionem: q2 ſi poſſet ipſum ſuſpendere nõ
ſpoliatum: fortius ipſuz poterit ſuſpendere ſpoliatum: ſic intelligo
Joã. iij. q. j. in prin. ſumme ⁊ hoc maxime quando in reſtituendo im
minet ſcandalum: vt no. Specula. in titu. de peti. ⁊ poſ. §. quoniam.
verſi. vt hic articulus: ⁊ ſic debet intelligi quod no. in ſum. iij. q. j. que
omnia no. ⁊c. Anto. de but.

1 ☞ Spoliatus etiam a iudice iuris ordine pretermiſſo ante omnia
reſtituitur.
2 Beneficio ſuo vt priuari quis poſſit requiritur iuſta ⁊ manifeſta cau
ſa ſimul nu. 9.
3 Poſſeſſorium recuperande datur cõtra iudicem pro ſpoliatione fa-
cta ſua autoritate iuris ordine pretermiſſo in quo venit reſtitutio rei
⁊ fructuum. numero. 7. licet iudex poſſit ex officio inquirere. nu. 10.
4 Sententia lata in poſſeſſorio non obſtat agere volẽti poſtea de pro
prietate.
5 Pro his que iudex facit extra iudicium non preſumitur licet preſu-
matur pro iudicialibus fallit quando facit aliquid ipſe iudex ex offi
cio extraiudicialiter vt iudex. nu. 13.
6 Verbum ſpoliaſti quandoq3 ſonat in vitium ⁊ aliquando non.
7 Spoliato a iudice etiã iuris ordine pretermiſſo quando nõ datur re
ſtitutio.
8 Executor ex quo poteſt vias executorias parte nõ citata ſi ſit datus
ad prouidendum de beneficio impetranti qꝺ talis poſſidet ſi conſti-
tuerit ipſum contra lateranenſe conſilium vel contra decre. execrabi
lis beneficiũ tenere ⁊ executor faciat ꝓceſſum parte nõ citata illudq3
beneficium contulit et vltra hec poſſeſſionem tradidit priuatus an
poſſit agere poſſeſſorio.
9 Manifeſtũ ſumitur quandoq3 pro notorio.
10 Prelatus vbi tenetur rationem reddere de anima ſui ſubditi ſi occul
tum ſit delictum ſubditi nec apparet accuſator aut denũciator an de
beat aduerſus eum procedere iudicio ordinario vt eum poſſit puni-
re vel attento qꝺ iudex inquirendo poteſt ex ſuo officio inquirere nõ
ſeruato iudicis ordine an poſſit eodem tramite procedere ipſe prela
tus etiam in puniendo.
11 Spoliatus beneficio a collatore executore agit contra executorem ſi
nulli contulit ſi vero alteri contulerit agetur contra eum in quem fa-
cta eſt collatio.
12 Spoliatus beneficio virtute reſcripti per quod mandatur qꝺ priue
tur illo ſi ita eſt niſi aliquid velit coram delegato deducere an poſſit
per condelegatũ reſtitui vbi deducit res per quas nõ eſt priuandus
propter clauſulaz ſi ita eſt.
13 Ad probandum quando quis arctatur iuris ordine ſeruato vbi ad-
uerſus eum eſt proceſſum per iudicem extraiudicialiter.

1 **Conquerente.** †Spoliatus etiam a iudice iuris ordine pretermiſſo anͭ
omnia reſtituitur. primo ponitur querela. ſecunda ibi: q2
non: preceptum. tertia ibi: reſtitutione: iudicum datio.
2 ¶ † No. duo requiſita vt quis poſſit beneficio priuari: qꝺ cauſa ſit iu
3 ſta: ⁊ manifeſta. ¶ † No. ij. qꝺ contra iudicem priuantem quem ſine
iudicio: vel ordine iuris pretermiſſo: poſſeſſione beneficij: datur poſ
ſeſſorium: in quo venit reſtitutio rei ⁊ fructuum: ⁊ ſic non ſolum pro
ſpoliatione priuata datur poſſeſſorium: ſed etiam pro ſpoliatione
4 facta publica autoritate: iniuſte: ⁊ ordine iuris pretermiſſo. ¶ † No.
iij. quod ſententia lata in poſſeſſorio non obſtat agere volenti poſt-
5 ea de proprietate. ¶ † No. quod pro his que iudex facit extra iudi-
cium non preſumitur licet pro iudicialibus preſumatur. ſecundum
6 goſ. pe. ⁊ ab. ¶ † No. de verbo ſpoliaſti ſonat in vitium aliquando
non de renunc. quod in dubijs: de pac. cum clerici: de eta. ⁊ quali. cũ
bone. de cle. nõ. reſi. ex tue. ⁊ c. ſi. de mag. quãto. de collu. audiuimus
de fal. ad falſariorum: de cle. ex. fraternitati: ⁊ c. pe. al'. ſe. Joan. and.
7 ¶ † Oppo. quod pro ſpoliatione iudicis non detur poſſeſſoriuz. ij.
q. j. notum. ⁊ quod ibi no. vij. q. j. preſentium: ⁊ quod ibi no. in gl. ar.
quod in ſi. dic ſi eſt ſpoliatus extraiudicialiter a iudice non vt iudi-
ce datur reſtitutio vt hic. Si a iudice vt iudice tunc communiter di-
citur quod ſi eſt ſpoliatus ordine iudiciario non datur reſtitutio vt
dicit glo. iij. q. j. in ſum. Sed tunc nõ datur reſtitutio abſq3 cauſe co-
gnitione: vt no. Jo. ⁊ archi. in dicto. c. preſentium: ⁊ in hoc differt a
ſpoliatione: priuati: vt no. per archi. lxxiij. di. quorundam. xxiij. q.
vj. Hoc quippe. Dic quandoq3 ſpoliatio eſt facta a iudice extraiu
dicialiter ⁊ hoc conſtat ⁊ datur poſſeſſoriuz vt hic: ⁊ de offi. dele. cau
ſam: ⁊ c. cum cauſa: no. iij. q. j. in prin. ſumme. quandoq3 eſt facta pri
uatio a iudice: in iudicio ⁊ conſtat quod nõ eſt iudex ſuus. Idem q2
de eo vt priuato iudicandum eſt: ⁊ idem quando poſt appellationẽ
eſt priuatus: vt patet ex no. de officio delegati ſi quando: et tenet
Specu. in verſicu. vt hic articulus in loco allegato. Quandoq3 ſpo-
liatio eſt facta a iudice ſuo: ⁊ iudicialiter: ⁊ ſi pretenditur ſpoliatio
nulla: propter nullitatem proceſſus poteſt agi poſſeſſorio ⁊ ſi pretẽ-
ditur quod ordo fuerit ſeruatus: de hoc ante omnia eſt cognoſcẽdũ.
Ita intelligo glo. ſ. all'. ad quod de reſcri. dilectus. ⁊ ſi ſic idem eſſet
in priuato ſi pretenderet ſpoliationem iuſtam: vt quia diceret eam
incontinenti factam quia iura que excludunt cauſe cognitionem:
non concludunt cognitionem ſuper ipſo poſſeſſorio: ſed ſuper ipſo
petitorio: vt no. ſ. c. j. ⁊ archi. iij. q. j. epiſcopus. In hoc tamen differẽ
tia eſt: quia dicens iuſtam extraiudicialem grauatur onere proban
di dicens iniuſtam iudicialem grauatur onere probandi. ſ. de iudi.
c. ſi. ⁊ ſ. eo. accepta. Quandoq3 cauſat iniuſtam priuationem pro-
pter iniuſtitiam ſententie: ⁊ ſi ſententia tranſiuit in rem iudi. vel nõ
tranſiuit ⁊ non eſt appellatum ⁊ tunc non auditur ex quo non eſt re-
ciſa q2 iuſta preſumit: vt patet ex not. ſ. de elec. bone. de proba. qm.
Si ſpoliationẽ pretẽdat ex ſpoliatione poſt appellationẽ auditur:
ſed nõ ſit reſtitutio: niſi de cauſa cognoſcatur appellatiõis cũ diſtin
ctione. c. non ſolum. de ap. li. vj. Ad hoc reducẽda eſt glo. lxx. di. quo
rundam. Inquantum facit differentiam inter ſpoliationem homi-
nis: ⁊ iudicis: ⁊ quod ſcribit ſpe. in ſpe. de peti. ⁊ poſ. §. quoniam: in
prin. ⁊ in ver. vt hic articulus cum. ver. verũ. vbi ponit diſtinctionẽ.
8 pe. ⁊ abba. quam ipſi ponunt hic. † Et his deciditur queſtio: datus
eſt executor ad prouidendum de beneficio quod poſſidet talis tali:
ſi conſtiterit ipſum contra lateranenſe concilium: vel contra de-
cre. execrabilis beneficium tenere: ſi executor faciat proceſſum: parte
non citata contulit: ⁊ vltra hec poſſeſſionem tradidit: ſic priuatus
vult agere poſſeſſorio: an poſſit videtur qꝺ nõ quia poteſt executor
aſſumendo vias executorias procedere parte non citata vt no. de cõ
ceſ. pre. propoſuit. in cle. j. de offi. dele. de preſum. dudum. contra ibi
ſcilicet in loco preall'. determinat Jo. an. in addi. quia executor da-
tus ad conferendum beneficium nondum collatum: ⁊ gratia nũdũ
facta non poteſt vices executorias exercere: ⁊ aſſumere quin partez
citet. Contrarium procedit: quando datus eſt executor ad exequen
dum iam gratiam factam. Item non poteſt ad traditionem poſſeſ-
ſionis procedere parte non vocata que ſaltem poteſt habere defen-
ſionem. de preben. licet li. vj. quod eſt notandum quia valde limitat
illa dicta: ⁊ puto hoc procedere quando agitur de preiudicio alteri-
us poſſidentis ſecus ſi beneficium vacat quia ⁊ ante collationem: ⁊
poſt: in traditione poſſeſſionis non exigitur quod executor vocet
partem vel citet aliquem ſed poteſt aggredi vias puri executoris:
vt in cle. j. de offi. ⁊ po. iu. dele. Formam autem libelli pro ſpoliatio-
9 ne iudicis vide in ſpe. e. tit. §. ſpoliatus. ¶ † Oppo. ſi. quod etiam
non ſufficiat manifeſta cauſa: vt patet. ij. q. j. de manifeſta. So. hic
ſumitur pro notoria nam iudici non creditur. vij. q. ij. ſi tantum. ⁊ c.
10 ſi omnia. ⁊ c. placuit. ¶ † Oppo. quod iudex ex officio poſſit de be-
neficio inquirere. de offi. or. ordinarij. li. vj. de reſcri. dilectus. de pac.
cum cleri. de coha. cle. ſuper eo. non ergo debet citari ordinarius ad
litigandum ordine iudiciario coram delegato. dic quod hoc ideo vt
puniatur in quo deliquit: quia primo nullum ordinem ſeruauit. ad
hoc de tranſla. prela. quanto. Hoſ. dicit quod tunc eſt locus ordini
iudiciario cum occultum eſt delictum ſubditi: nec apparet accuſa-
tor vel denuntiator: quo caſu tenetur ſuperior procedere. xxiij. q. iiij.
duo iſta: quia de ipſius anima tenetur reddere rationem. xxviij. q. ij.
cognouimus. In notorio no. vel cum apparet accuſator: vel denun
tiator: non aget contra illuz ſed ſuum officium exercet. ſ. de offi. or.
c. j. glo. ij. in ſi. all'. concor. in aut. vt dif. iu. §. j. coll'. ix. ¶ Quero an per
hoc mandatum ſi eſt ita recipiat aliquam cognitionem: dic qꝺ non
quia de hoc debet eſſe certus: de reſcri. ab excommunicato: ſed bene
11 iudex datus in locum eius: vt ibi. ¶ † Oppo. cum glo. vlt. quod nõ
debeat de hoc experiri cum collatore. ſed cum eo qui poſſidet: ⁊ cuiꝰ
intereſt. ij. q. j. nõ ſolet. So. ſi iudex ſpoliator nulli contulit procedit
quod hic: quia eo reſtituto agendum eſt cuz iudice ſi alteri contulit
agendum eſt contra eum cui contulit ⁊ iudex de his que agit reſcri-
12 bit delegato. xviij. di. de conſilijs. ¶ † Quero quid ſi facto manda-
to in litera vt reſtituat ⁊ poſtea proponat niſi aliquid vult coraz de-
legato an ſi non reſtituat poſſit condelegatus reſtituere. dicit gloſ.
quod ſic propter clauſulam ſi eſt ita. Recitat Jo. an. quoſdam dice-
re ⁊ tenere cõtra quia ꝑ iſtã delegatio. nõ eſt commiſſuz vt reſtituat
ſed eſt tantũ mandatuz vt cognoſcat de cauſa propter quam debuiſ
ſet ſpoliari ſed primum dictum placet hoſtien. ⁊ Innocen. quaſi ⁊ ſi
nõ de verbis tamen de mẽte hoc ſit que preferẽda eſt de. V. ſig. intel-
13 ligẽtia. de quo de mut. peti. c. ij. ¶ † Oppo. quod nõ artetur ad pro-
bandum quod abſq3 iudicio fuerit ſpoliatus quia ex quo non appa
ret quod ordine iudiciario non preſumitur: de proba. quoniam cõ
tra. Glo. dicit quod ex quo eſt a iudice ſpoliatus preſumitur pro eo
quod fecit: ar. de renun. in preſentia. dicit Joã. an. quod hec nõ fuit
priuatio iudicialis ſed extraiudicialis ⁊ ſic illa iura non faciunt.
Conclude ergo pro geſtis a iudice iudicialiter preſumitur vt de re-
nuntia. in preſentia. pro geſtis extraiudicialiter que gerere poſſunt
extraiudicialiter ex officio etiam preſumitur vt no. de eo qui fur. or.
rece. innotuit. pro his que geſſit extra iudicium que iudicialiter ge-
rere debeat non preſumitur: vt hic. Anto. de but.



FRANCKESCHE STIFTUNGEN

1 ☞ Spoliatus vxore petens reſtitutionem coniugis debet proba‑
re cōiugium videlȝ primo ipſam ſpoliationē deinde deſpōſationē
⁊ tertio copulam. nu. 1. Et quomodo quatuor caſibus nō poteſt reſti‑
tui. nume. 5. ⁊ nume. 10.
2 Poſſeſſorio agenti in cauſa matrimoniali quid habeat probare. numero. 10.
3 Libellus in materia poſſeſſorij recuperande recte concludit quādo petitur rem reſtitui.
4 Spoliatus vxore quomodo ea non reſtituitur abſq̄ cautione.
5 Uxor quibus caſibus poteſt ſe a viro ſuo abſentare vt ad eum redire non cogatur. nu. ſeq.
6 Mulier ſicut ob viri ſeueritatem non arctatur redire ad virum ita ⁊ propter viri parentum crudelitatem.
7 Libera perſona quo caſu ſequeſtrari poteſt.
8 Spoliatus vxore non reſtituitur ante cauſe exitum vbi timetur de ſeuitia vel forte opponitur de cōſanguinitate ſeu affinitate aut alio iuſto impedimento licet aliter ſpoliatus in dubio reſtitui debeat.
9 Sequeſtrari vbi poteſt vxor apud quem fiat ſequeſtrum.
10 Spoliato agenti reſtitutione que exceptiones obſtent in cauſa matrimoniali vt non poſſit vxore ante cauſe exitum reſtitui.
11 Poſſeſſorio recuperande agens quando arctatur vel non arctatur ad probandum titulum.

1 **Ex tranſmiſſa.** ¶ † Petens reſtitutionē cōiugis habet ꝓbare coniugiū
vel reſtituitur coniunx viro probante ſpoliationem: de‑
ſponſationem: ⁊ copulam ⁊ de ipſius impunitate cauēti
niſi magna ſit viri ſeuitia. h. d. Primo mandat reſtitutionē fieri cū
cautione. Secundo prouidet quid agendū cum fragilis ſit cautio.
2 ¶ † No. j. agētem poſſeſſorio in cauſa matrimoniali arctari ad pro
bandum aliquid de titulo ⁊ ſic poſſeſſorium eſt mixtum: ⁊ ſufficit qđ
probet titulum ſuo aſpectu: quo ad principia extrinſeca ⁊ rudia va‑
lide: quicquid ſit de defectu intrinſeco. Unde ſufficit qđ probet de‑
ſponſationem ⁊ copulam inquantum intendit reſtitui plene etiam
quo ad copulam: ⁊ ſic vbicunq̄ agenti reſiſtit ius cōmune poſſidēti
niſi detur aliquis titulus ex quo res reddatur poſſidibilis icumbit
onus probandi aliquid de titulo ⁊ cauſa ex quo res poſſidibilis con
3 cludatur. ¶ † No. quod in talibus poſſeſſorijs habētibus mixtam
4 cauſam recte concluditur in libello: peto rē reſtitui. ¶ † No. caſū
5 in quo non fit reſtitutio abſq̄ cautione. ¶ † No. iij. caſus in quo im
peditur reſtitutio mulieris quando eſt tā crudelis vir quod fruſtra
torium ⁊ inane eſt remediū cautionis. ad hoc. j. e. literas: in fi. quod
intellige vt ibi. Alios habes caſus vt lit. non conte. c. j. ⁊ vide caſus
in quibus ipeditur generaliter reſtitutio numeratos in ſpe. de peti.
6 ⁊ poſ. §. fi. ad fi. ¶ † No. qđ ſicut impeditur reſtitutio ob ſeueritatē
7 viri: ita ob ſeueritatē parētū viri. ¶ † No. caſū in quo libera perſo
na ſequeſtratur. ad hoc. j. de ſpon. cum locum. Et no. contraditionē
ſequeſtri vt res reſtituatur in euentū queſtionis de quo de iudi. exa‑
8 minata. ¶ † Oppo. quod ante cauſe exitum debeat reſtitui ſupra
c. j. ⁊ ſic non debet expectari cauſe deciſio: quia non admittitur in ta
libus exceptio proprietatis. So. intellige quod hoc caſu quando ti
metur ſeuita nō reſtituitur ante cauſe exitum ſcȝ principalis. ſi forte
mulier opponat cōſanguinitatem: vel affinitatem vel aliud impedi
mentū de hic antequam reſtituatur cognoſcetur ⁊ determinabitur
9 non obſtāte priuilegio ſpoliationis. ¶ † Oppo. quod aliter cuſto‑
diatur quia debet poni in monaſterium. de ſpon. cum locum. de pro
cu. accedens. So. cuſtodietur vt hic. Item poterit poni in aliquo lo
co religioſo ⁊ ſecuro committetur conſanguineis proprijs ſociata.
10 xxxiij. q. ij. ſiue. ſecundum gof. ¶ † Oppo. cum glo. quod agenti poſ
ſeſſorio non incūbat probare titulum matrimonij: cum fundetur ſu
per nuda poſſeſſione. Huic eſt quod agenti non obſtet conſanguini
tatis excep. j. e. ex conqueſtione. So. quādoq̄ agitur petitorio: ⁊ de
bet probare matrimonium validum ⁊ admittitur omnis excep. ſecū
dum glo. ſic quidam intelligunt hanc decre. ſecundū Jo. an. vt no.
j. e. ex parte: ſed non faceret ad ti. Si agitur poſſeſſorio tūc arctatur
agens concludere titulum matrimonij: ſuo aſpectu validum quo ad
rudia principia contrahendi alias non concluderetur poſſeſſio: vt
euidenter iniuſta vt hic. Ita tamen quod concludatur clandeſtini‑
tas ⁊ tunc ſi opponat defectus proprietatis reſpectu vitij intrinſeci
hec exceptio non admittitur. j. e. ex conqueſtione: quod glo. dicit ve‑
rum quando vitium eſt diſpenſabile: vbi autem eſſet indiſpenſabile
admittitur vt impediatur reſtitutio quo ad copulam ſi incontinen
ti probatio offertur parata. alias non: vt in. c. literas. j. e. ſi exceptio
defectus reſpectu principij rude contrahendi quia opponitur non
contractum vel clandeſtine contractum vel a perſonis inhabilibus:
admittitur. Joan. an. approbat glo. dicens quod oportet matrimo
nium tenere reſpectu conſenſus dat ſimile in ſponſalibus ad indu‑
cendam publice honeſtatis iuſtitiam. de deſpon. impu. c. j. li. vj. Ca‑
ſus autem in quibus denegatur reſtitutio habētur. ij. q. j. in ſumma
quorum aliquos poſuit vin. ſ. c. proxi. ⁊ gof. hic quos no. ſ. vt lite.
non cōte. c. j. Inno. eos ponit. j. ti. ij. vide plene. in ſpe. de peti. ⁊ poſ‑
ſi. §. ſi. per totū: vbi inuenies verſus quod de hoc ponebat pe. ⁊ ab.
11 ¶ † Oppo. quod agens poſſeſſorio nō arctetur ad probandum ti‑
tulum quia illud fundatur ſuper nuda poſſeſſione. c. in literis. So.
quedam ſunt res ⁊ iura in quibus poteſt haberi poſſeſſio abſq̄ tit.
quia ius non reſiſtit poteſtati poſſidendi ⁊ tunc non oportet agen‑
tem poſſeſſorio probare titulum. Quedam ſunt iura vel res in qui‑
bus non poteſt haberi poſſeſſio ſine ti. vt quia ius commune regula
riter reſiſtit potentie poſſidēdi ⁊ aliquo ſingulari caſu permittit: ⁊
tunc non ſufficit probare detentionem: quia per hoc non concludi‑
tur poſſeſſio niſi cauſa in qua a iure ſingulariter poſſidere permitti‑
tur oſtendatur: ⁊ tunc oportet aliquid docere de titulo. vt hic. Unde
poſſeſſioni liberi hominis regulariter ius commune reſiſtit: ⁊ ſolo
certo caſu permittit ſcȝ in cauſa matrimoniali. oportet ergo ante ca
ſus ille aliqualiter probari. Gl. vltima. eſt clara: no. eam in eo quod
dicit quid comprehendatur appellatione ſufficientis cautionis: et
cautionis ſimpliciter. Anto. de but.

1 ☞ Qui poſſidet per alium ſi illo mortuo poſſeſſionem ingreſſus expellitur poterit reſtitutionem petere per interdictum poſſeſſionis recuperande.
2 Eccleſiam concedere poteſt epiſcopus loco collegiato ad vſus eorū dum tamen non fiat dicta conceſſio in preiudicium rectoris eccleſie et capituli conſenſu nu. 2. ⁊ 9. ſecus ſi fuerit certa perſona. nu. 14.
3 Poſſeſſionis traditio non limitatur ad limites tranſlationis iuris vt poſſeſſio poſſit pure transferri tranſlata proprietate etiam conditionaliter.
4 Poſſeſſio transfertur per reſponſionem penſionis in recognitionem ſubiectionis factam a ſubiecto de tū conſenſu ⁊ patientia ſubiectionem domini poſſidentis alias non. nu. 12. ⁊ 13. vt poſſit autorita te propria apprehendi. nu. 15.
5 Poſſeſſio non transfertur ſolo mandato de reſpondendo niſi actualiter reſpondeatur et mandato pareatur ⁊ fiat a vero domino. nu. 13.
6 Poſſeſſionem vacantem ingrediens ciuiliter in ſe ante trāſlatā nō dicitur iniuſtus poſſeſſor nec ſpoliator.
Poſſeſſionem ciuilem habens videtur habere licentiam apprehendendi naturalem vacantem ex ſola tranſlatione ciuilis.
7 Poſſeſſionem continuans licet corpore ingrediatur nouiter eo habente ciuilem non dicitur poſſeſſionem acquirere ſed continuare.
8 Spoliator violentus ⁊ clandeſtinus equiparātur vt ſicut repellere licet violentum ita ⁊ clandeſtinum.
9 Eccleſiam etiam vacantem non poteſt epiſcopus ſolus etiam capituli conſenſu vnire abſq̄ defenſore legitimo deputato.
10 Cenſus nouus imponi nō poteſt niſi in cauſa noua rationabili ⁊ fauorabili.
11 Priuilegium pape ſtricte interpretatur vt non intelligatur conceſſum ad tertij preiudicium vt ꝙ ex tali priuilegio poſſit quis ingredi poſſeſſionem propria autoritate. nu. ſeq.
12 Poſſeſſio an dicatur tranſlata ad tituli ſolius tranſlationem etiam in materia beneficiali vt poſſit propria autoritate apprehēdi. nu. 15.
13 Poſſeſſio an tranſlata probetur per inſtrumentum.
14 Jus patronatus inferioris eccleſie poteſt per epiſcopum dari ⁊ cōcedi collegio de conſenſu capituli et patroni fallit ſi daretur tertio priuato.
15 Poſſeſſio tranſlata vigore inſtrumēti vel reſponſionis cenſus aut penſionis quomodo negligentia perdi poteſt ⁊ infra quod tempus apprehendendi debeat ſiue ſit vacans aut detenta.
16 Spoliatus poſſeſſione quam apprehendit per tranſlationem mei procuratoris promittentis de rato non poteſt reſtitui interdicto recuperande anteq̄ ratum habuerim.

1 **Cum veniſſent.** † Si his qui per alium poſ‑
ſidet illo mortuo poſſeſſio‑
nem ingreſſus expellitur: reſtitutionem per interdictum
petere poterit. h. d. In prima conſultatio: in parte deciſa.
2 In ſecunda prouiſio. ¶ † No. j. epiſcopum poſſe ex cauſa concedere
eccleſiam loco collegiato ad vſus eorum. Et no. qđ hec conceſſio non
debet fieri ad preiudiciū rectoris eccleſie tunc viuentis. ad hoc de re.
eccleſie non alienā. poſſeſſiones. ⁊ ſic ad incertum tempus poteſt ta‑
3 lis conceſſio fieri. ¶ † No. ij. qđ conditionaliter tranſlata proprieta
te: pure poteſt transferri poſſeſſio: ⁊ ſic non regulatur traditio poſſeſ
4 ſionis ad limites tranſlationis iuris. ¶ † No. tertio qđ per reſpōſio
nem penſionis in recognitionem ſubiectionis factam a ſubiecto de
conſenſu ⁊ patientia ſubiectionem poſſidentis: transfertur poſſeſſio
ſecus ſi ſine eius conſenſu vt no. de reſtitutio. in integ. c. ij. j. eo. olim.
5 ij. de re iudi. ſuborta; ⁊ c. cum ſuper. † Et quod ſolo mandato de re‑
ſpondendo non transfertur poſſeſſio: niſi actualiter reſpondeatur ⁊
mandato pareatur: ad quod id quod no. j. de conceſſio. preben. cum
6 noſtris. per Innocentium. ¶ † Not. quod ingrediens poſſeſſionem
vacantem ciuiliter in ſe ante tranſlata: non dicitur iniuſtus poſſeſ‑
ſor: nec ſpoliator: et ſic is in quem trāſlata eſt ciuilis, videtur habere

licentiam apprehendendi naturalem vacantem ex ſola tranſlatio-
ne ciuilis:vide. Inno.de ar.ex parte.et de probationi. in preſentia.
7 ¶ †No.quod continuans poſſeſſionem licet corpore ingrediatur
nouiter eo habente ciuilem nouiter non dicitur poſſeſſionem acqui
8 rere:ſed cõtinuare. ¶ Et no.qđ is poſſidet ⁊c. ¶ †Nota quod ſicut
licet repellere violentum incontinenti ita ⁊ clandeſtinum:de quo.j.
9 c.olim.⁊ per.Cy.in.l.j.C.vnde vi. ¶ †Oppo. quod hec cõceſſio nõ
potuerit fieri prelato ſolo.de his que.fi.a prela. tua.So.intellige ꝙ
facta fuit de conſenſu capituli que fieri poterit etiam rectore nõ vo-
cato:vel ſi vacat:nõ deputato legitimo defenſore de re.eccle.nõ.ali.
cle.ſi vna: ſue vero menſe:vel capituli:epiſcopus etiam cum conſen
10 ſu capituli eccleſiaƺ vnire nõ poteſt vt ibi. ¶ †Oppo. quod nouus
cenſus eccleſie imponi nõ debeat de cenſi.prohibemus. de preben.
auaricie.So.dic quod hic cenſus antea preſtabatur epiſcopo:vel ſe
cundum hoſti.hic cenſus fuit nouiter ex noua cauſa impoſitus:⁊ ra
tionabili:⁊ fauorabili quod patet ex verbo auctoritat e:⁊ hoc fieri
poteſt.de cenſi.ſignificauit:alias dixiſſet litera poſt verbum profice-
11 ret interim. Idem.gof.antequam ſolueret penſionem. ¶ †Oppo.
quod non potuerit canonici tranſlationem tituli ingredi : propria
12 auctoritate vt patet de priuil.paſtoralis. †Dic contra. loquitur in
priuilegio pape:⁊ conceſſione ex illo:quod ſtricte intelligitur ad pre
iudiciuƺ tertij:quia non eſt intentio pape tertio preiudicare : hic de
priuilegio epiſcopi quod large intelligitur cõtra cõcedentem.de do
na.dilecti ⁊ de conſue.cum dilectus.ſecundum ab.hoc non placet:q:
ad tranſlationem tituli nõ transfertur poſſeſſio: vt.ff.de acqui.poſ.
ex ſtipulatione.ad quod.j.de conceſ.preben.cum noſtris. Uel ſecun
do hic prius iſti erant in poſſeſſione per reſponſionem penſionis,
igitur transfertur poſſeſſio:⁊ licitum eſt eis poſtea poſſeſſionem cõ
tinuare mortuo conſtituente ibi tranſlata nõ erat. Dic ergo quan-
doq; interuenit ſolus titulus ⁊ nõ alia traditio vera:vel ficta:⁊ ſi in-
teruenıat a cõi domino vi priuilegij: planum qđ nõ transfertur poſ-
ſeſſio:vt in.c.paſtoralis.l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acqui . poſ.⁊.l.mi-
nus inſtructus.C.de acqui.poſſeſ. Datur tamen ex titulo licentia
apprehendẽdi:vbi vacat:vel ab alio ꝙ dante titulum poſſidetur vt
l.predia.ff.de acqui.poſ.Et ſi poſtea reperiatur poſſidere:pſumitur
ex precedenti titulo poſſidere:vt.l.quedam mulier.ff.de rei ven. In
beneficialibus non transfertur poſſeſſio:ſed ſola licentia apprehen-
dendi:altero nõ poſſidente.no.ſ.de elec.tranſmiſſam.⁊ no.ſ.c.in li-
teris. In eccleſia quidam dicunt in ea ſpeciale:vt ſicut dominiũ trãſ
fert ſine titulo vt.l.fi.C.de ſacro.ſanc.eccle . Ita ⁊ poſſeſſio:ad quod
de conſue.c.ij.ad hoc.xix.queſtione vltima ſi qua mulier.⁊ hoc dicũt
quidam. de proba.in preſentia. Tu dic idem in eccleſia quod alijs:
quia ſolo titulo niſi aliud interueniat non transfertur poſſeſſio:ad
quod.l.cum heredes.ff.de vſuca.⁊ qđ no. Inno.in glo.j.magna ad fi
j.de proba.in preſentia. Fallit niſi tranſlatio poſſeſſionis veniat in
conſequentiam perſone ſe ptãti eccleſie ſubmittentis : vt no.in di-
cto.c.in preſentia.ff.de preca.l. Item ſi adoptauero ⁊. Cy.in aut.in-
greſſi.⁊ ibi alij ſcribentes.C.de ſacro.ſan. eccl.ſic intellige glo . in di-
cto.c.ſi qua mulier ⁊ no.legiſte i dicta.l.fi.C.de ſacro.ſanc.eccle.⁊ hoc
tene:quicquid dicat archi.xvj.q.j.moderatione. poteſt tamen dici:
quod faciliori actu transfertur poſſeſſio:quia vbi in alijs certi actus
ſunt determinati a iure pro ſigno transferende poſſeſſionis de qui-
bus in.l.iij.ff.de acqui.poſſeſ.⁊ in.c.ij.ſ.de conſue. ⁊ generaliter ſuf
ficiat:quod actus quantuncũq; extraneus ſit determinatus pro ſi-
gno transferende poſſeſſionis ſiue a conſuetudine ſiue ab homine
vt ibi no.⁊.ſ.c.in literis. In eccleſia enim ſpãle quod quicquid detꝛ
⁊ ab eccleſia recipiatur precedente vel nõ determinatione dũmodo
pateat de volũtate volentis transferre poſſeſſionem: tali traditiõe.
trãſfert.ſ.de conſue.c.ij.⁊ ſic intellige Innocen.hic. Inquantũ agi-
tur transferri in eccleſiam ſecus ſi agitur transferri ius eccleſie in inti
tulatum.vel poſſeſſio:vt dixi.ſ.capitulo in literis , quia oportet qđ
deſtinatio ſaltẽ hominis preceſſerit vt dixi ibi. Hec vera in caſu cer-
ti vbi conſtat dantem titulum poſſediſſe tempore dationis tituli:
quia nõ cẽſetur ex hoc tradita poſſeſſio ⁊ ingrediẽs iniuſtus eſt poſ-
ſeſſor:vt dicta.l.ſi ex ſtipulatione. Sed ſi conſtat alterum quam tra-
dentem titulum poſſidere ⁊ poſtea reperiatur titulum habens poſ-
ſidere in diuerſo preſumitur habere poſſeſſionem reſpectu preceden
tis tituli quia ei ſola traditione tituli videtur data licentia vendicã
di poſſeſſionem a quocunq; poſſidente.ff de rei ven.§.hec ſi res. Si
non conſtat quem poſſidere qui titulum transfert ⁊ reperitur habẽs
titulum poſſidere ⁊ nõ apparet quomodo ſit ingreſſus in dubio pſu
mitur habuiſſe poſſeſſionem ab eo : a quo titulum habet reſpectu
precedẽtis tituli.ff.de rei ven.l.quedaƺ mulier ⁊ ſcribit bar.ff. de vſu
ca.l.celſus ⁊.l.cum ſolus , vnde dicit butri . in.l.ij.C.de acqui poſſeſ.
quod ſi ſteti in poſſeſſione ſciente et patiente illo a quo habeo titu-
lum preſumor ab eo habere poſſeſſio. per dictam.l.ij. ⁊ idem Bart.
ibi dicit tamen Innocen.j.de probatio.in preſentia:quod in eccle-
ſia quo ad ius agendi publiciana ſufficit ſolus titulus. quia ſicut ſo-
lo titulo transfertur dominium. Ita ⁊ ſolo titulo transfertur publi-
ciana:et hoc ponit in ſua prima gloſ. magna ad finem. Sed de hoc
dic vt dixi de conſuetu.ca.ij.Quandoq; vltra verba apta ad transfe-
rendum titulũ interueniunt hec:talis vendidit:dedit:⁊ tradidit:an
transferatur poſſeſſio. Inn.qđ ſic.ſ.eo.in literis.⁊ per hec verba do
⁊ aſſigno.de hoc per But.Cy.⁊ Bar.in.d.l.ij.C.de acqui. poſ.⁊ in.l.
predia.de aquiren.poſſeſ.vbi per Iac.de are.de hoc in Spe.de emp.
et ven.§.i.ver.nunc formam.⁊ concluditur cõmuniter:qđ ſi hec ver-
ba proferuntur in re preſenti:vel ad quam de facili põt fieri repreſen
tatio:transfertur poſſeſſio:vt.l.iij.§.ſi viſum.ff.de aqui.poſ.Si in re
abſenti niſi aliud aſſit:non transfertur poſſeſſio:ſed bene induatur
licentia apprehendẽdi poſtea poſſeſſionẽ:vt dicta.l. predia.de aqui.
poſſeſ.⁊ ſi in poſſeſſione reperiatur:preſumitur ibi eſſe de voluntate
13 transferentis titulum:vt ibi no.Bar.⁊ But.†Ex quibus patet:an
per inſtrumentum pbetur poſſeſſio:q: ſi interueniat actus conſtitu
ti.de quo dicam.j.vel ſi fiat in re preſenti:tpe quo traditur: alias aũt
non probatur poſſeſſio in dubio:per hec verba:dedit: vẽdidit:⁊ tra
didit:ſi nõ apparet an in re preſenti:vel abſenti:nõ preſumo in pre-
ſenti fieri:ſed cõmuniter contingit fieri in re abſenti:vt not.in.c.quo
niam contra falſam.de proba.vbi remittit ad Spec.quandoq; vltra
apta ad transferendam poſſeſſionem interuenit reſponſio de pen-
ſione aliqua rei vel iuris:⁊ tunc dic qđ ſi de penſione reſpondeatur a
poſſeſſore:probatur poſſeſſio:et transfertur:quia hic actus eſt fictus
transferende poſſeſſionis:vt.l.qui vniuerſa.§.i.⁊ quod ibi not.ff.de
aquiren.poſſeſ.et.l.ꝙuis.eo.titu. Si reſpondetur a non poſſeſſore:
vt a colono vel ſubiecto:non transfertur poſſeſſio niſi hoc fiat de vo-
lũtate poſſidentis vt hic.ad hoc dicta.l.qui vniuerſas.§.j.ff.de aqui.
poſſeſ.Et aduerte q: tunc acquiritur poſſeſſio: nõ a tempore iuſſus
de reſpondendo:ſed a tempore actualis reſponſionis: ad quod not.
Innocen.in cap.cum veſtris.de conceſſio.prebẽ.ſic dicit intelligi qđ
no.de fide inſtrumento.inter dilectos.⁊ de re iudica.cum bertoldus.
Quandoq; vltra titulum interuenit actus conſtituti:vt eſt hec con-
ſtituo me tuo nomine poſſidere:⁊ tunc dic quod trãſfertur poſſeſſio
per illum qui poſſidet. Si non poſſidet:licet detineat nulla transfer-
tur poſſeſſio:quia per actum fictum non transfertur poſſeſſio niſi a
poſſidente:vt.l.ꝙuis.§.j.⁊.l.interdum.§.j.⁊.l.quod in eo.ff. de aqui
ren.poſſeſſio.not. Inno.ſ.eod.in literis.ad fi.glo.magne:⁊ hoc nec
ob.ſi dicatur quod hic non intercedat actus corporalis qui exigitur
ad aquirendam poſſeſſionem:vt.l.iij.ff.de aquiren. poſſeſſione. ⁊.l.
quemadmodum:quia debet conſtituens a ſe abijcere poſſeſſionem:
et nouiter ingredi ſcđm quoſdam nomine illius in quem transferre
intendit:et ſe nomine illius conſtituere poſſidere. Sed ſm Bart.in
l.quod in eo. ⁊ Innocen. hic corpus quo acquiſiuit conſtituens pri-
mo poſſet:⁊ ille actus corporalis iungitur cum actu conſtituti:⁊ fin-
gitur loco illius:cuius nomine:⁊ ſic aquiritur poſſeſſio:per hoc deci
dit Ioan.and.in addi.Specula.in titulo de emptio. ⁊ venditio.§.
ſciendum.verſi. Et not.quod ſi aliquis primo vni vendidit rem:⁊ cõ
ſtituit ſe nomine illius poſſidere:poſtea alteri vendidit:⁊ tradidit:
quod potior ſit primus per.l.quotiens.C.de rei vendi.quia dato qđ
actus conſtituti ſit actus fictus et ex eo trãſferatur dominium vtile:
illud vtile prefertur directo:ſed puto quod etiam directum transfe-
ratur:quia licet actus ſit fictus transfertur vera poſſeſſio. l.certe.§.j.
ff.de preca.ibi proprie habere dicor quicquid quidam dixerit. ⁊ no.
ff.de pac.ab emptione. Inquantum ſupra dixi poſſeſſioneƺ ab alio
poſſeſſam contractu cõſtituti non transferri. Hoc intelligo niſi hoc
fiat de voluntate poſſidentis vt hic et transfertur naturalis quam
quis habet ſi illam habet tantum ⁊ ciuilis tantũ ſi illam habet tan-
tum et vtranq; ſi habet.ad hoc.ff.de rei vendi.l.quedam mulier. Itẽ
ſi ciuilem habeo animo meo:naturalem teneo per colonũ me conſti
tuẽdo poſſidere transfero ciuilẽ:vt no.in.l.j.§.nõ aũt.ff.de vi ⁊ vi ar.
⁊.l.qui vniuerſas.§.fin.de aqui.poſ.etiam dato qđ colonus ignoret
vel cõtradicat.Nõ ob.l.peregre.§.in quib⁹.ff.de aqui.poſ.vbi poſſeſ
ſionem quã teneo corpore alieno:nuda volũtate non poſſum perde-
re:quia aliud eſt in totum extingui poſſeſſioneƺ:aliud in aliũ tranſ-
ferri non ſolum auteƺ transfertur per actuƺ conſtituti poſſeſſio quin
immo nouiter creatur ⁊ ſi habens plenum dominium conſtituat ſe
nomine titij poſſidere animo transferendi vſufructum cõſtituendo
ſe poſſidere transfertur ſeu creat naturaleƺ quam nunquam habuit
C.de dona.l.quiſquis ſic et ſi colonus altero non poſſidente conſti-
tuat ſe poſſidere creat nturalem quam nunquam habuit.C.de dona
l.quiſquis.ſic ⁊ ſi colonus altero poſſidente ciuileƺ:⁊ ſi alter ciuiliter
poſſidet ⁊ ipſe detinet transfert naturalem : quia creatur ex quo nõ
eſt occupata. Et ſi alius naturaliter poſſideat:⁊ ipſe transfert ciui-
lem creando. Hoc dicit Bar.in.l.quod in eo.ff.de acqui.poſ.alſ.l.qui
vniuerſas.§.quod per colonũ.ff.de acqui.poſ. Itẽ ſi poſſideat alte-
ri:vt quia debitor conſtituit ſe creditoris noĩe poſſidere aĩo transfe
rẽdi oẽm poſſeſſionẽ.cõſtituẽdo ſe poſſidere vel precario rogando
ab illo cui vendidit transfert meuƺ ius preſcribendi ſicut in ſe habe-
bat vt dicit Bar. in.l.celſus.ff.de vſucap. ⁊ tenebat. Butri.inſti.de
actio.§.ſi iſte.quicquid ſentiat glo.in.l.non ſolum.§.qui pignori.ff.
de vſuca.non tamen transfert poſſeſſioneƺ quam non habebat.Sed
quia quo ad vſucapionem creditor ſibi poſſidet ſcilicet debitori de-
bitor cõſtituẽdo illud comodum transfert. Hec pcedunt in reb⁹ cor-
poralibus. An in incorporalibus per cõtractuƺ cõſtituti transfera-
tur quaſi

turquaſi poſſeſſio. Jnn.dicit quod ſic.ſ.e. in literis. Unde exiſtens
in quaſi poſſeſſione decimarum : ſi conſtituat ſe nomine alterius
poſſidere transfert illã:vt no.in glo. magna ad fi. dic quod ſiquis
habeat in ſe formatã quaſi poſſeſſionem vt q: iam collegit decimas
vel iam exercuit iuriſditionem transfert illam per cõtractum conſti
tuti. Si nõ habet illam formatã : quia volens nouiter conſtituere
ſeruitutem :conſtituit ſe nomine talis poſſidere nõ transfertur qua
ſi poſſeſſio:quia illa in creando exigit vſum ꝛ patientiã .ff. de ſerui-
tuti.l.quotiẽs.ꝛ.l.iij.§.dare.ff.de vſufru.qui vſus nõ datur ex cõtra-
ctu conſtituti:a ſubiecto autem cõſtituente ſe poſſidere nõ transfert
quia ipſe nõ poſſidet:ſed poſſidetur.ad quod id qđ no. Jnno . de in
inte.reſti.c.ij.ꝛ in.c.olim.ij.j.e.ti. Ponit Bar. hec in.l.quod in eo.
ff.de acqui.poſ. Unum non obmitto: qđ inquantum dixi preſentia
rei transferri poſ.l. quod in eo.§.ſi viuum. hoc verum quando hoc
fit a poſſidente: ſecus ſi a nuntio non poſſidente: quia talis fictus
actus illam nõ transfert:niſi tradatur a nuntio: vt no. in ſpe. titulo
de ſecundo decre.§.iam de effectu: ꝛ dixi de re iudi. cum aliquibus.
4 ¶ †Oppo.cum glo.j.qđ nõ valeat hec donatio viuente rectore. de
conceſ.pre.c.j.ꝛ.ij.ꝛ.c.poſt electionem dic ſecundũ glo. quãdo datur
certe perſone procedit contra.quãdo datur collegio valet conceſſio:
quia qđ datur collegio nulli datur.xij. q. ij. qui manumittuntur:
Ualet ergo conceſſio de iure patro.quod autem.ꝛ.c. conſultationi-
bus.dummodo interueniat conſenſus capituli: ꝛ patroni:ſi eſt pa-
tronata . ad hoc de dona. cõſultationibus. ꝛ de iure pa. qđ aũt. ad
hoc allſ.doc.pro ratione glo.quia commune eſt vitium vt communi
ter negligatur quod communiter poſſidetur: vt ſe nihil habere qui
cõiter habet arbitretur. C.quando ꝛ qui. quar.pars de.l.ij.li.x.ſcđm
hoſti.vel non poteſt tradi quo ad proprietatem quo reſpectu a poſ-
ſidente tenetur:qui poteſt ſibi preiudicare. ad quod.l.fin.C.de pac.
5 ¶ †Oppo.qđ non potuerũt propria auctoritate nanciſci poſſeſſio
nem vacante eccleſia.de priuile.paſtoralis.glo.dicit qđ hic erat ante
tranſlata: per reſpõſionem penſionis ſicut donando vel vendendo
rem aliquam:ꝛ retinendo vſufructum videor poſſeſſionem transfer
re.C.de dona.l.quiſquis nec morte coloni perditur poſſeſſio:quam
nõ habebat.Sed niſi ipſam negligat apprehendere vt.ff.de acqui.
poſ.l.ſi de eo.§.j. Aduerte ad hanc caudam : perditur ergo poſſeſſio
negligentia:ſed dic in hoc quando negligo adipiſci poſſeſſionem
quam ſcio ab alio occupatam:ꝛ illam incontinenti perdo quia vide
or ſuſpicari me poſſe repelli. ff.de.acqui.poſ.l. qđ in eo in fi. ſi igno-
ro ab alio occupatam:vel ſcio vacantem an ꝛ quomodo.vel quanto
tempore perdo:dic vt plene ſcripſi.ſ.de elec.querelã.vbi tãgit Jn.
16 ꝛ per Bar.in dicta.l.ſi de eo.§.j. ¶ †Oppo.g.ſi.qđ decre.nõ facit ad
ti.Glo.reſpondit ꝛ ponit caſum clarũ:vide eam per te. Regula aũt
que hic ponitur: quod is poſſidet cuius nomine poſſidetur. Jntel-
ligunt domini de rota ſua concluſione.cxlv.quando me mandante
vel ratum habente ingreditur : ſecus ſi vt geſtor nomine meo poſſi-
deat:ꝛ eijciatur anteꝗ̃ ratum habeam: q: non datur mihi poſſeſſo-
rium interim non poſſum habere ratum : vt.l. bonorum.ff.rem ra-
tam habe.ꝛc. Anto.de but.

1 ☞ Si altero cõiugum matrimonium accuſante alter petit reſtitui
ante omnia reſtituendus eſt.
2 Ad quaſi poſſeſſionem iuris matrimonialis que requirantur.
3 Clauſula appellatione remota non tollit appellandi facultatem ex
iuſta cauſa ꝛ manifeſta in ſolo iure conſiſtente.nu.25.
4 Ad reſcripti ſecundi validitatem non ſolum exigitur qđ fiat mentio
de primo immo de qualibet notabili clauſula maxime quando clau-
ſula repugnat conceſſioni ſecundi vel repugnare videtur.
5 Juriſditionem primorum iudicum non ſuſpendit nuntij deſtinatio
ad curiam poſt notitiam reſcripti quo cauſa eſt delegata coram qui-
bus iudicibus iuditium poteſt accumulari ſuper quo nuntius deſti-
natur.nume.9.
6 Per procuratorem aut per ſe poteſt quis comparere in cauſa eadẽ
etiam quo ad actus diuerſos vel eundem actum.
7 Exceptio dilatoria vel petitio habẽs in ſe dilatoriã incluſam poteſt
opponi etiam poſt litem conteſta.vbi per opponentem non ſtat ſed
per iudicem quominus admittatur.
8 Petitorio ſuſpenſo ſuper re eadẽ ſi ſuper poſſeſſorio appellatur de
uoluitur in cauſa petitorium ſuper quo nõ eſt appellatum vt ratio-
ne cõnexitatis procedi ſuper eo nõ poſſit.nu. 17.ꝛ.20.
9 Nũtij deſtinatio ad curiã añ notitiã reſcripti ſuſpẽdit iuriſditionẽ
delegati iudicis vigore reſcripti.
10 Reſcriptũ ſuper petitorio includit tacite poſſeſſoriũ maxime quã-
do poſſeſſorium habet in ſe incluſam exceptionem dilatoriam vt ve
niat ratione cõnexitatis.
11 Reconuentio debet fieri ante litem cõteſtatam ꝛ non poſt niſi ſtet p
alium ꝗ̃ reconuenientẽ quominus fiat.nu.7.
12 Reſcripto an poſſit quis vti quod repulit aut nixus eſt impugare
vt poſſit reus vti reſcripto actore impetrãte inuito eo quod in reſcri
pto includitur exceptio ipſius rei ſuſpendens cõuentionẽ actoris
vt iudex delegatus ad impetrationem actoris dicatur cõmunis.
13 Priuilegio reſpicienti vtilitatem duorum cõmunẽ an poſſit impe
trans renuntiare ad preiudicium alterius.
14 Priuilegium impetranti an queratur ius a tempore preſentatiõis
vel date priuilegij.
15 Libello dato ſuper actione reali in qua quis dicit ſe dominũ vel in
perſonali in qua dicit talem obligatum ſi probet ſe dominum reus
contra quem datur libellus an ita ſententia ferri poſſit pro reo ſi de
iure ſuo probauerit ac ſi a principio ſuper hoc libellum dederit.
16 Reus quare poteſt vti quandoꝗ; priuilegio actoris vt pro eo ſenten
tia debeat ferri contra actorem ac ſi libellum dediſſet.nu.12.ꝛ.15.
18 Appellans dicitur grauatus quando iudex a quo non admittit pe-
titionem cuius natura iuditium differtur nec dicitur grauare iudex
ſola voluntate ꝓcedendi vbi ipſe partes voluerũt procedere.nu.19.
20 Sententia lata ſuper poſſeſſorio cui accumulatum fuit petitorium
a qua fuit appellatum quando impedit cognitionem petitorij licet
petitorium ꝛ poſſeſſorium nil habeant cõmune.
21 Poſſeſſorio agenti an ꝛ quando obſtat proprietatis exceptio.
Matrimonij proprietas vbi etiã ex cã extrinſeca ꝗ̃tumcunꝗ; noto-
ria deficit vt q: cõſanguinitas eſt notoria nõ poteſt vir propria auto
ritate vxorem a ſe abdicare niſi iudicis autoritate.
22 Per procuratorem nemo admittitur in cauſa criminali fallit quan-
do de cauſa etiã criminali agitur iure ciuiliter.
23 Poſſeſſorium accumulatum petitorio poſt litẽ conteſtatam non fa
cit ſilere petitorium fallit quando non ſtat per oppoſitionem quo-
minus fiat accumulatio ſed per iudicẽ.
Exceptio dilatoria quando poteſt opponi poſt litem conteſtatam
vel ſententiam.
24 Actio poſſeſſorij quando poteſt accumulari cum petitorio intenta-
to etiam poſt litem conteſtatam vt poſſeſſoriũ ſuſpendat petitoriũ.
26 Reſcripta ad lites quas clauſulas formularum in ſe continere de-
beant.

1 Ex conqueſtione. ¶ †Si altero cõiugum matrimoniũ accuſante
alter petit reſtitui añ oĩa reſtituat. Primo ponit appel-
lantis querelam. Secundo dat iudicem.ibi mandamus.
2 ¶ †Jlo.regula:que requiri videntur ad creãdam quaſi poſſeſſionẽ
iuris matrimonialis aptam ad partum poſſeſſorij. Primo qđ pro-
betur contractus matrimonij quo ad rudia ꝛ extrinſeca principia.
3 Secundo qđ probetur traditio. Tertio qđ copula. ¶ †Jlo.ij.quod
clauſula appellatione remota nõ tollit facultatem appellandi ex iu
ſta cauſa ꝛ manifeſta in ſolo iure cõſiſtente . ad hoc de re iudi . inter
4 cetera. ¶ †Jlo.iij.qđ ad validitatem ſecundarũ literarum nõ ſolũ
exigitur qđ mentio fiat de primis literis:immo ꝛ de qualibet nota-
bili clauſula:appellatione remota:ꝛ maxime quãdo clauſula repu-
5 gnat conceſſioni ſecundarum vel repugnare videtur. ¶ †Jlo.iiij.ꝙ
nuntij deſtinatio ad curiam poſt notitiã literarũ quibus cauſa eſt
delegata nõ ſuſpendit iuriſditionem primorum iudicum: corã qui
bus poteſt accumulari iudicium:ſuper quo nuntius deſtinatur.
6 ¶ †Jlo.v. qđ in cauſa eadem quo ad diuerſos actus quis aliquãdo
per ſe vel aliquando per procuratorem comparere poteſt : ꝛ quo ad
7 eundem actum pluries iteratum. ¶ †Jlo. vj. qđ exceptio dilatoria
vel petitio habens in ſe incluſam dilatoriã poteſt opponi ante lit.
conte.ꝛ poſt ſi per opponentem nõ ſtat ſed per iudicem quo minus
8 admittatur : de quo.j. ¶ †Jlo. hic apertum qđ ſuſpenſo petitorio
ſuper eadẽ re ſi appelletur ſuper poſſeſſorio deuoluitur in cauſa ma
trimoniali cauſa etiam petitorij ſuper qua nõ eſt appellatum:ſ; dic
hic deuoluitur petitorium ꝛ attentatum contra appellationem ꝛ iõ
9 deuoluitur vt illo retractato cognoſcat. ¶ †Oppo.qđ poſt miſſio-
nem nuntij ſuſpenditur iuriſditio:vt no.de ap.cum debitis. So.nõ
ſuſpenditur poſt aſſignationem literarum ſed ante ſic vt ibi vel hic
mulier nõ oppoſuit exceptionẽ:q: nõ proficiebat. Eſt adeo primũ
verũ vt miſſio nuntij nõ ſuſpendat iuriſditionem nõ ſolum in cauſa
in qua primo ſpecifice erat impetratũ: ſed etiã nec in cauſa tacita in
10 cluſa in primis literis:vel que ibi põt ꝛ debet accumulari. ¶ †Op.
quod mulier non poſſit agere ſuper poſſeſſorio quia litere fuerunt
impetrate ſuper petitorio tantum : vt patet. Dupl'r reſpondetur.
primo quod commiſſa cauſa ſuper petitorio videatur etiam cõmiſ-
ſa poſſeſſorij tacite maxime quando poſſeſſoria habet in ſe incluſam
exceptionẽ dilatoriã : vt hic quia intẽtio pape nõ eſt excludere legi
timas exceptiones : de offi.dele. ex parte.ad hoc de ſequeſt.poſ.c.j.
de quo dicetur ibi:talia enim veniunt ratione connexitatis : et per
hoc nõ ob.de offi.dele.p.ꝛ.g.de reſcrip.c.ſi. poteſt ſecũdo dici quod
11 hoc fiat ex vi reconuentionis.ſ.de mu.peti.c.j.†Sed huic obuiat q:
reconuentio non poteſt fieri poſt lit.conte. vt no. de mu . peti.c.j.de
quo dic vt ibi. Sed poſſet reſponderi qđ hic per mulierem nõ ſtetit
quo vnus illã accumularet ante lit. conte . ¶ †Oppo.ij.ſiue mulier
conueniat ſiue reconueniat:ſiue includat in literis: ſiue ex reconuen
tione agatur:quod non poſſit agere ex literis illis quas repellit: ex
quo ſuſpenditur ius literarum quo ad impetrantem quia ex quo re-
pellitur:poteſt non vti literis:ꝛ conſequenter excludet reum.poteſt

enim iuri ſuo liberi renuntiare: de regula. ad aplicá. ⁊ c. ſtatuimus So. inquantum ſit reconuentio an procedat ſuſpenſa conuentione: dic vt de reſcrip. c. j. li. vj. per doc. ⁊ dixi de mu. peti. c. j. Inquantum autem cauſa includebatur in literis: recidet in dubiū an actore impetrante in eo qđ in literis includitur: poſſit reus vti reſcripto inuito actore: ⁊ videtur qđ ſic primo q: certum qđ delegatus habet iuriſditioné quo ad perſonas ⁊ res cõtentas in reſcripto. de reſcip. paſtoralis. §. ſi. ergo data iuriſditione velit vel nolit actor compellitur vti reſcripto: quia iudicium reditur in inuitum. ff. de ver. ob. inter ſtipulantem. §. j. So. quia iudex impetratus ab vno nõ eſt iudex illius tantū: ſed cõmunis vtriuſq; partis. C. de fal. l. vbi. ff. de offi. preſi. l. obſeruandum: de re iudi. cum eterni. li. vj. debet ergo procedere ad inſtantiā ⁊ rei ⁊ actoris. Hoſti. concludit qđ quandoq; litere impetrantur in cauſa tangente publicam vtilitatem: ⁊ in talibus imprimitur iuriſditio a tempone date: ⁊ queritur ius ex literis cuiq; valenti ⁊ volenti proſequi intereſſe publicum ideo ſi impetrentur litere in cauſa inquiſitiõis: Iudex poteſt ex officio proſequi intereſſe publicum: de accu. cum oportet: immo poteſt ipſo inuito: et renuntiante: ⁊ quocunq; cõtradicente. ſ. de offi. dele. quoniam. §. j. de accu. licet de collu. dete. c. j. ⁊ ij. per totum: aut litere ſunt impetrate in cauſa priuata: ⁊ tunc hic recidit in dubium a quo tempore iuriſditio deferatur: quidam dicunt qđ a tempore preſentationis tantū ⁊ non ante: ar. de ap. vt debitus: ⁊ hic q: eſt in poteſtate impetrantis literas occultare: vel etiā lacerare. Alij qđ iuriſditio imprimiṫ tempore impetrationis: ⁊ date: ⁊ ex illo tempore ſunt effecte cõmunes. Ideo iudex poteſt cogere impetrantem ad illas exhibendas. ff. ad exhi. l. iij. §. j. ⁊ ij. ⁊ qđ no. de ſi. iſtru. c. accepimus. de proba. c. j. Hoſti concludit qđ iuriſditionem nõ habeat ante preſentationē. de ap. ſuper eo. hoc eſt male dictum q: ante preſentationem habent vbi cauſa eſt certa ſuper qua impetratur ⁊ res: ſed bene puto qđ vbi cauſa nõ eſt certa nõ habet niſi a tempore ſpecificatiõis cauſe: vt de reſcri. paſtoralis. §. j. vnde in terminis noſtris: q: hoc poſſeſſorium generaliter concludebatur: vel obſcure: non imprimitur quo ad illđ iuriſditio: niſi a tempore ſpecificationis. In cauſa autem certa: vel ex poſt facto certificata: tunc imprimitur iuriſditio: ſed conditionaliter: ſi actor iuriſditione vtatur: ⁊ tunc dicitur vti: quando per illas pars alia eſt citata: ⁊ ex illo tempore communicatur ius literarum: quando citatio eſt facta ad inſtantiam impetrantis: ante ergo poſſunt reuocari litere ad inſtantiam impetrantis: cum aduerſarij non intereſt. ff. de interro. actio. de eta. §. ſi. cum concor. de ap. cum cõſtante: vt nemo inuitus in rubro. ⁊ nigro. nõ ob. qđ habeat iuriſditionē a tempore date: quia illam habet conditionalem: tam ēquo ad exercitium ſi actor reſcripto vtatur: vſq; ad actum citationis: quod eſt fundamentum: ⁊ principium iudicij. de offi. dele. gratum: ⁊ ad inſtantiam rei ad citationem procedere nõ poteſt: inuito actore: cuius fauore litere ſunt conceſſe: ad quod de reſti. ſpo. audita. de legi. quod fauore. ſecundum hoſti. Non ob. quod iuditium redditur in inuitū quia illud habet locum ex quo iuditiū eſt firmatum: ⁊ in iudice qui habet iuriſditionis exercitium alias licet actori quod non licet reo vt ſi vult vtatur litera ſuis laboribus acquiſita alias non: ad hoc qa hoc poſſet dato libello ante citationem ſatiſfacto aduerſario. de expenſis. ⁊ intereſſe. C. quomodo ⁊ quando iu. auſ. qui ſemel. fortius ante porrectionem: ⁊ ante citationem: nam quis ad benefitium de proprio non artatur. ij. alias. x. q. ij. precarie: nec tenetur quis cõicare expenſas licet poſſit: ſi vult: ⁊ facit id tacite quãdo facit citari ante citationem: ergo nõ ſunt communes. Hoſti. hec vera puto quando litere impetrantur ⁊ conceſſe ſunt ad inſtantiã ſecus ſi motu proprio quia tunc procedit prima opinio. ad hoc qđ no. Inno. de reſcri cum contingat. ⁊ qđ dixi. e. ti. ceterum. ⁊ no. de cõceſ. preben. c. j. li. vj.

13 Ex his deciditur an ſi priuilegium reſpiciat cõem vtilitatem duorū impetrans poſſit renuntiare ad preiudicium alterius: vt ſi eccleſie metropolitane detur ad ipſius inſtantiā: qđ capĺum vna cū ſuffraganeis eligat metropolitanum an poſſit impetrãs illđ renuntiare anteq̃ eo vtatur: dic qđ ſic ex quo non eſt vſus. C. de pactis. ſiquis in cõſcribẽdo ſed ex quo vſus eſt priuilegio: nõ poteſt: ſed ſuffraganeorum cõſenſus exigitur. ff. de acqui. poſ. l. qui abſenti. de hoc remittit Ioan. an. de conceſ. preben. c. j. li. vj. vbi Io. an. ponit in gl. dicit In. puto qđ ſi proprio motu cõcedat nõ poſſit reuocare alter ipſorū ſi ad inſtantiam impetrantis: ſi cõſtat qđ a tempore date voluerit ius queri: nõ poterit illđ altera pars tollere: ſi cõſtat qđ voluerit tũc poterit vſq; ad tẽpꝰ pñtatiõis: Si eſt dubiũ tũc cadit in dubium an tpe pñtatiõis queraṫ ius: an tpe date ꝑuilegij: de q̃ in dicto. c. j. ⁊ in. l. q abſenti. ff. de acq. poſ. q: in dubio a tpe pñtatiõis. vt ibi. † Ex his deciditᷣ aliud dubiũ. an ſi deṫ libellꝰ ſup reali: in q̃ quis dicit ſe dñm: vľ in pſonali: in qua dicit talẽ obligatũ ſi ꝓbet ſe dñm reꝰ ꝯ quẽ daṫ libellus put pȏt. ff. de ꝓba. l. circa An ita poſſit ſnia ꝓferri ꝑ reo: ſi de iuṙ ſuo ꝓbauerit ac ſi a ꝑncipio ſup hoc libellũ dederit: qdā qđ pȏt ferri ſnia: q̃ ꝓbãt pmo ar. ff. de iureiu. l. ſ; ⁊ ſi poſſeſſori. vbi ſi aliquo rem petente reus iurat ſuam eſſe: datur actio ex iureiur. ſic in propoſito: ſi rem ſuam probabit declarabitur dominus ⁊ res ſibi adiudicabiṫ: ſi nõ ꝓbat: ⁊ aduerſarius ẽt non ꝓbat abſolueṫ tãtũ ab impetitione. C. de rei. ven. l. ſi. j. de ꝓba. ex literis ad ſi. et hoc melius de offi. dele. cũ cõtingat. vbi no. ⁊ hãc opi. ſequiṫ Inno. quã dicit fuiſſe. Iac. de bel. in. l. circa. ff. de ꝓba. ⁊ quorũdã dominorũ legũ pro qua eſt ibi caſus ſcđm eos. Hoſt. hic ⁊ de ꝓba. l; tenet cõtra. ꝓbat. q: ad limites libelli dictãda eſt ſententia: ſed in libello quo peto me dñm declarari deductũ eſt tm̃ dñiũ meũ ⁊ nõ ſuũ in iudiciũ deduciṫ: ſuper eo lis tm̃ cõteſtaṫ. nõ poterit ergo ſnia dari vltra formã petitionis: de ſymo. l; heli. ff. cõi diuid. vt fundũ. ſcđo ꝓbat: q: ſi peto rem q̃uis extimatio que venit debẽda loco rei ſit valde ꝓpinqua rei petite: nõ valet tñ cõdemnatio in extimatione de fideicõ. li. l. cum quidã. ad ſi. ſi ergo pro me petitore in re tam propinqua: ⁊ tam adherẽti rei. nõ ſit cõdemnatio: q̃to minus fiet cõdemnatio ſuper dominio rei omnino remoto a meo: et qđ cum illo eſſe vel cõcurrere non poteſt in tantum qđ ſi res pronunciatur mea eſſe ꝓnunciari videtur tua nõ eſſe. ff. de procura. põponius. §. ſi ſtipuletur. ff. de excep. rei iudic. l. ſi inter me ⁊ te: ſuper illo ergo vt ſeparato: ⁊ ſuper quo nõ eſt lis cõteſt. nec libellus datus non poterit abſq; nouo iuris ordine ſententia promulgari de libel. obla. c. j. ⁊ qđ ibi no. vt lit. nõ cõte. per totũ. de lit. ꝯte. c. j. ¶ Tertio q: ordinata in finem repellendi: vt eſt exceptio: nõ operantur finem cõſequendi: vt in. c. ij. de ordi. cog. quod eſſet ſi pro reo promulgaretur ſententia declaratoria. Unde dicit Hoſtiẽſis qđ miratur quomodo Ioan. bel. hoc ſcripſerit: et qualiter opi. Iac. de bel. potuerit Inno. ſeq. ¶ Quarto oſtendit a ſimili qđ ſi peto te cõdemnari vt obligatũ in centum per hoc non debeo tibi ꝯdemnari: cum perſonalis tua: vt ſeparata nõ ſit in libello deducta: inſti. de off. iud. j. Reſpõ. dicit ergo qđ ſup directo ꝯtrario iuris ꝯtrario regulariter nõ poterit ꝑ reo probante ſequi ſentẽtia: niſi alius libellus detur pro parte: ⁊ hoc firmat pro regula. vnde dicit qđ in reali practica ſententiãdi erit hec: quod ſi actor probat et non reus: res actori adiudicabitur ſi reus nihil probat: ⁊ actor nihil probat: reus abſoluetur. ff. de off. iud. l. j. poteſt etiã pronunciare rem actoris non eſſe: ⁊ conſequenter videtur reum abſoluiſſe. Si actor non probat ⁊ reus probat ſe dominum eodem modo pronunciabit rem petitam actoris nõ eſſe dicit expreſſum. ff. de excep. rei iudica. ſi inter me et te: in perſonali quia poterit pronunciare mihi videri titiū nihil debere ſeio: ⁊ conſequenter videbitur titius abſolutus: licet nõ expreſſerit. ff. de arbi. l. quid tamẽ. §. ſi aliter. Hec dicit regulariter vera. Fallit primo in iuribus incorporalibꝰ: in quibus multum poteſt officium iudicis: quando agitur confeſſoria: vel negatoria: quia tunc videtur libellus oblatus: ⁊ lit. conteſta. facta ſuper libello vtriuſq; partis. vt not. de iureiuran. ex literis. ad hoc. ſ. de cauſa poſ. cum eccleſia. Fallit ſecũdo in cauſa appellationis: in qua ſi petatur ſententia confirmari: vel infirmari ſi probetur directo contrarium ab aduerſario. poteſt ſuper eodem libello ſententia promulgari declaratoria pro reo: vt etiam no. Inn. ſ. de offi. delega. cum cõtingat. Unde vtroq; caſu poteſt dicere confirmo: vel appellationem pronuntio iuſtam: vel iniuſtam: ⁊ hoc ſufficit. C. de appella. eos qui. no. de teſta. Raynutius. ⁊ c. Raynaldus. Fallit. iij. in cauſis in quibus vertitur periculum animarum: vt quando petitur electio cõfirmari: vel infirmari. ſ. titu. j. cum ſuper. ⁊ c. cum eccleſia: vt not. Inno. in dicto. c. cum contingat. Idem quando petitur beneficium ab alio ſi actor nihil probat: et reus probat ſibi debitum: vel ſe ibi habere titulum adiudicabitur beneficiũ ab actore ⁊ adiudicabiṫ reo: vt no. de reſcrip. c. ij. ⁊ c. inter ceteras: q: eo qđ cõſtat iudici qđ actor nõ h; ius in beneficio: ⁊ reus habeat ius ex officio. ꝓpter periculũ animarū potiſſime debet illũ qui ius nõ h; remouere: ⁊ aliũ inſtituere: vt not. de cle. pe. c. ſin. de pac. accepimus. ⁊ c. cum clerici. de inſt. c iij. Fallit. iiij. in cauſis matrimonialibus: quia ſi aliquis: vel aliqua: in virum: vel vxorem petitur: ⁊ quicq̃d ſit petitũ: ex quo de veritate ꝯſtat: ſiue pro matrimonio ſiue cõtra ſentẽtia promulgabitur: nõ obſtãte etiã alia ſententia lata in contrarium que etiam in hoc caſu nũquam obſtat tranſit in rem iudi. de re iudi. lator. tenor. ⁊ c. conſanguinei de ſpon. ſicut ad ſi. de cogna. ſpi. c. ſin. de fugi. c. fraternitatis. Idem in cauſis que agitari debent inter ſimplices perſonas: vt ſunt religioſi de iudi. dilecti. Fallit quinto: quãdo hoc actũ eſt inter partes: q: reo probante res ſibi adiudiceṫ: ad qđ de re iudi. cũ cauſa ad ſi. maxime ſi adiungat qđ ſi nõ probeṫ adiudicetur actori: ſic loquitur de ꝓba. circa ad hoc. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori. ff. de iureiur. licet in illa. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori quidam dicunt ſpeciale in cauſa ingenuitatis. Sed primũ plus placet Hoſtiẽ. Ideo in. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori: datur actio reo quando reus iurat rem ſuam eſſe: deferente actore: conſentire videtur; actor vt dominus pronũcietur eo iurante rem ſuã eſſe: ⁊ ſic nõ ob. illa. l. ad hoc q: nil aliud debet ſententiare iudex. niſi prout inter partes conuenit vt. ff. de re iudi. ſi conuenerit: cū nil aliud querat pretor ⁊c. ff. de no. operis nunti. l. prima. §. ⁊ poſt operis. ff. communi diui. l. iudicio. ⁊ l. ſe. in auť. vt diff. iudi. §. ſi vero contigerit. colľ. ix. C. de fideicom. l. ſi. de teſti. preſentata cum ſi. ſecundũ hoc poteſt ſaluari opi. Iac. de bel. qui tamen habuit alium intellectum: vnde inſtruit reum vt ſit cautus quod conueniat vel reconueniat actorem: ſi vult rem ſibi adiudicari ſecundum hoſt. Io. de lig. dicit qđ opi. Inno. eſt equa. ⁊ eſt contra morem hoſtien. qui conſueuit reprobare rigores. Innocen. hic autem reprobat equitatem: que de rigore defendi poteſt nam

excipiẽs

excipiens admittitur etiam ſi nihil concludat: nō ſic agens:qꝛ ſuffi-
cit dicere nego narrata prout narrant. Item iudicium eſt cōmune:
ergo ſi reus petit aliquid tacite vel expreſſe iudicatur pro eo ſi ergo
excipit de dominio tacite petit ſe dominū declarari.alˀs nō aſſume-
ret onus probādi:qꝛ ad excluſionem actoris nō erat neceſſe ꝓbare ſe
dominum quia ipſo nō probante reus abſoluitur cū ergo tacite pe-
tierit pronuntiabitur:⁊ per hoc rūdetur ad allegata per hoſti.qꝛ hic
eſt tacita petitio. Item qꝛ in caſibus quos ponit nō in omnibus po
teſt videri ratio ſpecialitatis:ergo idem in omnibus puto. Idem qꝛ
cum duo nō poſſint eſſe domini in ſoliduꝫ.l.ſi vt certe.§. ſi duobus
vehiculum.ff.cōmo.l.iij.§.ex contrario. ff.de acqui.poſſeſ.dicens ſe
dominum negat reum dominū.l.pomponius.§.ſi is.ff.de procur.l.
ſi inter me ⁊ te.de excep.rei iudi. dicens ergo ſe dominum dicit duo:
ſe dominum ⁊ reuꝫ non dominum deducit ergo negatiue dominū
rei:⁊ ex parte rei ſuper ipſo poteſt ſe omnino defendere ſcilicet dicē-
do ſe eſſe dn̄m:ex quo dn̄s negat. ex aſſertiōe ergo actoris ꝑquā etiā
negat reū dn̄m ⁊ ratiōe rei ꝙ imo eſt dn̄s iducit lit.cōte.ſup dn̄io rei
nil ergo repugnat quin ſup eo poſſit ꝓnuntiari tñ puto pro concor
dia opi. Aduertendum quomodo reus reſpondeat ad libellum aut
enim actore dicente ſe dominum:reus negat actorem dominum:et
fateor quod licet tunc probaret ſe dominum reus declaratoria non
eſſet pro eo promulganda quia ſuper dominio rei non eſt lis conte-
ſtata non ex defectu petitiōis actoris quia ille bene negauit reum
dominum : ſed ex defectu reſponſionis rei qui negando actorem do
minum nō propterea dicit ſe dominum. Quandoqꝫ reſpondit do-
minuꝫ ⁊ procedit opi. Inno.qꝛ hic negari nō poteſt lit.forte conte.
ſuper dominio rei per hoc colligitur totum fundamentum hoſt.nō
ob.ſi dicatur nō eſt reſtituēda res:vel adiudicanda reo: qꝛ hoc nō pe
tīt. Reſpō.nō eſt neceſſe ꝙ expreſſe petatur executio:qꝛ ſubintelli-
gitur:vt no.gl.in cle.auditor. de reſcrip. nō ob. ꝙ nō petierit ſe de-
clarari dominum:quia hoc tacite petere videtur eo quod aſſumit
onus probandi. Item ſufficit quecunqꝫ petitio poſtea ad calculuꝫ
16 ſententie ex quo notorie ꝯſtat de dominio. ¶ † Reſtat tollere duas
rationes que vrgere videntur qꝛ intentio rei ordinatur ad extenuan
dam petitionem actoris. ergo nihil debet conſequi quia per hoc
ꝙ declaretur dominus nō conſequitur:ſed ſua exceptio ad actoreꝫ
repellendum pinguior declaratur nō enim repugnat iuri excipien-
di:ꝙ declaretur reo exceptionem competere ea forma ⁊ modo ⁊ cuꝫ
ea pinguedine cū qua eſt probata nō ob.ꝙ dicit de perſonalibus
qꝛ cum debita trahāt originem a diuerſa cauſa ⁊ ex vnius poſitione
aliud nō excludatur debitum nec vnius negatiōe aliud ponatur ex
cauſa vnius debiti pro parte actoris.non videtur deductum debitū
alterius. Item in debitis agit conſequi non tantuꝫ rēpellere. Ideo
ſi tantū ageret repellere poſſet etiam ſuper debito ſuo ſententia de-
claratoria proferri:ſi excipiendo ſaltem debituꝫ deduceretur. Quid
enim ſi actore debitum petente reus exciperet negando debitum:⁊
compenſationem de debito opponendo:⁊ debitum probaret :certe
in via exceptionis poſſet valde bene pronuntiari petentem rei de-
bitorem eſſe ⁊ conſequēter admittendam compenſationem nō ob.
ꝙ dicit ꝙ repetita nō fiet condemnatio in extimatione qꝛ hoc nō
ſemper eſt verum vt patet ex no.in.l.ſi ſeruuꝫ.§.ſi.ff.de ver.ob. Iteꝫ
extimatio eſt omnino ſeperata a re licet illam menſuret ⁊ eſt alia res
ſed dominium tuum excludit dominium meum ⁊ ſic cōtradictoria
ſunt ideo deducta. plus tenēt domini de rota ſua conclu.viij.ꝙ in
cauſa appellatiōis ſi ſint dati diuerſi libelli ſuper cōfirmatione ⁊ in
firmatione:⁊ ſup libello cōfirmationis tātū ſit lis cōte. quod valent
probationes ſuper infirmatione ſi ſuper hoc in prima inſtantia fuit
lis conte.de ap.per tuas.l.ſi.C.de tem.ap.ꝙ ſatis puto: qꝛ ex porre
ctione contrarij libelli ſola ſuper infirmatione deducta negatiua eſt
facta li.conte.tenendo ꝙ verba non ſint de ſubſtantia. Ad quod de
17 proba.in preſentia. ¶ † Oppo.ꝙ appellatiōe pendente ſuper poſ
ſeſſorio potuerint iſti procedere ſuper petitorio vt ſeparato:vt pa-
tet de ap.ſuper eo:ſed dic ꝙ immo erat cōnexa qꝛ hec erat exceptio
preiudicialis ad proceſſum propter naturam poſſeſſorij: ſuperſedē-
18 duꝫ eſt ergo interim petitorio:vt ibi no. ¶ † Oppo.ꝙ ſola negatio
ne reſtitutionis non iuſtificetur appellatio qꝛ per hoc nihil interlo
quūtur et ſic non grauant. So.ſiue interloquuntur:ſiue non ſatiſfa-
ctio grauat procedendo ⁊ non admittēdo petitionem cuius natura
differtur iuditium.vt patet ex no.de no.operis nū.capitulo.primo.
19 ¶ † Oppo.quod ex ſola voluntate procedendi non grauent : ⁊ ſic
appellatio non ſit iuſta.de appel.vt debitus.dic quod nō grauant
ex hoc ſolo quod velint:ſed dic quod voluerunt ⁊ proceſſerunt reie
cta exceptione:alias non ſufficeret voluntas que ad actum non pre
20 ceſſit.de peni.diſtin.pri.cogitationis.ī.titu.ij.ca.ij. ¶ † Oppo. vel
mulier agebat ⁊ non debet hoc ſolo cōſequi repulſionem actoris.
quia actio ordinatur ad conſequendum non ad repellendum:de or.
cog.capitulo.ij.⁊ ſic debebant vt due mutue petitiones tractari: vt
ibi de mu.peti.capitulo.ij.vel excipiebat et non debebat conſequi
reſtitutioneꝫ.primo reſpōdetur quod hec mulier primo egerat poſ
ſeſſorio coram ordinario : cuius natura eſt vt ſecum non poſſit
poſtea accumulari petitorium:merito petitorium repellitur:non

ex vi poſſeſſorij ſecundo accumulati coram delegato:ſed ex vi poſſeſ
ſorij pēdentis:quod primo fuit intentatum coram ordinario:⁊ per
hec caſſant contraria: non videtur hoc verum:quia primo iudicio
videtur renuntiatum per acumulationem coram delegato : vt no.
glo.de pur.ca.cum dilectus.niſi dicas ꝙ delegatus videatur ſubro
gatus in poſſeſſorio loco ordinarij:⁊ commiſſa cauſa videatur com
miſſum ⁊ poſſeſſorium ſi pars que illud intentauit velit illo vti corā
delegato: ſed hoc non eſt tutum. Sed non fuit in literis expreſſum:
immo non videretur per hoc commiſſum ex quo coram alio pende-
bat:niſi illius fiat mentio.ſ.de reſcrip.ceterum. Ideo ſecundo ſolue
ſecundum Joan.ij.q.ij.capi.j. Quandoqꝫ fit reconuentio in poſſeſ-
ſorio ſuper diuerſa re:⁊ tunc procedūt iudicia vt mutue petitiones
niſi aliud opponatur:vt ibi:ſed vbi ſuper eadem re vel iure:vbi poſ-
ſibilis eſt accumulatio ſola pēdētia ⁊ intentatione poſſeſſorij:ex pri
uilegio poſſeſſorij:ſilet petitoriū:vt hic:⁊ ꝓpter hoc dicit vtilius tūc
agere poſſeſſorio ꝙ̄ excipere.⁊ idē not.de or.cog.c.ſi.hoc ſequit Hoſ.
Inno. Pe.⁊ Abb.ad hoc.de cā poſ.cle.j.⁊ ꝙ ibi no.in glo.pe. Ho-
ſtien.nō placet hec opi.per iura allegata in oppoſitū:⁊ per.c.cū eccle
ſia.ſ.titu.j.⁊.c.cum ſuper:⁊.c. dilectus. ⁊ de elec.cum eccleſia.⁊. c.cu-
mana:⁊.c.cum in geneſi.de prebē.dilecto. In quibꝰ patet ꝙ ſi peto
electionē cōfirmari:⁊ aduerſarijs precipi ne moleſtēt quominus libe
re eligant:ꝙ ſi aduerſarius petat reſtitui ex hoc non impeditur pe
titorium. Ad hoc.c.reſpon.multipliciter primo:quia hoc prius fue
rat exceptum:et hoc.c.⁊.c.literas.⁊.c.ſequens:vt lit.non conte. acce-
dens.loquuntur in coniuge alterum ſpoliante:et poſtea accuſante:
vnde propter ſpoliationem tanꝙ̄ ſuſpectus repellitur: qꝛ preſumi-
tur contra ipſam ⁊ ſuſpectus repellitur ab accuſatione matrimonij:
immo inimicus:vt.ſ.c. Item cum quis.qui ma.ac.poſ. ſignificante.
et redditur hec ratio.ī.eo. literas.§. porro.nec eſt ius ſi intētetur ſi-
mul petitorium ⁊ poſſeſſorium:quia etiam in nudo poſſeſſorio opor
tet proprietatem probare.ſ.eo.c.ex tranſmiſſa. Uel tertio ſpoliatio
dubia deducta per modum petitionis non ſuſpendit petitorium:ſi-
cut ſpoliatio notoria:quia illa obſtat agenti petitorio. Dic eniꝫ op-
ponens de conſanguinitate:vel illam deducens fateri videtur queꝫ
ſpoliatum. Si autem non fateatur ſpoliationem: ſed negat agens
dicens quod ſi apparet matrimonium et poſſeſſionem.dicit eū non
audiendum propter conſanguinitatem:tunc poſſeſſorium dubium
non ſuſpendet petitorium:ſic dicit intelligi.de ord.cogni.c.j.de offi.
delega.cauſam:hic etiam non ſuſpenditur petitorium: ſed illud vt
notorium prius terminatur:quod poteſt inducere periculū anima-
rum propter petitorium.quod poſſet nimium protendi:et ſic daret
materiam adulterandi:per que dicit quod ſi is qui epiſcopum ſpo-
liauit toto ſuo epiſcopatu:agat contra eum ciuiliter:⁊ ipſe reconue-
niat de ſpoliatiōe illa.quod ſi ſpoliatio illa ſit notoria ſtatim debet
fieri reſtitutio.ad hoc vt lit.non conteſta. quoniam. §.porro.de ap.
oblate.ad ſi.ꝙ autem hic de ſpoliatione conſtaret:patet ſcōm eum:
quia de hoc Papa nō mandat inquiri:ſed huic obſtat litera ſi eſt ita
Joan.an.hoc dicit ꝙ opi. Jo.⁊ ſequacium eſt vera.nec ob.de cauſa
poſſeſ.eccleſia.⁊ extra ꝙ deducit:qꝛ petendo confirmari non dirigit
petitorium contra reum:ſed implorat officium iudicis:vt no.de cau
ſa.poſ.cum eccleſia.⁊ in eo quod petunt inhiberi non intentant pe-
titorium:ſed poſſeſſorium alia etiam non obſtant. Ultra iſtum au-
tem caſum matrimonij ſpiritualis:aut carnalis raro videbis:quod
agens petitorio recōueniatur poſſeſſorio recuperādo:⁊ vltimo Ho-
ſtien.reuertitur ad opinio. Innocen.⁊ hoc ſentit gloſ.in clementina
vnica.de cauſa poſſeſſio.⁊ Joan.and.in addi.Spec.in titulo de cau
21 ſa poſſeſ.§.ſciendum.ver.ſed pone.⁊ Cal.de or.cog.c.ſi. † Ad glo.cui
agenti poſſeſſorio repugnet proprietatis exceptio. dicit glo.ꝙ non
quia dato quod deficiat proprietas matrimonij ex cauſa intrinſeca
quantuncunqꝫ notoria:vt quia cōſanguinitas eſt notoria:quis pro-
pria autoritate non debet a ſe vxorem ſeparare.de diuor. porro.eo
quia talis ſeparatio eſt pena:que non debet imponi niſi iudicis au-
toritate. Sed dices nonne exceptio notoria obſtat agenti poſſeſſo-
rio:vt patet de reſtitutio.ſpoliato.ad decimas.libro.vj. Et patet ex
not.ſ.ca.in literis.⁊ de diuor. ſignificaſti. Poteſt dici quod illa de-
creta.non dicit quod notoria exceptio nō obſtat agenti poſſeſſorio:
ſed dicit quod vir non dicitur ſpoliare vxorem poſſeſſione etiam ſi
notoria ſit conſanguinitas. Poteſt ſecundo dici exceptio conclu-
dens notorium defectum proprietatis obſtat agēti poſſeſſorio quā-
do titulum reſoluit ipſo iure:ſecus ſi inducat reſoluendum: vel pri-
uandum:vt eſt conſanguinitas in matrimonio. Nec obſtat huic ſo-
lutio.eodem titu.ſignificaſti:quia ibi exceptio non tantum concer-
nit petitorium:ſed etiam detrahit poſſeſſorio. Ideo tūc facilius ad-
mittitur:licet ipſo iure non reſoluat. Sed huic ſolu. obuiat.de accu.
ſi conſtiterit:et capi.ad petitionem. Uel dic quod notoria exceptio
obſt.agenti poſſeſſorio: quatenus concludit defectum proprietatis:
ſic quod poſſeſſionem iuſtificet:quatenus vero concludit defectum
proprietatis:ſic ꝙ poſſeſſionē nō iniuſtificet:nō obſtat agenti poſ-
ſeſſorio. Sic in propoſito in matrimoniali non iniuſtificatur poſſeſ
ſio:quo ad mutuas ſeruitutes:quia poſſunt eſſe inſimul tanꝙ̄ fra-
ter et ſoror:vt patet de frigid.conſultari. Ideo in hoc expectatur ſe

paratio:quo ad eccleſiã anteꝗ̃ fiat ſeparatio:vel cõcludat. Quo ad
copulã autez concludit nullitas matrimonij. Ideo quo ad reſtitu-
tionẽ nõ admitteretur multo fortius ꝗ̃ ſi opponat incõtinẽti para
ta:vt.j.eo.literis. Hec vera niſi notorietas ſurgeret a principio volũ
tario partiũ: vt eſt cõfeſſio:quia tũc ſtãte nullitate matrimonij quo
ad copulã ſit notoria exceptio cõcluderet:tunc etiã ad mutuã ſerui-
tutẽ:cũ ab eorũ pendeat poteſtate:quo ad illã ſoluere vinculum:re-
22 ſpectu mutue ſeruitutis: ſic intelligo Cal.in.capi.ſe. ¶ †Oppo.qđ
non agatur cauſa hic per procuratorem.de accu.veniens.ſapit.eniz
criminalẽ:ex quo diſputatur de cõſanguinitate:per quã concludit:
inceſt⁹ vt patet. Sol.glo.dicit qđ ſi de matrimonio agitur ad finem
ſeparationis thori interuenit procurator. Si ageretur criminaliter
de adulterio:vel inceſtu:circa matrimonium nõ agitur per procura
torem:ſi agitur mere ciuiliter:ad ſeparationem conſtituitur procu-
rator licet inceſtus cõſequẽter concludatur: quia ad hoc nõ agitur.
23 ¶ †Oppo.qđ poſſeſſoriũ accumulatum poſt litem conte.in petito
rio nõ faciat ſilere poſſeſſoriũ:quia ſicut exceptio dilatoria poſt lit.
conte.nõ impedit proceſſum.de re iudi.inter monaſteriũ. Item nec
hic debet petitio habens in ſe effectum dilatoriuz:quia ex quo aſſu
mit naturam illius repellendo:debet aſſumere naturam illius in tẽ
pore opponendi. Glo.ſol.ſi ſtat per opponentem quominus exce-
ptio opponatur:vel admittatur ante lit.conte.exceptio poſt lit cõ-
te.non admittitur. Si nõ ſtat per opponentem :ſed per iudicem: ex
ceptio admittitur poſt lit. conte.cum ſemper inſtet exceptioni ſue:
24 ſic loquitur hic. ¶ †Nota hanc limitationem quam etiam poſuit
glo.in.c.in primis.ij.q.j. Idez dicit Innocen.de cle. coniuga. diuer
ſis fallacijs:ſi ſupplantetur quis in poteſtate:vel facultate opponẽ-
di dilatoriam:quia illam poterit opponere poſt lit . cõte.ꝛ poſt ſen-
tentiaz qđ eſt plus qđ no.hoc qđ hic dicitur puto verũ ſi pars reſpõ
dendo ad libellum actoris reſpondeat. qđ per hoc nõ intendit rece-
dere ab exceptionbus dilatorijs propoſitis: ꝛ ſemper ꝑponat negã
do cõſanguinitatẽ:ꝛ petendo ſe ante omnia reſtitui : qꝛ tunc habet
iuſtam cauſam proteſtandi ſecus autem ſi ſimpliciter litem conteſta
tur:quia ſibi imputare poteſt. Si tamen exceptio non admittitur
non appellauit : Nec ob.de excep.paſtoralis:quia ibi non habebat
remedia appellandi ex quo caſus impediebat non factum iudicis.
Inquantum dicit de ſupplantatiõe hoc poteſt procedere maxime:
quia iuſta eſt cauſa ſicut quando ignorauit cum audiẽdum.j. de ex-
cep.paſtoralis:quod no. Remanet ergo glo. qđ non intercedente
iudicis impedimento accumulatio fieri non poſſit: per quam iudi-
cium ſuſpendatur poſt lit.cõteſta. Sed huic obuiat de ordi.cog.cuz
dilectus:ꝛ de reſcrip.diſpendia.§.reus quoqꝫ. vbi permittitur accu
mulatio poſt lit.conteſta. Sed illud procedit quando accumulatio
ſit ſuper diuerſis rebus ꝛ non ad finem ſuſpendendi: ſed ſuper vtro-
qꝫ procedendi. Item huic obuiat de cauſa poſ.paſtoralis:vbi accu-
mulatio poteſt fieri poſt lit. conteſta.ſed ibi loquitur quando accu-
mulatio ad finem ſuſpendendi ſit ab eadem parte ſecus ſi a diuerſa
Nam tunc non poteſt dici qđ producatur petitio ad finem excipien
di.quia contra ſe quis non opponit . Tertio obſtat cle. cauſam. de
cauſa poſ.vbi poteſt accumulari etiam quo ad finem ſuſpendendi:
poſt litem conteſtatam in cauſa etiam appellationis ante cõcluſio-
nem in cauſa. dic ergo: ꝛ hoc tenet Innocen. de cauſa poſ.c.ij.ꝛ hoc
etiam ſequitur Io.an.in addi.ſpe.in titu.de cauſa poſ.§. ſciendum
ver.ſꝫ pone:qꝛ ſpeciale eſt in cauſa beneficij : ꝛ cauſa matrimoniali :
vt etiam poſt lit.cote. facta accumulatio ſuſpendat petitorium.
Idem puto in qualibet: in qua iudex propter pactum poſſit ex offi
cio ſupplere. hoc tenet lꝫ ſpe.reſtringat in cauſa matrimoniali:ꝛ be-
neficiali hoc poſſe: qñ inſtãter fuit petitũ ante lit. cõte. et nõ.alr̃.qꝛ
eſt cõtra cle.j.de cauſa poſ.vel dic ſi vis qđ nulla eſt ſpecialitas:ꝛ ad-
mittit accumulatio ſuſpẽſiua etiã poſt lit.conte.vt repellat agentẽ:
qꝛ ex quo licitũ eſt accumulare licitũ eſt ſuſpẽdere ꝛ qꝛius ſuſpenden
di nouiter originatur a tempore porrecte petitionis.primum cõiter
tenetur.ꝛ ſic dicunt domini de rota: ſua concluſione. cc. alr̃. dictum
glo.ꝛ Pau.in.d.cle.j.in.glo.ꝛ hoc inquantuz volunt ſuſpendere pe
titorium a diuerſa parte Inquantum autem volunt ſuſpendere pe-
titorium a ſe intentatum dicunt qđ poteſt inſtantia appellationis
per.c.paſtoralis cum adhuc durat cauſa . Et iudex ſecunde inſtãtie
ſuccedit primo coram quo id licuiſſet: qđ intelligunt quãdo vtrũqꝫ
per appellationem:vel alio modo eſt deuolutũ ſecus ſi vnũ illorum
dumtaxat.ſcđm Pau.in.d.cle.ad qđ dictũ Inno.in.c.paſtoralis in
verbo pendente. ¶ Oppo.cum alia glo.qđ agenti obſtet exceptio
cõſanguinitatis ꝛ qđ de illa cognoſcat cũ actione:vt.ſ.de or.cog.in
telleximus. Ibi loquitur quando agitur petitorio hic quãdo agit
25 poſſeſſorio:ſecundum gloſ. ¶ †Oppo.quod nõ debuerit admitti
mulier appellans:vt de ap.vt debitus ex quo cauſa erat cõmiſſa ap-
pellatiõe re.co.ti.paſtoralis. Sol.glo.dicit clauſulã appellatiõe.re.
tollere appellatiões:que iterponunt ex illegitima cauſa:nõ certa:ꝛ
immanifeſta:nõ autem tollit appellationes q̃ iterponunt ex cauſa
notoria:ꝛ manifeſta:vt hic:naz notorium eſt ſpoliatuz ante omnia
reſtituendum:ꝛ prius diſcutiendum poſſeſſoriuz quam petitorium
ex quo aliud in dubium non reuocatur:ad hoc optime tex.in.ca.in-
ter ceteras.j.de re iudi.ꝛ hec eſt cauſa quare cõiter dicimusꝙ vbi ap-
pellatur ex cã in iure expreſſa admittit appellatio:qꝛ qđ in ſolo iure
cõſiſtit nõ põt nõ eſſe notoriũ iuris.ad qđ no.in.d.c.paſtoralis. Idẽ
dico vbicũqꝫ cã aliter notoria eſt.vt notabiliter dicit hec gl. pro qua
tex.in.d.c.inter ceteras:vel hic renocata erat appellatio ſup petito-
rio ad inſtantiã actoris:nõ colligitur ergo appellatio in poſſeſſorio
per mulierem accumulata ad inſtãtiã mulieris appellãtis. Nec obſt.
de mu.peti.c.ij.qꝛ ibi tollitur appellatio impetrãti in vtraqꝫ cauſa.
Sed nõ tollit ei cõtra quẽ eſt impetratũ in cauſa accumulata:vt hic:
et ſic dato qđ nõ poterit appellare:qꝛ ꝓcedit in petitorio potuit ap-
26 pellare:qꝛ poſſeſſoriũ nõ admittitur ſuſpẽſo petitorio. ¶ †Ultimo
glo.ponit quaſdã formas clauſularũ in reſcriptis:ad lites qñ cã com
mittitur:vide de hoc.in Spe.de reſcrip.preſentatione.§.ratione for
me.ver.itẽ qđ ibi debet:ſm Io.an.ꝛc. Anto.de but.


1 ☞ Poſſeſſor violẽtus rem cũ fructib⁹ etiã qui percipi potuiſſent reſtituere dãna reſarcire ꝛ de iniurijs ſatiſfacere compellitur.
2 Spoliatus violenter quatuor habet remedia contra violentũ pro re medio recuperande.
3 Fruct⁹ ꝑcipiendos qđ quis reſtituere cogat de qib⁹ intelligi debeat.
4 Iniuriarũ actione an poſſit agere clericus.
5 Fructus licet quis reſtituere ſit cõdẽnat⁹ intelligitur deductis expẽ-ſis gratia fructuũ colligendorũ ꝛ cõſeruandorum ꝙuis ſit bonefidei vel malefidei poſſeſſor.
6 Fructus bonefidei poſſeſſor reſtituere cõdẽnatus tenetur tantuz ad ſolos extãtes qđ ante litis cõteſtationẽ percepit poſt vero litẽ tene-tur ad vniuerſos ꝛ hoc procedit in induſtrialibus nõ aũt in naturali bus ad quos indiſtincte tenetur etiã bonefidei poſſeſſor.
7 Fructuum materia que ſit ꝛ vbi terminatur.
8 Fructus quotuplex eſt ꝛ quotupliciter ſumatur.nu.ſeq.ꝛ.10.
9 Fructus percepti qui dicantur.
10 Fructus percipiendi qui dicantur.
11 In fructuũ reſtitutione qđ ſit differẽtia inter malefidei poſſeſſorẽ et malefidei quis dicatur poſſeſſor bonefidei aut malefidei.
Poſſeſſor bonefidei vel malefidei quis dicatur.
12 De quibus fructibus teneatur poſſeſſor ꝛ a quo tempore.
13 Fructus percipiendi ꝛ percepti in quo differãt inter ſe ꝛ qualiter ꝑ-cipiendi intelliguntur an quos percipere potuit antiquus poſſeſſor an vero quos percipere potuit nouus poſſeſſor.
14 Fructus qualiter petantur ꝛ qui reſtituendi ſunt.


1 GRauis. †Violẽtus rem cũ fructibus etiã qui pci
pi potuiſſent reſtituere dãna reſarcire.et
de iniurijs ſatiſfacere cõpellit. Prima pars deciſa ponit
querelã.ſuper ſcđa dat iudicez ibi.ꝛ Mãdam⁹:cui quatuor
2 mandat:que per ſe patent. ¶ †Nota hic latitudinẽ poſſeſſorij recu-
perande:qꝛ in ea primo venit integerrima reſtitutio rei.ibi cũ omni
integritate:adeo qđ reſtitui debet etiã quo ad locũ:vt no. Archidia.
xvij.q.iiij.miror.ideſt vt reponatur res in loco in quo erat tempore
ſpoliationis. Secundo in ea que venit plenaria reſarcio damnoruz
illatorum in ſpoliatione. Tertio venit competens ſatiſfactio dãno-
rum. Quarto veniunt fructus:non ſolum percepti:ſed etiam qui ab
3 antiquo poſſeſſore percipi potuiſſent. ¶ †Et nota intellectum iu-
rium dicentium percipiendos reſtitui:quia non habetur reſpectus
ad perſonã poſſidentis vt reſtituantur:quos poſſeſſor percipere po-
tuiſſet:ſed habetur reſpectus ad perſonam antiqui poſſeſſoris:rem
petentis:de quo dicã.j. Et no.qđ procedit concluſio libelli in poſſeſ
4 ſorio peto fructus reddi. ¶ †Quero an poſſit clericus agere iniuria
rum:dicit Hoſtiẽ.qđ ſic:vt patet hic de iniur.olim.hodie tamẽ dicit
Hoſti.qđ vix poteſt in curia ſuper actione iniuriarum litera obtine
ri:no.bene. ¶ Quero qualiter conſtabit de violentia ꝛ damnis. Glo.
j.declarat:que eſt clara. ¶ Uenio ad materiam fructuum: quia hec
materia eſt peregrina canoniſtis eis cõmunicabo dicta iuriſtarum
5 modernorum. ¶ †Nota inſiſtendo.in opi.primo cũ ordine glo.que-
ro qualiter fructus intelligantur:ꝛ cũ qua integricate petantur: dic
quod intelliguntur deductis expenſis gratia fructuum colligendo-
rum:et conſeruandorum:quod habet locum tam in bone fidei poſ-
ſeſſore:quã in malefidei poſſeſſoribus.ff.de peti. here. l.ſi a domino.
§.fructus.ꝛ.l.plane.in fi.ꝛ.C.de fruc.ꝛ lit.expen.l.j.quia nullus caſus
eſt qui hoc genus deductionis impediat.ff.fa.erciſc.l.fundum qui.j.
6 Reſponſo.ff.ſo.ma.l.fructus cum ſimi. ¶ †Opp.qđ nõ teneat poſ-
ſeſſor indiſtincte ad reſtituendos fructus:vt.C.de rei vendi.l.certum
Glo.dicit hic qđ quandoqꝫ agitur de fructibus repetendis a bonefi
dei poſſeſſore.et talis ad ſolos extantes tenetur:quos percepit ante
lit.conteſt.poſt litem vero conte.tenetur ad reſtituendos vniuerſos
C.de rei.vendi.l. certum.hoc in induſtrialibus. Naturales aũt indi-
ſtincte vniuerſos reſtituere tenetur:quoniam iſtos nõ facit ſuos etiã
bonefidei poſſeſſor.ff.de vſufruc.l.fructus. Malefidei autem poſſeſ-
ſor tenetur reſtituere omnes quos percepit ante lit. conteſta. et poſt
C.de rei vendi.l.ſi fundum. Violentus autem poſſeſſor tenetur reſti
tuere perceptos:ꝛ qui percipi potuerunt a vetere poſſeſſore.vt hic ꝛ
ſ.eodem

7 ſupra.e.conquerente:⁊ de offic.deleg.cum cauſa. ¶ † Circa materiá
fructuū quam ponit gloſſ.in.l.fructus.ff.de rei vendi.alias in.l.ex
diuerſo ⁊ per archidia.xij.q.ij.non liceat.⁊ ſpe.in tit.de fruc.⁊ inter-
eſſe.§.j.⁊.l.ex diuerſo.ff.de rei vendi. ¶ Quero de aliquib⁹. Primo
quotuplex eſt fructus ⁊ quotupliciter ſumantur. Secundo quia in
fructibus ſit differentia inter malefidei poſſeſſorē quis dicatur ma
lefidei ⁊ quis bone ⁊ qualiter quis in malafide conſtituatur. Tertio
de quibus fructibus teneatur poſſeſſor:⁊ a quo tempore. Quarto ꝙ
ſit differentia inter percipiendos ⁊ perceptos qualiter percipiendi
intelliguntur an quos percipere potuit antiquus poſſeſſor an quos
8 percipere potuit nouus poſſeſſor. Quinto qualiter petanꝛ. ¶ † Ue
nio ad primum dic quod fructuū alij naturales:quia ex ſe abſqꝫ idu
ſtria a natura ꝓducuntur vt poma pira ficus:⁊ ſimilia. Aliqui idu-
ſtriales qui induſtria inducuntur ⁊ ꝗruntur vt frumentum ⁊ vinum
⁊ ſimilia vt dicit Hiero.ſuper Eſa.xviij. Sudore ⁊ labore in vno ad
vbertatem fructuum peruenimus:⁊ quomodo grandis eſt pena qñ
tempore recollectionis perduntur. Uide ſuper ezechi.v. ſecundum
Jo.and. Jta diſtinguūt quidam. Tu dic quod quidam ſunt ciuiles
fructus vt penſiones domorum ⁊ vecture nauium que non ex re:ſed
ex permiſſione hominis percipiūtur.ff.de rei vendi.l.ſi nauis. ⁊ ho
rum ſimilium quidam ſunt honeſte percepti quidam inhoneſte.l.
ancillarū.de peti.here. Alij naturales:⁊ iſtorum quidam naturales
qꝺ declara.vt.ꝭ. Quidam induſtriales in quibus plurimum verſaꝛ
hominum induſtria vt ſegetes ⁊ ſimilia. Sed de aliquibus eſt dubiū
vt de oliua ⁊ quid de lana ⁊ lacte. Cyn.C.de rei ven.l.certum quod de
his non poteſt dari certa doctrina ſed hoc reliquendum eſt arbitrio
iudicantis qui examinet an ibi plus operetur induſtria an non. vñ
dic quod de oliua eſt expreſſum qꝺ eſt fructus induſtrialis ſicut vinū
l.ſi eum ff.de rei ven.de lacte ⁊ lana.glo.eſt notabilis.inſtit. de re.di.
§.ſi quis a non domino.in gloſſ.ſuper verbo circa vbi tenet quod eſt
fructus induſtrialis dicit tamen Barto.in.d.l.fructus quod in qui-
buſdam non poteſt dari doctrina:⁊ eſt in arbitrio iudicantis vt in fe
no ſilua ⁊ ſimilibus:qꝛ quandoqꝫ exigunt magnam curam quãdoqꝫ
modicam ſecundum qualitatē locorū ⁊ rerum. Jdeo ſtat in arbitrio
iudicantis vt iudicet ſecundum id in quo plus preponderat vt. l.ꝗ-
ritur.ff.de ſta.ho. Jtem poſſunt ſubdiuidi fruct⁹ reſpectu alteri⁹ ac-
9 cidentie qꝛ quidam ſunt percepti quidam percipiendi. † Percepti
dicunꝛ a bonefidei poſſeſſore eo qꝺ ſunt a terra ſeparati ab vſufru-
ctuario demum in arca reconditi.l.ſi vſufructuarius meſſem.ff.quē-
admodum vſufru.amit.⁊ no.glo.in.d.l.fructus:⁊ Azo in ſum.⁊ ſpe.
in titulo.de fruc.⁊ intereſſe.in ꝑncip. Alia opinio ponitur.in.d.l.ſi
vſufruactuarius vt fructus dicantur a bonefidei poſſeſſore percepti
qñocunqꝫ a terra ſeparati ſuo vel alieno nomine quo ad vſufructua
rium non dicuntur fructus percepti quomodocunqꝫ a terra ſepara
ti a ſe vel ab alio ſuo nomine ſecus ſi caſu vel ab alio non ſuo nomine
⁊ hec opinio placet Bar.fran.⁊ Pe.de bel.perti. Cy.in.l.certum.C.
de rei ven.⁊ Ja.de bel.⁊ quaſi omnes moderni illam tenent quod pꝫ
quia fructus efficiuntur coloni quomodocunqꝫ a terra ſeparati ab
eo vel ab alio eius nomīe vt.l.ſi ſeruus.§.locaui.in fi.§.j.de fur.ergo
fortius in vſufructuario ſi ſuo nomine nec requiriꝛ ꝙ ſint in horreū
reconditi. Jtem percipiendi dicuntur qꝛ immaturi:vel quia eos do
minus percepiſſet ⁊ poteſt reſpicere tempus futurum. ſ.ꝗ in futurū
potuerunt percipi ⁊ preteritum vt quos percipe potuiſſet petitor:
10 vel poſſeſſor de quo dicetur.j. ¶ † Ad ſecundum dicendum ꝙ qui-
dam ſunt poſſeſſores ſemper malefidei qui.ſ.ſciunt rem fuiſſe alienã
vel violenti. Quidam ſunt ſemper bonefidei qui poſſidēt cogitatio
ne domini.l.apud antiquos.C.de fur. Quidam a principio bonefi-
dei ex poſtfacto malefidei ⁊ horum aliqui vere malefidei vt ſunt illi
qui ex poſtfacto habent ſcientiam rei aliene. Aliqui ꝓſumptiue qui
ſunt in iudicium euocati ⁊ cum eis lis eſt conte.⁊ nō habuerūt iuſtã
cauſam litigandi.nam iſti malefidei retro cēſentur ex quo ſuccubue-
runt.ff.de peti.heredi.l.ſi ante litem.dicit tamen ibi Bar.qꝺ eſt pre
ſumptus malefidei poſſeſſor preſumptione iuris ⁊ de iure certe:⁊ da
to quod habuerint iuſtam cauſam litigandi non per hoc excuſanꝛ
a fructibus:quia illi debentur ex re maxime in cauſa beneficiali:vt
de offic.ordi.preſenti.lib.vj.vnde poſt lit.conte.eſt malefidei ſi ſuccū
bat ⁊ ſic tenetur ad reſtitutionem fructuum. Unde debet eos cuſto-
dire ⁊ non conſumere alleg.domini de rota. Jnn.ꝭ.c.in literis ⁊ hic.
⁊ hoc ponūt ſua cõcluſione.clxxviij. Sed hic eſt dubium de duobus
Primo errantes in iure cenſenꝛ malefidei qꝺ vꝛ per regulã q contra
iura.de reg.iur.lib.vj.cū cõcor.⁊ p.l.ꝓhibitum. C.de iure fiſci. lib.x.
Dy.⁊ glo.in.l.ſi fur.§.j.ff.de vſuca.dicit errantē in iure quo ad fru
ctus eſſe bonefidei poſſeſſorem per.l.⁊ ſi lege.ff.de peti.here. Bart.
in.d.l.ſi fur.§.j.tenet. Jdem niſi ſcienter faciat ⁊ emat ꝯ ius.vt.l.quē
admodū.C.de agri.⁊ cen.dic ſi poſſidet iure nō reſiſtente nō ē bone
fidei poſſeſſor nec male:ſed habetur pro bonefidei poſſeſſore quo ad
fructus.debet tamen ꝓbare ſe erraſſe:qꝛ ſcientia ꝓſumiꝛ. Si aūt eſt
errans in iure qꝛ poſſidet iure reſiſtente tunc dꝛ malefidei poſſeſſor:
vt no.Bar.in.l.ſed ⁊ ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.heredi.alleg. dictam.l.
quēadmodū:⁊ alleg.regulam qui cõtra ius.qꝺ no. Secundo eſt du-
bium an denuntiatio faciat quem malefidei poſſeſſorem videtur qꝺ
non.ff.qꝺ cum fal.tu.per totum.C.de fruct.⁊ lit.expen.l.ij.ff. de ver.
ſigni.l.bone.dicunt tamen doct.ꝙ regulariter non facit denuntia-
tio malefidei poſſeſſorem. Fallit in petitione hereditatis in qua de-
nūtiatio conſtituit quē in malefidei.de peti.heredi.l. Jtem veniunt
§.qꝺ aūt. Non ob.l.ſi fundū.C.de rei ven.qꝛ loquiꝛ in eo qui habebat
cõſcientiam rei aliene.dic ſi aliquis poſſidet ſine titulo denuntiatio
cõſtituit quē malefidei:vt.d.§.ꝙ autem ſi cum titulo. Si denuntia-
tio ſit a principio contractus cõſtituit quē malefidei poſſeſſorem:vt
l.ſi fundum.C.de rei ven.ſi ex poſtfacto poſtꝙ cepit poſſidere denū
tiatio non facit quem malefidei poſſeſſorem.ff.pro empt.l. ſi aliena.
12 ¶ † Uenio ad tertium qui teneantur de fructibus ⁊ de quib⁹ ⁊ quo
tempore veniãt dic quidam ſunt bonefidei poſſeſſores ⁊ tales faciūt
fructus ſuos abſqꝫ dubio loquendo de induſtrialibus ſiue poſſideãt
cum titulo ſiue ſine titulo fructus naturales nō faciūt ſuos licet ha-
beant bonam fidem.ff.de vſufruc.l.fructus. Nec ob.l.bonefidei.ff.de
acquiren.re.do.quia inquantum dicit ibi facit omnes fruct⁹ ſuos.i.
a quocunqꝫ perceptos loquitur tamen de induſtrialibus vt ibi di-
cit glo.⁊ inſti.de re.diui.§.ſi quis:⁊ hoc tenet Cy.in.l.certum Bart.
Jaco.de are.⁊ Oldr.diſtinguunt inter bonefidei poſſeſſorem cū tit.
⁊ hic facit ſuos etiam naturales vt dicta.l. bonefidei. vbi caſus non
cauillando literam.alleg.l.qui ſcit.§.in alieno.ff.de vſuris. Si non
habet titulum vel habet talem qui habetur pro non titulo ſine du-
bio non facit eos ſuos.ff.de vſuris.l.fructus ⁊ hoc placet Barto.de
actionibus vero ciuilibus gloſſ.dicit quod bonefidei poſſeſſor eos
percipit ſua diligentia vt quia contraxit vel locauit ⁊ facit eos ſuos
⁊ ſoluens liberatur qꝺ dic vt.l.ſi vrbana.ff.de condi.inde.alias non.
Si autem queritur an teneatur ad reſtitutionem: dic in caſibus in
quib⁹ nō facit ſuos:ſi extãt teneꝛ eos reſtituere:ſi nō extãt ſꝫ ſunt cõ
ſumpti ſi fact⁹ ē locupletior teneꝛ ꝯdictiōe ſine cã p.l.ſi ⁊ me ⁊ titiū.ff.
ſi cer.peta.ſi nō eſt fact⁹ locupletior non tenetur:vbi dixi quod ſuos
facit vt induſtriales ſi extant tenetur iudicis officio non rei vendi.
quia ſui ſunt.C.de rei vend.l.certum per que dicit Bar.ꝙ etiam qñ
fructus ſuos nō facit poteſt cogi iudicis offō ad reſtituendum eos.
Equitas enim officij iudicis:ſe ad hoc extendit multo magis ꝙ qñ
poſſeſſor eſt effectus dominus. Si non ſunt cõſumpti.gloſ. dicit qꝺ
non tenetur ad reſtitutionem etiam extimationis poſito qꝺ factus
ſit locupletior.eos enim lucratur propter culturam ⁊ bonam fidem
vt inſtitu.de re.di.§.ſi quis a non dño:⁊ ſic fructus naturales veniūt
reſtituendi etiam conſumpti ſi factus eſt locupletior poſſeſſor ſecus
in induſtrialibus. Jta tenet glo.neqꝫ dicta.l.fructus ⁊ inſtit.de offi.
iudicis.§.j. Non ob.l. Jtem veniunt.§.eos ⁊.l.ſed ⁊ ſi lege.§. conſu-
luit.ff.de peti.heredi.quia aliud in petitione hereditatis qꝺ eſt iudi
cium vniuerſale ⁊ ſic augetur petitio hereditatis.ff.eo.ſi ⁊ rem ⁊ pre
tium ſecus in rei ven.vbi fructibus cõſumptis ceſſat remedium ⁊ il-
li gloſe acquieſcunt cõmuniter.doc. Bar.dicit qꝺ vꝛ poſſe dici cõtra
quia conditio que datur ex equitate.l.ſi ⁊ me ⁊ titium habet locum
non ſolum ſi aliquis eſt effectus locupletior ex re mea ſed etiam ſi ex
re mihi debita vt ibi patet.licet ergo fructus induſtriales nō ſint pe
titoris tamen ſunt debiti:quia deberi mihi dicitur qꝺ venit iudicis
officio.ff.de ver.ſigni.pecunie cum concor.ad hoc.ff.de rei ven.l. Jtē
ſi verberatum. Ad hoc expreſſum videtur.ff.de condi.inde.l.ſi inde
biti.in prin. Jtem ſi hoc in petitione hereditatis vbi petitor habet
minus ius multo forti⁹ in rei ven.vbi maior eſt equitas ex parte pe-
tentis.vt.l.officium.ff.de rei vendi. Reſidet ergo qꝺ naturales ⁊ in-
duſtriales conſumptos reſtituere tenetur ſi eſt factus locupletior.
Prima opi.eſt cõmunis:alꝛ nō eſſet effectualis differentia niſi i di-
uerſitate actionis inter induſtriales ⁊ naturales. Quidam ſunt ma-
lefidei poſſeſſores ⁊ iſti ſi poſſident ſine titulo tenentur de perceptis
⁊ de percipiendis vt pꝫ hic ⁊.l.certum:⁊ ꝙꝙ glo.hic in hoc videatur
facere differentiam inter poſſeſſorem violentum ⁊ malefidei non vi
deo in hoc aliquam differentiã:qꝛ quilibet tenetur ⁊ a tpe quo poſ-
ſeſſor eſſe incipit.de cõſumptis tñ teneꝛ ſi ſit poſſeſſor ſine titulo cõ-
dictione ſine cã ⁊ officio iudicis poſt lit.conte.de extantibus rei vē.
non illa qua vendicat principalem rem:ſed alia de condictione ex.l.
vna.de percipiendis aūt teneꝛ officio iudicis ⁊ percipiendi intellige
tur honeſte vt.l.fructus:lꝫ inhoneſti ſi eſſent percepti venirent.ff.de
peti.here.l.ſi quis poſſeſſor. Si vero ſit poſſeſſor malefidei cum tit.
excuſatur a percipiendis.ꝓpter titu.C.de rei. ven.l.ſi fundus niſi in
quatuor caſibus.ſ.in eo qui in fraudem creditorum emit.ff.de his ꝗ
in frau.credi.l.ait pretor.§.per hanc. Secundus in eo qui emit con-
tra interdicta legum.ff.de agri.⁊ cen.quemadmodum.in fine. Ter-
tius in eo qui emit a fiſco non ſolenniter vendente.ff.de iur.fiſ.⁊ iu-
re.haſte fiſca. l.j.lib.x.ad hoc.ff.de vſuris.l.videamus.§. Jtē. Quar-
to in emente ꝑ metū vt dicta.l. ſed ⁊ partus.ff.quod met⁹ cauſa vbi
gloſſ ponit iſtos caſus ⁊ tene glo.licet vltramon.contra.de fructib⁹
vero ciuilibus remittit no.l.ſi vrbana.ff.de cõdictio.indebi. Necve-
ra vbi conſtat eum malefidei a principio ſi non conſtat in dubio ꝓ-
ſumitur bonefidei vſqꝫ ad tempus lit.conte. Unde dicūt domini de
rota ſua concluſione.xxiiij.quod ſi agatur contra poſſeſſorem ⁊ con
tra eum ſit lata ſententia non cõdēnabitur ad fructus vt a tempore
occupationis beneficij niſi conſtet eum habuiſſe malam fidem a pri-

cipio puto quod a principio ſcienter ſe bñficio intrudit quidã ſunt
ab initio bonefidei: ex poſtfacto malefidei. Glo. videtur dicere in .d.
l. fructus quod ſufficit ſi ab initio fuit bonefidei. ff. de vſuris. qui ſcit
§. preterea. ff. de acquiren. re. do. l. bonefidei: ⁊ dato qđ faciat fructus
ſuos prout dixi. ſ. in bonefidei poſſeſſore tamen indiſtincte tenet ad
reſtitutionem poſtq̃ malafides ſuperuenit vere vel ficte: vt. d. l. bone
fidei. ⁊ l. certum. C. de rei vendi. hoc verum niſi ſuperueniat malafi-
des cũ perſonarũ mutatione: vt qꝛ defunctus fuit bonefidei ⁊ heres
eſt malefidei: quia tunc non facit fructus ſuos. ff. de acqui. re. do. l. q̃-
ſitum. Quidã ſunt a principio malefidei ⁊ ex poſtfacto ſunt effecti
bonefidei poſſeſſores: ⁊ Bar. non decidit ſatis poteſt dici idẽ quod
in bonefidei a tempore quo fuit bonefidei poſſeſſor: ⁊ idem qđ in ma
lefidei poſſeſſore a tempore quo fuit malefidei poſſeſſor dumtamen
ſuperuenerit legitima cauſa putandi ſe bonefidei al's non. ff. de vſu-
cap. l. non ſolum. §. j. ⁊ hoc decidit in. l. ſequitur. §. j. de acquiren. re.
do. vt ibi no. Hec vera inquantum agitur reali in perſonali ſi peto
quod in ea veniũt fructus a tempore more. ff. de vſur. l. videam᷒. ⁊ l.
mora. ff. depoſiti. l. j. §. hac actione. Idem in actionibus bonefidei:
vt indiſtincte veniant a tempore more non in ſtricti iuris vbi peto
qđ non fuit meũ: ſed vt mihi debitum. Inquantũ dixi bonefidei poſ
ſeſſorem poſſe cõueniri ad fructus ſiue vbi fecit ſuos. Hoc verum in
tellige niſi ſit lapſum trienniũ: qꝛ tunc lapſu triennij preſcribunt fru
ctus reſpectu iuris agendi ad fructus vt no. in. l. ſequit. §. j. ff. de vſu-
ca. ad hoc. l. in libello. §. ſi quis ſeruum. de capti. ⁊ no. Cy. in. l. ancille
C. de furtis. ſed de iure canonico non obſtaret triennium in malefi-
13 dei poſſeſſore vt regula poſſeſſor. ¶ † Venio ad quartum qui perci
piendi veniant an quos percepiſſet antiquus poſſeſſor an quos po
tuit percipere nouus ⁊ queſiti eſt magnus effect᷒: quia alios potuiſ-
ſet percipere antiquus alios nouus ex diuerſitate cultorum gloſ. in
d. l. fructus: al's. in. l. ex diuerſo. dicit q̃ debentur percipiendi a peti-
tore ad hoc tex. in. l. ſi nauis. ff. de rei ven. ⁊ in. l. fructus ad ſi. ad hoc
ff. de leg. j. apud iul. §. j. ad hoc tex. hic in cõtra. l. domum. C. de rei vẽ
vbi dicit quos percipere potuerat q̃ de neceſſitate intelligit de poſ
ſeſſore cum petitori loquatur in ſecũda prima ⁊ ſi de eo intellexiſſet
dixiſſet poterat. Ideo vltramontani dicunt q̃ ſi poſſeſſor eſt in mo
ra tenetur ad illos quos percipere potuiſſet reus. hoc nõ plꝫ Bart.
quia. l. ſi domum loquit in predone q ſemper eſt in mora. C. q̃ me. cã
l. j. de fur. l. ſubtracto. de condi. fur. l. parui ⁊ qđ inſpiciant quos per-
cipere potuiſſet poſſeſſor. facit. l. Item veniunt. §. Item eos. l. ſed ⁊
ſi lege. §. ſi fructus. ff. de peti. here. Iđ dicit Bart. q̃ ſi poſſeſſor con-
uenitur a non aſſerente ſe dñm vt ſi agat petitione hereditatis: ⁊ ve-
niunt fructus quos percipere potuiſſet poſſeſſor ſi cõuenit ab aſſerẽ
te ſe dñm tunc inſpiciuntur quos percipere potuiſſet petitor: vt. d. l.
ſi nauis. ⁊ l. apud iul. §. j. ⁊ hoc de iure. flor. de iure aũt. C. attenden-
di ſuos quos pcipere potuiſſet poſſeſſor: vt. d. l. ſi domum. Et cõclu-
dit leges antiquas eſſe correctas quantũ phibent de pcipiẽdis a pe-
titore per qđ relinquit q̃ electio eſt actoris an habeat reſpectum ad
pcipiendos a petitore. An ad percipiendos a poſſeſſore Bart. in. l.
domũ. dicit q̃ ſi habetur reſpectus ad id qđ potuiſſet pcipi cõiter nõ
eſt differentia an habeat reſpectus ad id qđ percipi potuiſſet p peti
torem: an ad id quod percipi potuiſſet p poſſeſſorẽ: qꝛ idẽ erit effe-
ctus vñ ſatis eſt in optione petitoris. Si habet reſpectus ad id qđ
peti poteſt ſingulariter dꝫ inſpici pſona petitoris: qꝛ id qđ eſt ex ſin-
gularitate perſone percipere potuiſſet poſſeſſor non eſt attendendũ
qꝛ id q̃ſitum non diceretur ex re poſſeſſa: ſed ex ſua induſtria: vt. l. ij.
§. j. ff. ad. l. fal. Guil. de cu. in. d. l. domum tenet qđ habetur reſpectus
ad id qđ deteri᷒ eſt malefidei poſſeſſori: ⁊ ſi poſſeſſor malefidei plus
percipere potuiſſet ad illos habeatur reſpectus puto vltimam opi.
14 veram Bar. quam etiam tenet. in. l. apud iul. §. j. ⁊ ſ. alleg. ¶ † Ve-
nio ad quintum qualiter petantur. dicit hic Innoc. q̃ quidam ſunt
fructus percepti ante litem. pendentiã: ⁊ oportet qđ iſti petant in li-
bello: al's non põt iudex de eis cõdemnare. ff. de edi. edic. l. ij. §. ſcien
dum. ⁊ ſi tales impetrantur: ⁊ poſtea iudex in ſententia de eis nõ ha
beat mentionem non poterunt poſtea peti. C. de vſuris. l. eos. C. de
fruct. ⁊ li. expen. l. iij. de act. emp. l. qui pẽdentes. ⁊ l. qui per colluſio-
nẽ. ff. de eo q̃ cer. loco. in bonefidei. ⁊ l. centum capue. Hec intellige
vera quando fructus nõ veniunt iure actionis: ſꝫ officio iudicis. vt
l. iiij. C. depoſi. Si enim veniunt iure actionis poterunt poſt ſniam:
licet de eis iudex non habuerit mentionẽ eis primo petitis. Fallit
quando natura actionis ſuper principali cõprehendit in ſe fructus
vt in actione qđ met. cã. ⁊ interdicto vñ vi. ff. q̃ me. cã. l. ſed ⁊ partus
ff. de vi ⁊ vi arma. l. certiſſime. ⁊ l. idem eſt. §. fin. ⁊ l. ſi plures. C. vnde
vi. ſi quis in tantam no. ſ. qđ met. cauſa. c. ſi. quia interdicto veniunt
talia acceſſoria. Idem etiam eſt in petitione hereditatis in qua oia
veniunt propter iudicij vniuerſitatem. ff. de peti. heredita. l. Itẽ ve
niunt. §. fina. ⁊ l. videndum. ⁊ l. non tantum: quia non exigitur i his
alius libellus: ⁊ ſi non ſit de eis mentio in ſententia non auditur: qꝛ
conſumptum eſt perpendiam ius agendi. ¶ Quidam ſunt fructus
percepti lite pendẽte ⁊ illi veniunt etiam ſint non petantur: quia ad
illos ſe extendit iudicis officium dato quod in libello non fuerint
petiti: vt. ff. de edi. edic. l. ediles. §. Item ſciẽdum. ff. de vſuris. per to
tum. ⁊ l. paulus. §. fina. ⁊ l. ſeq. Inquantum ſupra dixi pluribus pe-
titis ſuper vno ſententietur aliud nõ poſſe peti. hoc eſt verum quan
do illud ſuper quo non eſt ſententiatum venit acceſſorie vel officio
iudicis: ſecus ſi eque principaliter vel ad id competit actio. ff. de eo
quod certo loco. l. centum capue. Non obſtat exceptio. rei iudi. l. ſi in
iudicio: quia ibi loquitur quando inepte agebat quo caſu ſi apte nõ
velit agere auditur. de iudic. examinata vel loquitur quando de vno
acceſſorio actum eſt ratione preteriti temporis: ⁊ nunc agitur reſpe
ctu temporis quod poſtea fluxit: quia tunc ſi ad id pncipaliter cõpe
tat actio poterit agere ratione futuri. Non obſtante ſententia lata
ſuper fructibus preteriti: quia nunc aliud petitur quã primo. ff. de
exceptio. rei iudi. l. ſi quis cum totum. ⁊ l. cum queritur: ⁊ duob᷒ ſe.
ſecundum Innocen. per hoc dicit Barto. in. l. fructus. §. vbi autem.
ff. de rei ven. quod vbi fruct᷒ petuntur officio iudicis: ſi petãtur per
cepti ante litem conteſta. debet declarari quantitas petita. ff. de rei
venditio. l. ſi in rem. ⁊ l. in actione. de fur. Item poteſt peti quod re᷒
condemnet ad fruct᷒ ſi extant vel eorum extimationem ſi nõ extant
ff. de his qui. vt indig. l. eum qui quod autem libellus ſic alternati-
ue procedat apparet: quia actor non poteſt eſſe certus an fructus ex
tent: vel non. l. j. §. quotiens. ff. quorum lega. Si tamen eſſent fruct᷒
quos conſumptos eſſe eſſet certum puta poma ficus pira: ⁊ ſimilia
que conſumuntur: vt. l. is cui. §. queri. ff. vt in poſ. lega. tunc preciſe
debet peti extimatio. ff. de vſufru. leg. ſi vſufructus mihi in bienniũ.
Pro fructibus vero qui percipiuntur lite. pen. non eſt neceſſe quod
exprimatur certa quantitas: quia actor illam ignorat probabiliter.
dicam ergo. Dico quod titi᷒ poſſidet talem rem que pertinet ad me
iure dominij: vel quaſi ⁊ eam poſſidet tribus annis ⁊ collegit. xxx.
corbes frumenti: quare peto per vos pnuntiari ⁊ declarari rem ad
me pertinere. de iur. ⁊ cogi: ⁊ compelli ad reſtitutionem dicte rei: cũ
fructibus inde perceptis ⁊ percipiendis vſq; ad ſententiam: ⁊ ad p-
dicta cum noſtra ſententia condemnari hoc inquantum agitur de
perceptis. Si agitur ad illos qui percipi potuerunt, habes narrare
quantum petitor vel ipſe poſſeſſor percipere potuiſſet vt apparet
ex dictis: et debet addi in libello. de eſtimatione ⁊ dixi ſupra. ⁊ ea-
dem inſtantia expedietur queſtio de re ⁊ de fructibus vt. ff. de rei vẽ-
ditio. l. vtiq; ⁊ no. in. l. in fundi. ff. de exceptio. Aduerte tamen quod
ad fructus qui percipiuntur lite pen. poteſt dicere iudex cõdemno
eum ad reſtitutionem fructuum reſeruata mihi ipſorum declaratio
ne: ⁊ tunc poſſet declarare poſt multa tempora poſt ſententiã. vt. l.
terminato. C. de fructi. ⁊ lit. expen. ⁊ not. in. c. finali. de eo qui mit. in
poſſeſ. ad hoc glo. in. l. Item labeo. §. j. ff. fami. hercıſ. Non obſtat. ſi
dicatur in iſtis fructibus cum pondere: ⁊ menſura conſiſtant nunq̃
veniri ad extimationem: qꝛ in genere ſuo recipiunt functionem: vt
l. ij. in prin. ff. ſi certum peta. dicit Bar. quod fructus debentur peti
torij: vt ſpecies: quia ita debentur iſti ex hac terra percepti quod nõ
alij merito ipſis peremptis ſicut qualibet alia ſpecie perempta de-
uenitur ad extimationem ſecundum Barto. in. d. l. fructus. de per-
ceptis autem appellatione pendente an debeant: dic qđ ſic: vt i ſpe
cu. de appel. §. ex officio. verſicu. ſed pone petij. Inquantum glo. di
cit fructus venire a die deiectionis. dicit hoc ſpeciale Io. an. in hoc
interdicto. In alijs autem non veniunt niſi ex die adiecte actionis
vt. l. j. §. ex die. ff. de vi ⁊ vi arma. per quod videtur qđ non expediat
pponere interdictum: ſed potius reivendicatio niſi quia poſſet eſſe
in poſſeſſione ſuperior: ⁊ in pprietate inferior. ſecundum Vinc.

1 ☞ Ei qui non poſſidet non datur reſtitutio.
2 Poſſeſſiones dari poſſunt ſub conditione vt aliquid ibi ſpũale ſup
eis conſtruat ⁊ ex hoc ſymonia non committitur.
3 Symoniacum eſſe nõ dicitur vt ſuper re temporali aliquid ſpiritua
le edificetur ⁊ in ſignum ſubiectionis aliquid temporale detur vt cẽ
ſus dominiũq; dicte rei ſibi retineat. nu. 14. ⁊. 30.
4 Oratorij ſeu capelle prouiſio etiã ab alio edificati cũ hoſpitali ſpe-
ctat ad epm ſaltem quo ad ius inſtituendi.
5 Obligari etiam per alium quis ſe poteſt ad obedientiam promittẽ
do ⁊ viſitando eo quod patitur obedientiam nomine ſuo pſtari taci
te vel expreſſe. nu. 13.
6 Subiectionis ius vel quaſi poſſeſſionẽ non perdit dominus etiam
ſi ſubiectus ſe tradat cum corpore eccleſie maxime ſi conditionali-
ter ſe transfert ⁊ qñ dicatur pudicare humilitati ex quo alteri᷒ ſub-
iectioni ſe transfert. nu. 13. ⁊. 31.
7 Poſſeſſor clandeſtinus de facto tenens poteſt propria autoritate
eijci de poſſeſſione qꝛ eo qđ non admittit ſpoliat ⁊ ſic poteſt incon
tinenti repelli. nu. 10. ⁊. 16. ⁊. 32.
8 Poſſeſſio perditur modici temporis negligentia quando non eſt
vacans ſed ab alio de facto detenta. nu. 16. ⁊ qđ requirat tp̃s ad cau-
ſandũ negligentiã. nu. 32.
9 Sententia poteſt dictari in perſonam procuratoris nomine do-
mini.
11 Snia incerta valet vbi circa accidentalia pfertur ex quo põt in alio
iudicio certificari. nu. 17.
12 Epiſcopus agere põt noie pprio pro rebus eccleſie ſeu capituli iter
eoſdem

eoſdem diuiſis in verbo indiuiſis dz noīe vtriuſq̃.
18 Bellum qui poſſint indicere ⁊ contra quos ⁊ qđ bellū licitū vel illi-
citum dicatur.nu.28.
19 Bellū ſi cōtra eccleſiam indicat imperator eo ēxiſtente iniquo ⁊ in-
corrigibili per papā excōmunicato an ſit licitū.
20 Bellum an ſit licitum vel illicitū ad quem cognoſcere ſpectat.
21 Bellū ſi vnus dicat licitū ⁊ alter illicitū quis habeat probare.
22 In bello capti an indiſtincte capientiū efficiātur ⁊ que in bello poſ
ſint licite capi.
23 Iudex ratione iuriſditionis ſue ſi vult aliquē ſibi tanq̃ contumacē
in ſuo territorio punire vti delinquētem vel res ipſius deuaſtare an
hoc facere poſſit ꝑ ſuo libito voluntatis.
24 Actio vi bonorum raptorum an detur tibi contra me vbi tu equū
tenes ⁊ ego repeto tū reſtituere denegas violenter tibi eū aufero.
25 Ad bellū vocatus ſi quas fecerit expenſis aut dāna paſſus ſit quis re
ſartiet illis paſſo.
26 In bello pugnare an ſit cuilibet licitum.
27 Ad bellum qui vocati ire teneantur.
28 Uim vi qualiter repellere liceat.
29 Bellum qñ dicatur iuſtum ⁊ qualiter ad illud perueniatur.
30 Pactum vt cenſus annum preſtetur etiam layco pro re ſua tem-
porali ſuper qua ſit hoſpitale vel eccleſia non dicitur ſymoniacum.
31 De regula vna ad aliā tranſire nō licet ſine conſenſu capituli habi-
to etiam conſenſu epi.
Fallit vbi habetur pape conſenſus.
32 Poſſeſſionem rei quam habeo quando non perdo per ſolum receſ-
ſum a rei conſpectu ad declarationem queſtionis an abſens perdat
poſſeſſionem rei.
33 Poſſeſſorium recuperande vt competat etiam ſpoliato que exi-
gantur.
34 Poſſeſſionē qñ dicatur quis incontinenti recuperaſſe.
35 Modū qñ quis dicatur excedere vel non excedere vbi facere aliquid
tenet cum moderamine vſq̃ ad finē capituli.
Cum armis an reſiſtere liceat inuaſo ſiue armis vbi etiā inuaſor eſt
adeo robuſtus quod plus poſſet cum pugno quam ipſe inuaſus cū
armis.
36 Furem nocturnū ſi mihi iniuriatur circa rem mihi occidere nō licet
vbi aliter res pōt recuperari vt quia cognoſco furem qui non eſt fu-
gitiuus ⁊ quid in depopulatore agrorum.nu.ſeq.
37 Aggreſſus ēt in rebus ſuis quādo poſſit vel nō cū armis ⁊ ſine mo-
deramine reſiſtere ipſi aggredienti vt impune eum occidere valeat.
Iniuriam propulſare non licet ex interuallo vel vbi ad extraneos
actus iniuriatus diuertit ⁊ ſi inferatur alteri quando poſſim repel-
lere.nu.ſeq.
38 Uim ſeu violentiā alteri illatam an poſſim repellere.
39 Excōmunicationem an incurrat qui clericum percutit ſe deſcendē-
do vel qui per vim expellit.

1 OLim. ¶ † Ei qui non poſſidet eiecto non datur re
ſtitutio. In prima cōmiſſionis ⁊ facti narra-
2 tio. In ſecunda cauſe diffinitio. ibi intelligētes. ¶ † No
ta primo quod poſſeſſiones poſſunt dari ſub conditio
ne vt aliquid ibi ſpiritnale ſuper eis conſtruatur: ⁊ ex hoc non cōmit
titur ſymonia: quia tale ineſt rei: nam cum oratorium conſtrui non
3 poſſit abſq̃ fundo vel area de hoc in glo. ¶ † Secundo nota qđ tra
ditio temporalis vt edificet ſpirituale ⁊ in ſignum ſubiectionis ali-
quid temporale detur vt cenſus non eſt ſymoniacum: quia talis cen
4 ſus eſt licitus. ¶ † Not. iij. quod de iure communi prouiſio oratorij
etiam ab alio edificati cum hoſpitali ſpectat ad epm ſaltem quo ad
5 ius inſtituendi. ¶ † Nota. iiij. quod quis poteſt ꝓmittendo ⁊ vitan
6 do pro alijs obligari ad obedientiam. ¶ † No. v. per traditionem et
cognitionem ſubiecti alteri quā domino dñs non perdit ius ſubie-
ctionis nec quaſi poſſeſſionem: etiam ſi ſe tradat ſubiectus cum cor-
pore eccleſie maxime ſi conditionaliter ſe transfert vide Innocen.
7 de reſtitu. in integ. c. ij. ꝟ. eodem. olim. iij. ¶ † Sexto no. quod clande
ſtinus poſſeſſor de facto tenens pōt propria autoritate ejici de poſ-
ſeſſione: quia eo quod non admittit ſpoliat ⁊ ſic poteſt incontinen-
ti repelli. l. clam poſſidere. ꝟ. qui ad nundinas. ff. de acquiren. poſſeſ.
⁊ no. quod hoc licet preſertim incontinenti cum ſciunt poſſeſſores:
alias ſi diu vel aliquanto tempore ſteterint non poſſunt: quia ex tūc
8 non poſſiderent † ⁊ ſic no. quod modici temporis negligentia perdi-
tur poſſeſſio quando non eſt vacans: ſed ab alio de facto detenta. ad
quod. l. ſi de eo. ꝟ. j. ff. de acqui. poſ. quod dic vt dixi de elec. querelam
9 ſed dictio preſertim innuit quod poſſit etiam ex interuallo. ¶ † Se
ptimo no. ſententiam dictandam in perſonam procuratoris nomi-
ne domini. de quo in. d. c. querelam. Et no. quod prelatus condem-
10 natur ⁊ abſoluitur ſuper rebus eccleſie nomie eccleſie. ¶ † Octauo
nota quod clandeſtina poſſeſſio ſi incontinenti repellatur poſſeſſor
ſi non parit interdictū vnde vi. Et no. quod clandeſtinus poſſeſſor
non admittit verum poſſeſſorem violentus efficitur ⁊ vim dicitur
inferre. Ideo propria autoritate poteſt a poſſeſſione licite repelli et

repellens dicitur ſe defendere: ⁊ ex hoc non obligatur niſi modum
11 exceſſerit. ¶ † Nono nota. quod ſententia poteſt ferri circa acciden
12 tia incerta: ⁊ tenet ⁊ poterit in alio iudicio certificari. ¶ † Oppo. j.
quod ſolus prelatus agere potuerit de reſcript. edoceri. Sol. dic qđ
communiter agunt: quia locus de quo agitur communiter ſpecta-
bat ad eos: alias in diuiſis epiſcopus per ſe ⁊ capitulū per ſe agere
potuiſſet ꝙꝙ ſecurius ſit ſecūdum Innocentiū quod omnes ſimul
agant. de iudi. cauſam q̃ de quo de reſcrip. edoceri. de procura. capi-
tulo primo. ſecundum Innocen. ⁊ Hoſtien. ſic ⁊ ſolus magiſter age
re potuiſſet licet ſimul egerunt. de iudic. cum deputati. proſequitur
autem hic Innocen. quedam que poſui in dicto. c. cum deputati. iđ
hic non repeto. ¶ † Oppo. ſecundo quod preſtatio obedientie nō
obliget alios vt de dolo. veritatis. eſt enim iuramentum perſonale
13 vt ibi. Solu. dic quod magiſter vel rector preſtabit pro alijs de corū
tamen mandato: alias eos non obligaſſet vel dic quod eo quod pa
tiatur obedientiam ſuo nomine preſtari quis videtur tacite ſe velle
obligare. C. de iuramen. calum. l. j. ⁊ ſecunda. ꝟ. ſui autem ⁊. ꝟ. ſe. ⁊. ꝟ.
hoc etiam ſecundum Innocen. ⁊ Hoſtien. iſtam tamen obedientiā
quilibet ſuccedens facere tenebatur ſed non cuilibet ex ſucceſſoribꝰ.
14 de dolo. veritatis. ¶ † Oppo. tertio quod nō potuerit retinere do-
minium. de religio. domi. intra. Solu. dic quod retinuit dominium
quo ad tuitionem: quia rei ſacre ⁊c. Inſtitu. de re. diui. ꝟ. in nullius.
vel dominium retinuit donec eccleſia ibi eſſet edificata vel dominiū
epiſcopale. x. queſtione. j. per totum. Et dicit Innocen. quod pro-
pter hoc dominium iuris poteſt lata quadā rei vendi. agere epiſco-
pus alleg. ff. de mor. infe. l. prima. ff. de religio. ⁊ ſumpt. fu. l. ſi ſepul-
chra. Eccleſiam tamen non poteſt vendicare. ff. de rei vendi. l. in rem
niſi vtiliter. C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimꝰ. ¶ No. de hac reali gene-
15 raliter dixi ſupra de iudic. examinata: vbi Innocē. tangit. ¶ † Op-
po. quarto quod preiudicauerint iſti humilitati tradendo ſe alijs.
ff. de acquiren. poſſeſ. l. iij. ꝟ. quod ſi quis ⁊. ꝟ. per ſeruum. ¶ Quidā
dicunt: vt glo. hic in verbo tradita quod hic non preiudicarunt nec
quo ad poſſeſſionem nec quo ad dominium: quia ſub conditione
tradiderunt: ⁊ poſſeſſio dari poteſt ſub conditione ante cuius exi-
ſtentiam non transfertur poſſeſſio. ¶ Alij dicunt quod preiudica-
uerunt quo ad poſſeſſionem: quia licet detur ſub conditione incon
tinenti transfertur: quia poſſeſſio plurimum facti habet. de conceſ-
ſione preben. cum noſtris. Unde poſſident ſiue extet conditio ſiue
nō ꝙꝙ contractus poſſit dici conditiōalis ex quo actu tradita eſt.
Puto quod ſi intrantes egerunt recipere conditionaliter quod nec
poſſeſſio ſit acquiſita: ſecus ſi egerunt recipere pure: vt ſtatim habe-
rent poſſeſſionem: quia ſi de facto ingrediuntur patiente colono ac
quirunt poſſeſſionem quod intelligo de vera poſſeſſione eccleſie: vel
loci quaſi poſſeſſionem ſubiectionis habere nō poſſunt ad preiudi-
cium domini abſq̃ illius patientia. vt. ꝟ. eo. olim. iij. ⁊ no. de reſtit. in
integr. c. ij. Hec vera vbi traditur ſub conditione: ſi traditur pure ꝓ-
iudicatur abſq̃ dubio ad poſſeſſionem licet non quo ad dominiū
ex traditione ſubiecti: nam ſecundum Innocen. qui poſſidet per co
lonum vel alium quemcunq̃ ſi ille dimiſerit poſſeſſionem alio occu
pante violenter: vel alio modo dominus etiam ignorans amittit
poſſeſſionē. ff. de acquiren. poſſeſ. l. iij. ꝟ. quod ſeruus: ſecus ſi per ſe
ipſum poſſideret: quia tunc non amitteret poſſeſſionem: niſi expul-
ſus eſſet. vel reuertens non eſſet admiſſus vel ſuſpicaret ſe poſſe re-
pelli. ff. de acquir. poſſeſſio. l. j. ꝟ. de iure ⁊. l. ſeq. ꝟ. vltimo. ⁊. l. ſi id qđ
⁊. l. clā. ꝟ. ſi. Si autem me ciuiliter poſſidente cum me ignorante poſ
ſeſſionem intres naturaliter poſſides: ⁊ ego ciuiliter quouſq̃ ſuſpi-
cor me poſſe repelli: ⁊ tunc poſſides ciuiliter: vt. d. l. clam poſſidere.
ꝟ. fina. Si tamen non admittitur ꝙꝙ velit congregare exercitū poſ
ſeſſionem amittit ſed eam poteſt incontinenti recuperare. C. vnde
vi. l. j. ⁊ hic eſt tex. Inquantum dixi domino preiudicari eſt verū quo
ad veram poſſeſſionem: non quaſi poſſeſſio ſubiectionis: quia illa
non poteſt haberi ex ſolo pati ſubiecti: vt ibi no. ꝟ. eo. olim. iij. de re-
16 ſtitu. in integ. c. ij. ꝟ. eo. conquerente: vt ibi dixi. ¶ † Oppo. quod ꝙ
ꝙ non ſit ingreſſus ſcienter ignorante domino: ⁊ dato quod non ſit
ſuſpicatus ſe poſſe repelli: nihilominus poſſit abſente illo qui ciui-
liter poſſidet: ſi non admittat incontinenti repelli: vt patet: quia ex
quo veniens non admittitur dicitur ei illata violentia: poteſt ergo
repelli vt. l. clam poſſidere. ꝟ. qui nundinas. ff. de acquir. poſ. Quidā
dicunt quod quomodocunq̃ quis fuerit ingreſſus poſſeſſionem ab
altero animo detentam ſiue ſcienter ſiue ignoranter ſiue ſciente do-
mino ſiue ignorante ſiue ſuſpicetur ingrediens ſe repelli ſiue non ſi-
ue tradat dominum ſibi litem moturum ſiue nō tamen ſi moniti nō
reddidiſſent poſſeſſionē licite eis vis fieret: q2 iam incipiūt eſſe vitio
ſi. arg. xxiij. q. ij. c. j. ⁊ ſecundum hoc ad literam ibi ex eo quod ſubau-
diendum eſt maxime: ⁊ idem in ſequentibus. Alij ſunt in opi. quod
vt poſſit repelli oportet quod ſit ingreſſus occulte ignorante domi-
no ⁊ quod ſcienter ſit ingreſſus ſuſpicans ſe repelli: vel queſtionem
dominum moturum: alias cum non ſit violentus non poteſt repelli
ad hoc alleg. l. j. C. vñ vi vbi dicitur vim illatam propulſare: ⁊ ſecun-
dum hoc ex eo ſtat proprie abſq̃ ſub audito: primam tamen tene re
videtur Innocen. ſed dicit quod forte melior eſt ſecunda Hoſtien.

diſtinguit an notorie iniuſte ſit aliquis ingreſſus ⁊ licet illi propria
autoritate eum deijcere.argumẽ.de accu.euidentia.de offic.delega.
c.j.libro.vj. An ſit dubia offenſa:⁊ tunc dicit quod ſi ingredientes ſe
offerunt paratos ſtare iuri nõ putat quod eps ſibi ius dicere poſſet
hoc caſu.C.ne quis in cauſa ſua in Rubro ⁊ Nigro. C.vnde vi ſi qs
in tantam.ff.quod me.cauſa extat ad hoc adducit.ff. de in.pri.l. pe.
Barto.in.l.j.ff.de acquiren.poſſeſ.dic quod ſi ingrediens clam poſ-
ſeſſionem nõ reperit vacantem:vt quia ab alio tenet ciuilis ſiue oc-
cupans occupet naturalem tantum a principio ſiue occupet natu-
ralem ⁊ ciuilem vt in re mobili a fure ablata.l.iij.ff.de fur.l.itaqꝫ ad
l.acquil.tunc poteſt repelli. Hec dicit vera qñ non inuenit vacanteꝫ
vt dixi ſi eam inuenit vacanteꝫ tunc non licet eam eijcere:⁊ ipſe poſ
ſet vim vi repellere. Omnino vide Barto.in.l.j.§.interdictum.ff.vti
poſſi.hoc late declarat Glo.legiſtarum alique tenent quod clande-
ſtinum ſicut violentum poſſum eijcere glo.in.l.j.§.interdictuꝫ. Idẽ
gloſſ.in.l.j.C.vnde vi. De hoc videtur caſus in.l.ſi quis in ſeruitute
de furtis. Contra gl.eſt tex.in.l.ſequitur.§. Item ſi occupaueris.ff.
de vſucapio. Dy.tenet quod non licet eijcere:quia non reperitur le-
ge cautum. Idem Cy.in.l.j.C.vti poſ. vbi concludit Barto .ſcilicet
in.§.interdictum quod ſi ingreditur vacantem omnino non licet eũ
eijcere. Ita intelligit Dy.ad hoc.l.ſequitur.§. Item ſi occupaueris.
ff.de vſuca. Quandoqꝫ quis ingreditur non vacantem:⁊ tunc ſi per
ingreſſum perdit poſſeſſio alterius:vt quia res eſt mobilis que in-
greſſu alterius perditur.l.ſi rem mobilem.ff.de acquiren. poſſeſſio.
⁊ tunc poſſum incontinenti illam recuperare ⁊ illum eijcere:vt.l.ſi
quis in ſeruitutem.de furtis. Si per ingreſſum non priuatur poſſeſ
ſione abſens vt in re immobili vt dicit Barto. quod poteſt ipſum
eijcere vt dicto.§.interdictum cum ſi.quia cuiqꝫ licet vim vi repelle-
re.ff.de iuſti.⁊ iure.l.vt vim. Sed per retentionem naturalis turba-
tur in ea ciuilis ⁊ ſic ſit mihi iniuria. Ideo poſſum illum ꝓpulſare
incontinenti ⁊ eſt incontinenti ſemper cum turbas:⁊ es in actu tur-
bandi. Iteꝫ quia illud quod ſit in re mea:⁊ a me poſſeſſa poteſt a me
tolli propria autoritate.vt.l.ſi vicem.§.qui ad ianuam.ff. quod vi
aut clam.⁊.l.quemadmodum.§.primo.ad.l.acquil.igitur ⁊c. Puto
quod ſi aliquamdiu ſteterunt.in poſſeſſione ita quod negligentia
poſſit imputari domino:quia ex hoc perdit poſſeſſionem ciuilem.
l.ſi de eo.§.primo.ff.de acquiren.poſſeſſio.non poſſit propria auto-
ritate repellere. Si non poteſt negligentia imputari aut ingreſſus
illum admittit proteſtando quod non vult acquirere ciuilem:ſꝫ vult
tantum retinere naturalem ⁊ tunc poſſet procedere differentia an
clam foret ingreſſus:⁊ poſſet repelli cui palam ⁊ non poſſet:nam ꝑ
hoc non perdit ciuilem:quia non ſuſpicatur ſe poſſe repelli ex quo
admittitur. Nec obſtat quod me turbet:quia ex hoc non licet ſpolia
re:quia ſic modum excederet:alias fruſtra eſſet interdictum vti poſ
ſidetis ſi ſemper turbantem propria autoritate poſſet repellere. Nõ
obſtat quod poſſim deſtruere edificatum:quia ex quo non priuo ali
quem poſſeſſione cum adhuc nõ ſit acquiſita vel edificium cedit poſ
ſeſſioni mee. Ideo vtendo poſſeſſione illud poſſum eijcere quod nõ
eſt in clandeſtina poſſeſſione:quia illa non cedit poſſeſſioni mee:ſꝫ
veniens ſtatim non admittitur dico quod repellẽs priuat eum poſ
ſeſſione. Ideo ſtatim poteſt illam:⁊ indiſtincte recuperare nec eſt ne
ceſſe quod in hoc habeat ſtare iuri vel ad ius recurrere:quia ſuã poſ-
ſeſſionem continuare poteſt:⁊ eo quod illam continuat ⁊ repellitur
poteſt propria autoritate illum eijcere vel etiam eo quod nõ admit
17 titur poteſt ſuam ciuilem defendere ne illam perdat. ¶ † Oppo.qđ
non debeat ferri ſententia ſub conditione ſecũda queſtione .vj.bi-
duum. Item ſententia in certa non valet.l.prima ⁊ ſecũda.C.de ſen
ten.que ſine certa.quantita.de quo de ſepultu.in noſtra. Solu.dicit
Innocen.quod hic in fine non fuit ſententia:ſed fuit quedam reſer-
uatio:que ſi facta non fuiſſet poſt ſententiam non potuiſſet ad hoc
agi cum propoſito interdicto omnia in iudicium deducta fuiſſent.
C.de fruct.⁊ lit.expen.l.terminato:⁊ no.ĩ.capitulo proximo ſecun-
dum Innocen. Unde non fuit hec ſententia:ſed iuris declaratio.
¶ Duas gloſſ.facit Innocen.de materia libelli . vnam ponit hic
aliam ponit in capitulo ſicut.de iureiuran.que ad certos reducam
articulos ſcilicet querendo. Primo qui poſſint indicere bellum:et
contra quos ⁊ quod bellum licitum:⁊ quod illicitum . Secundo ad
quem ſpectet cognoſcere an bellum ſit licitum vel illicitum . Tertio
quis habeat probare an dicẽs bellum licitum an dicens illicitum.
Quarto videbitur quid de captis in bello:an indiſtincte capientiũ
efficiantur:⁊ que capi licite poſſunt. Quinto quis reſartiat damna
vocatorum ad bella aut expenſas. Sexto an cuilibet ſit licitum pu-
18 gnare in bello. Septimo qui vocati teneantur ire ad bellũ. ¶ † Ue-
nio ad primum.dicit Innocen.quod contra non ſubditos ratione
iuriſditionis vt contra illos qui eſſent in poſſeſſione alicuius iuris
alterius principis inferioris:qui ſuperiorem non habet ſolus prin-
ceps poteſt indicere:⁊ illud dicitur verum bellum:⁊ propriuꝫ quod
princeps indicit:maxime pro defenſione legum paternarum:⁊ ſimi
libus.xxiij.queſtione.viij.ſcire.⁊.c.omni timore ſecundum Inno-
centium. Immo ſolus princeps poteſt propria autoritate indice-
re bellum qui non habet ſuperiorem quem proprie dicit Hoſtien.eẽ
papam nam ſine autoritate hominis cui non ſubeſt:⁊ ſine autorita-
te iur.quo non aſtringitur mouet bellum.C.de legi.l.digna vox. qđ
de papa.dicit Hoſt.ſpecialiter intelligendũ qui nulli ſubeſt.de iud.
nouit.de maio.⁊ obe.ſolite. Item licite indicit bellum prelatus pro
defenſione iurium:⁊ poteſt illi intereſſe. Item contra ſubditos ⁊ in-
obedientes vbi habet temporalem iuriſditionem.xv.q.vj.autorita
tem.⁊.c.nos ſanctoꝝ.xxiij.q.viij.§.ſcire.⁊.c.igitur.⁊.c. hortatu.⁊.c.
diſpar:dũ tñ habeat iuriſditionẽ ſꝫ Inn. dicit Ho.⁊ merũ iperiũ.ff.
de iur.om.iu.l.iij.⁊.iiij.tñ in predictis caſibus nõ dꝫ ꝓprie libellũ:ſꝫ
aut defenſio iur.ſui aut iuſtitie exhibitio vel executio .ff.de rei ven.
l.qui reſtituere.ff.ne vis ſi.ei qui in poſ.miſ.eſt.l.ſi quis miſſus.j. Re
ſpon.ff.qđ me.cauſa.l.ij. Unde dici cõſueuit quod iuris executio nõ
habet iniuriam.ff.de iniurijs.l.iniuriarũ. Item licite bellũ ꝑ defen
ſione iurium indicũt clerici quicunqꝫ quinimo ⁊ tale bellum omni-
bus priuatis eſt licitum ꝑ ſua ⁊ rerum defenſione:⁊ ꝓprie non dicit
bellum ſed defenſio dũmtñ modum non excedat ⁊ hoc arbitrabitur
bonus iudex de quo hic:⁊ de ſen.excõ.dilecto.dicunt tamen moduꝫ
excedere eo qđ pro defenſione rerũ imponunt manũ ad perſonas q̃
tamen ſine violentia parate erant exire domum vel alium modum
exceſſerunt ⁊ ſic imponẽdo manũ in clericos incurrunt excõmunica
tionem:alꝯ nõ vt hic.de homici.ſuſcepimus.⁊.c.ſignificaſti.de ſentẽ
tia excõ.c.ij.⁊.c.vt fame. In tantum qđ ſi aliquis eſt eiectus de poſ-
ſeſſione ſua licitum eſt ei pugnare cõtra aduerſarium. C.eo .l.j.ff.de
vi ⁊ vi ar.l.iij.§.cum igit dum tamen hoc ſiat incõtinẽti violẽtia fla
grante.i.anteq̃ paſſus violentiã ad aliena diuertat negotia.ff.de ver-
bo.ob.continuus.j. Reſpon.ff.de duo.reis.l.duos.§.ſi.⁊ no.de elec.
quia propter.in verbo mox.per que dicit qđ cum quo hoc ſcit a iure
cõceſſum autoritas alia principis nõ eſt neceſſaria.xxviij. di. de his
ad ſi.ff.de cõdi.inſti.l.que ſub conditione.§.ſi.ꝑ recuperatione autẽ
priuate rei niſi incontinenti ſiat nõ eſt priuato licitum indicere bel-
lum ſine ſuperioris autoritate nec etiã illa poteſt furtiue tollere.xx-
iij.q.ij.c.ſi.C.de iud. l.nullus. Poteſt etiã ſine autoritate ſuperioris
ſi illum nõ habeat qui ſi.ſint legi.per venerabilem.§.j.v.ſi.de regu.
iur.qđ nõ eſt licitum. Ideo vbi ſuperiorem hꝫ nullatenus dꝫ hoc at
temptare abſqꝫ illius autoritate.C.de iude.l.nullus.ff.qđ me.cã.l.
extat.ff.de priua.iur.l.vlt.xxiij.q.ij.c.j.C.vnde vi.l.ſi quis in tãtam:
nã alꝯ caderet a iure ſuo. Ex his cõcluditur qđ dicatur iuſtum bellũ
quia illud quod ſit autoritate iuris vel iudicis iuſta cauſa intercedẽ
te licet contrariũ quotidie ſiat. Ideo tales dicuntur aliter mouen-
tes bellũ latrunculi qui tenent ad reſtitutionẽ omnium ablatorum
19 ff.de capti.l. hoſtes. † Ex his decidit an ſi imperator indicat bellum
cõtra eccleſiã eo exiſtente iniquo ⁊ incorrigibili ⁊ per papaꝫ excõica-
to an bellum ſit licitum quidã tenentes q̃ imperiũ ſit ab eccleſiaſtica
poteſtate diuiſum:⁊ duas eſſe iuriſditiones tpalem ⁊ ſpũalem ⁊ ſic
a deo ꝓcedere qđ vna nõ ſubſit alteri dicẽt qđ ſic. Sed hoc abeſſe de-
bet a ſideliũ cordibus:quia imperator eſt ex officio aduocatus eccle
ſie vnde non debet eam impugnare:ſed potius a malignis oppreſ-
ſionibus liberare. Ideo ſi ipſam impugnet magis peccat q̃ alius.
argu.de na.ex libe.ven.c.ij.cum ſuis concor.vnde ⁊ poteſt dici priui-
legium meret amittere ⁊c.xi.q.iij.priuilegium:⁊ qđ puniri debet in
in quo deliquit.de tranſla.prela.quanta:⁊ tanta pertinacia vix care
re poteſt ſcrupulo heretice prauitatis.xl.di.multi:⁊ no.de offi. ordi.
ſignificauit:nã illius ſuperior eſt papa:quia eũ examinat approbat
vel reprobat:⁊ ex cã deponit de elec.venerabilẽ ⁊ hec maioritas mul
tis rationibus ꝓbatur qui ſi.ſint legi.per venerabilẽ:⁊ qđ ibi not. et
no.de iudic.nouit.qui ſi.ſint legi.cauſam:q: eius iuriſditio depẽdet
a papa:⁊ nõ ſunt ambe immediate a deo. Item talis opi.modicum
diſtat ab hereſi:quia per ipſam datur occaſio ſecularibꝰ cõculcandi
ſidẽ ⁊ eccleſiã nec reſtat niſi quod qui fortior eſt iuſtior ſit ſed abſit qđ
ſic iuſtitia pereat. Unde in hoc caſu cõtra iniquum principẽ tenent
omnes ſideles tunc catholice eccleſie adherere quos etiam ſi vaſalli
eius ſint poteſt ex hac cã abſoluere ab obſeruatione ſuper ſidelitate
preſtiti iuramenti:vt patet.xv.q.vj.nos ſanctoꝝ.⁊.c.iuratos:⁊ in eo
qđ legitur.⁊ no.de here.excõicatus de penis.c.ſi.de electio.venerabi
20 lem. ¶ † Ad ſecundum ad quos ſpectet cognoſcere an bellũ ſit lici-
tum:an non dic quod ratione pacis hoc ſpectat ad eccleſiam.de iud.
nouit.de treu.⁊ pa.c.j.⁊.ij. Unde dicit lex quod ſi preſes ledat ſubdi
tum recurrit ad epiſcopum ſuum. In autẽ.vt diff.iudi. §.ſi cum con
21 tigerit.colla.ix. ¶ † Ad tertium quis habeat ꝓbare an bellum ſit
licitum vel illicitum Hoſt.in.c.ſicut.de iureiur.dicit qđ eo qđ nõ ap
paret licitum ꝓſumitur illicitũ.C.qui mi. non poſ. ſuper ſeruis.lib.
xij.quia regulariter omne bellum iniuſtũ ⁊ damnatum eſt.C.de ac.
⁊ obli.l.negantes.C.de gladi.l.ij.lib.xj.⁊ de pur .ca.c.j.⁊.ij.⁊ maxime
dicit preſumi iniuſtũ in primo mouente:q: illi imputanduꝫ eſt totũ
ſecutũ in illo conflictu.C.ad.l.iul.de vi pub.l. quin multa facinora.
ff.ſi qua.pau.fe.di.l.j.§.cum arietes.ff.ad.l. acquil.l .ſi ex plagis.§.j.
ff.ad.l.acquil.ſcientiam.§.ſacramenta.per que dicit Innoc.in dicto
c.ſicut quod bellum mouens tenetur ad reſtitutionem quando bel-
lum eſt iniuſtum quod prima facie preſumitur:ſi tamẽ mouens vult
probare quod iuſte mouit ad nihilũ tenet:ſed facit ſua que occupa-
22 uit:vt.j.dicetur. ¶ † Ad quartũ quid de captis in bello an indiſtin-
cte eſſi-

cte efficiantur capientiū:⁊ an indifferenter oīa capi liceat.de perſo-
nis captis in bello iuſto dicit Inno.in.c.ſicut qꝺ ſi bellum eſt iuſtuꝫ
⁊ fiat principis autoritate perſone capte efficiuntur ſerui capientiū
⁊ res occupate tranſeunt in dominium eoꝝ.ff.de ver.ſig.hoſtes:⁊ de
cap.l.hoſtes.Si non fiat de edicto principis licet alias ſit iuſtum vt
qꝛ ſit ad defenſionē:vel ꝓſecutionē iuris ſui:⁊ tunc ſi indicens bellū
habet iuriſditionem ſuper illos quibus bellum indicit propter cō-
tumaciam vel rebellionem poteſt ſtatuere ⁊ concedere qꝺ liceat vni
cuiqꝫ res eorum inuadere ⁊ capere ⁊ ſuos ſeruos facere ⁊ liberos ēt
homines rebelles capere:⁊ detinere quouſqꝫ ſibi in dominio fuerit
aſſignati.de ſen.excō.a nobis ſm Inno.⁊ tales potius poſſunt dici
obſides ꝙ captiui.ff.de le.iij.l.j.Rñ.⁊.§.j.Quinimmo ⁊ ſine aliqua
cōſtitutione pōt tales rebelles ſi terraꝫ ſuam inuaſerūt:⁊ in ea certa
men vel damnum dederunt punire ⁊ damnare.C.vbi de cri.agi opor
tet.auſ.qua in prouincia:⁊ no.de cap.c.j.ſecundum Hoſt. Si auteꝫ
is qui tale bellum gerit nullam habeat iuriſditionem ſuper eum ꝯ
quem bellum gerit:⁊ tamen iuſte pugnat ad defenſionem ꝯ inuadē
tem:vt defendat ſe vel ſua tunc licet ei vim vi repellere:⁊ inuadentē
percutere ⁊ etiam occidere cum moderamine inculpate tutele:vt no
tabiſ.j.tunc tñ non licet bona aduerſarij vel aduerſariuꝫ capere:nec
capiendo ſua facere nec inuaſorem detinere.Cui tamen inuaſori ſi
in ipſa inuaſiōe ſpolietur vel verberetur actio vi bonorum raptorū
vel etiam iniuriarum ei denegatur:quia exemplo paris criminis ei
obſtat.de adulterijs intelleximus vbi de hoc ſed bene poteſt res ꝙ-
rum poſſeſſione ſpoliatus eſt vendicare quarum remanet dominus
ſicut prius.ff.de rei vendi.l.ſi in rem actio nec etiam in tali bello ad
defenſionem capti efficiuntur ſerui.ff.de cap.non dubito ⁊.l.hoſtes
ꝙuis ⁊ in alio caſu loquatur.ſecundum Inno.hic.Hec vera quādo
non habet iudicis autoritatem ſm Inno.hic. Autoritate vero iu-
dicis habita ſi res furtiue ſubtracta eſt vel violenter rapta recupera
ri nō poterit:poterit capi etiam violenter alia equiualens.xxiij.q.ij.
dominus.Caueat auteꝫ ne alias ſine iudicis autoritate vel per frau
dem vel calumniam vel quodcunqꝫ aliud peccatum rem ſuam recu-
peret:quia ipſam reſtituere tenetur.xiiij.q.v.non ſane ad ſi.ſecundū
Inno.qꝺ non eſt verum ſecundū alios:qꝛ iſtud pōt intelligi qñ quis
quod alienū eſt occupat inique ceterum qꝺ ſuū eſt ſi quis inique oc-
cupat ꝙuis de peccato ⁊ iniquitate pn̄iam agere debeat nec ſub ſpe
venie peccare habuiſſet.de cle.excō.mi.illud non videtur quod rem
ſuam ſi recuperauerit ex quo ſua eſt alij ⁊ maxime illi qui ipſam in-
iuſte occupauit reſtituere teneatur.ar.eorum que no.de or.cogni.cū
dilectus.ff.de po.l.bona fides:quinimmo hoc caſu dolus cum dolo
⁊ culpa cum culpa:foret compenſanda.ff.de do.ſi duo.ff.de compē.
l.ſi ambo:⁊ videtur caſus de adulte.c.pe.⁊ ſi.quinimmo dicunt qui-
dam:⁊ male ſecundum Inno.hic ꝙ ſua autoritate quis poteſt acci
pere rem furtiuā:dūmodo in hac acceptione nec malum:nec ſcāda-
lum poſſit alicui generari:nam ſi ex inde timeretur ſcandalū:vel cō-
tra detinentem rē vel vxorem vel contra alium habentem cuſtodiaꝫ
vel contra familiam vel contra aliū debet cōſtituere rem in priſtinū
ſtatum.de ꝑſcrip.nihil.de no.oper.nun.cū ex iniuncto ad ſi.de renū
tia.niſi.§.ꝑ graui.Sed eſt dubiū an in iuſto bello nō ſoluꝫ cōtra p̄n
cipalem iniuriantem ſit licitum ipſum ⁊ perſonas ſuas capere ſꝫ ēt
vaſallos ⁊ ſubditos ac complices ⁊ eum contra iuſtitiam adiuuātes
aliqui qꝺ ſic.arg.de offi.deleg.c.j.Alij qꝺ poſſunt ꝙdiu ſunt in actu
belli non aliter.Si pugnat ꝯ mouentē bellum vel niſi de rebus eorū
23 puta caſtris vel edificijs alijs lederetur.¶†Tertio circa idem eſt du
bium an ſi nō ſit indictū bellū ꝯ aliquē:ſed aliquo p̄dictorum modo
rum ꝓceditur cōtra ipſum puta quod iudex ratione iuriſditionis
ſue vult aliquem ſibi contumacem vel in ſuo territorio deliquenteꝫ
punire vel res ipſius deuaſtare an hoc poſſit facere ꝓ ſuo libito vo-
luntatis.dicit Inno.qꝺ non niſi proferat primo ſn̄iam ꝯ talem.ij.q.
j.nos in quēquam.ſm Inno.quod intelligit Hoſt.de diffinitiua ꝓ
no.de foro compe.poſtulaſti:⁊ cum limitatione ibi poſita vel ſalteꝫ
interlocutoriam vel medicinalem monitione cōpetēti premiſſa.xj.
q.ij.indigne ⁊ vt lit.nō conte.qm̄.§.in alijs.de ſenten.excō.ſacro.eo.
ti.c.j.lib.vj.Hec vera qñ eſt de iuriſditione ſua:alias dicit Inno.qꝺ
reſiſtens iudici ſi non eſt de iuriſditione ſua:ſed alterius dꝫ nō ſuus
iudex coram iudice ſuo de ipſo iuſtitiam petere:⁊ ſi nō facit iuſtitiā
poteſt ipſum impetere.xxiij.q.ij.dn̄s.C.quando li.vnicuiqꝫ ſi.iuſdi
cere.l.j.⁊.ij.Et ſi non ſit iudex qui poſſit de tali iuſtitiam facere tunc
licet paſſo violentiam ꝓpria autoritate ſuam rem recuperare.C.de
iudi.iudex ⁊.l.nullus.idem no.de fo.compe.poſtulaſti.Hec vera ni
ſi habeat perſonas vel bona in territorio ꝓprio iniuriati:qꝛ tunc in
ipſis iuriſditionem exercet ⁊ perſonas poteſt punire. Tum qꝛ in
eius territorio deliquerūt.de rapt.c.j.in autē.qua in ꝓuincia.C.vbi
de cri.agi.oportet.Tum qꝛ in prin.deliquerunt.⁊ ſuā iuriſditioneꝫ
impediūt:vt no.de ſen.exc.nuper.de offi.deleg.c.j.de penis.dilectꝰ
24 ſm Innocen.†Ex his deciditur an ſi tu tenes equum ⁊ ego repeto
⁊ tamen reſtituere denegas violenter tibi eum aufero an dabitur ti-
bi actio contra me vi bono.rapt.⁊ videtur quod ſic.ff.quod metus
cauſa extat.In contrarium arguit Innocen.j.de iureiurā.ſicut vbi
hoc ponit:quia adeo delinquis tu qui quod meum eſt reſtituere de

negas ſicut ⁊ ego qui te ſpolio:quia non multū intereſt detinere an
inuadere alienum.ꝫ.de reſtitu.ſpolia.ſepe.Item dicit Aug.Si qđ
inueniſti ⁊ nō reſtituiſti rapuiſti.xiiij.q.v.ſi quis:⁊ ſic videtur quod
ſi in hoc caſu agis ꝯ me obſtat tibi exceptio paris crimis:vt dictuꝫ
eſt.Innocen.dicit quod circa diuerſa ſunt hec dicta. Ideo non cōpē
ſantur:ſed ⁊ ꝙuis inuadere ⁊ detinere alienum parificenſ: hoc verū
in foro anime vt dicit dicta conſtitutio ſepe:ſecus in foro contentio
ſo:quia non punitur quis ex ſola detentione nec cogitur reſtituere
rem alienam niſi ꝓbet intentionem ſuam.C.de probatio.actor.C.ꝺ
rei ven.l'.fina.inuadens vero ex ipſa inuaſione punitur ⁊ reſtituere
cogitur.C.vnde vi.ſi quis in tantam.xv.q.vj.c.j.Sed is qui detinet
in contentioſo foro:potius culpabilis ⁊ negligens iudicandꝰ eſt ꝙ
delinquens ⁊ criminoſus: de culpa autem ſiue negligentia non ad-
mittitur compenſatio ad delictū quod culpe preponderat. ff.ad.l.
acquil.ſi obſtetrix ⁊.l.ſi ex plagis.§.j.ſecundum Hoſt.Item ſm In
no.exceptio culpe nō impedit ꝓſecutioneꝫ actionis:ſecus dici ſpo
liante ſe:quia cuilibet competit actio iniuriarum:⁊ actio vi bo.rap.
nam ad ratam eſtimationis iniuriarum inter ſe ſpolium cum ſpo-
lio cōpenſantur:⁊ ſic intelligitur dolum dolo compenſari.ff.de dolo
ſi duo.de adulte.c.pe.adeo quod non ſolum pecunia compenſatur ⁊
quinimmo ⁊ redditio coniugum repetitio ⁊ acceptio dotis ⁊ dona-
tio propter nuptias ſic intelligitur.ff.ſol.ma.viro atqꝫ vxore.de ad-
ulte.intelleximus quo autem ad penas temporales vel ſpirituales
etiam fiſco applicandas nulla ſit compenſatio:immo omnes:⁊ illi
tm̄ qui delinquunt debent luere penas.C.de modo mul. per totum
25 de his que ſi.a ma.par.ca.c.ij.¶†Uenio ad quintum quis reſarciat
damna vocatorum ad bellum.dicit Inno.⁊ Hoſt.de iureiurā.ſicut:
quod vocatus ad bellum iniuſtum vt prebeat auxilium non habet
actionem mandati vel aliam contra vocantem ad impēdia vel dam
na que ſuſtinuerunt:quia iure turpis nō contrahitur obligatio.In
ſti.man.§.illud quoqꝫ.ff.man.l.ſi vero non remunerādi.§.reſcripti
turp.⁊.l.ſi mandauero.§.qui edem.ad hoc glo.in.l.quoniam multa
C.ad.l.iul.de vi pub.vocati aūt ad iuſtum bellum actionem manda
ti habent contra vocantem niſi cauſa pietatis vel humanitatis ſiue
parentele hoc fecerint.ff.de nego.geſto.l.nen ſenius.xxiij.q.iij. non
referenda.⁊.c.ſe.vel niſi ad hoc ex debito tenebanſ.xj.qꝺ.iij.ſi dn̄s.⁊
c.iulianus.de quibus videtur qꝺ ex quo ex debito venire tenentur.
xj.q.iij.quid ergo excuſentur ſi iniuriam vel damnum dederint niſi
notorie bellum foret iniuſtuꝫ:vt.d.§.iulianus:nam in dubio obedi-
re tenentur.xj.q.iij.quid ergo.xxiij.q.j.quid culpatur ſm Inno.non
ob.quod hec damna caſualia ſint:⁊ caſu contingant ⁊ caſus fortuiti
non ſunt imputandi.j.co.Ioannes.de homici.qꝛ illud ꝓcedit quā-
do ꝓuideri non potuerunt:vocatus autem bene potuit iſtos caſus
fortuitos preuidere:immo ſcire debuit quod varius eſt euentus bel
li:⁊ nunc iſtum nunc illum gladius conſumit.ij.Regum.xj.⁊ qꝺ cer
tū eſt qꝺ vix aut nūqꝫ poſſunt milites venire cū armis ⁊ eſſe in guer-
ris qn magnas faciāt expēſas ⁊ multa dāna icurrāt:⁊ ſi hoc dicat ſe
ignorare lata culpa eſt que dolo cōparatur.ff.de v.ſig.l.late culpe:
cum iſtud intelligant quaſi omnes de iuris ⁊ fac.igno.l.j.⁊.ff.e.l.re-
gula non ob.ff.cōmo.l.ſi vt certo.§.ſed interdum.vbi dicitur quod
ſi quis commodauerit equum:⁊ arma eunti ad bellum:⁊ ibi amittū
tur non competit ei actio ad illa recuperanda:qꝛ aliud eſt in manda
to aliud in accōmodato.De natura enim mādati eſt quod mandās
tenetur mandatariū ſeruare indemnem.vt in dicta.l.ff.de procu.l.q
ꝓprio.§.Item impendia:⁊ no.ꝫ.de procu.cuꝫ pro cauſa ex quo mā
datum ſit in fauorem mandantis:⁊ onus mandatarij.Unde non te
netur mandatum ſuſcipere niſi velit:licet ſuſceptum adimplere te-
neatur inſtitu.manda.§.mandatum.In cōmodato autem qꝺ gra-
tia cōmodantis ſit vt in premiſſo exemplo agitur hic vt cōmodata-
riꝰ ſubueniur:non quod ei commodans obligetur nec commodata
rius tenetur ſi vtatur re cōmodata ad vſum ad quem eſt ei commo-
data.Ideoqꝫ ſi equum ⁊ arma exiſtenti ad bellum cōmodata in eo-
dem amittantur non tenetur cōmodatarius:nec etiam conductor:
quia ſic ea conduxit cū a locatore ſuſpicare debuerit ⁊ potuerit hoc
euenire poſſe.ff.loca.l.domum.§.hoc ſubiungi.⁊.l.ſi merces.§.ſi vis *
maior.Sed dices eodem modo videtur imputandum vocato ad bel
lum ſi veniat:⁊ expenſas faciat ⁊ equum vel arma amittat.Reſpon-
deo verum ſi ſciebat quod de natura vocationis erat vt a vocāte vel
mandante expenſas ⁊ damna recuperet:⁊ ideo ſub hac ſpe ſecurus
venit.ff.manda.l.inter cauſas.§.impēdia.⁊.l.qui mutuam.§.finali.
Item locator debet eſſe contentus mercede vnde non tenetur con-
ductor dummodo non ſit in dolo vel culpa ſimiliter nec commoda-
tarius niſi ſaltem in leuiſſima culpa ſit.Qui autem caſu perdidit in
bello cum ad hūc caſum recepit non eſt in minima culpa ſecundum
Innocen.in dicto capitulo ſicut quod verum eſt ſecundum Hoſtiē.
ex eo ſolo quod ad bellum dixit.Si tamen equum male cuſtodiuit
adaquando cum nimis calidus eſſet:vel non componendo ipſum:
vel non dando ſibi auenam:vel alio modo ꝓpter quod equus mor-
tuus vel deſtructus eſt:vel quia tranſiuit per locum euidenter peri-
culoſum non prenuntiando hec ei qui ipſum vocauerit:⁊ forte qui
prouidiſſet ei de ſecuro conducto in alijs caſibus ⁊ ſimilibus certuꝫ

eſt quod in culpa deprehenditur. Jdeo ei eſt imputandũ .ff. cõmo.
l.ſi vt certo.§.j.ꝛ.§.interdum cum ſimi. Sed eſt dubium nũquid pro
damnis datis vocatis ad bellum iuſtum agat domin᷒ vocans. Di-
cit Jnn.quod ſiue vocauit amicos ſiue ſubditos:ꝛ arma ꝛ equi ſunt
ablati:videtur quod agere poſſit dominus pro talibus vi bo. rapt.
quia eius intereſt cum teneatur eis reſarcire damna. Jpſe Jnno.di
cit contra:quia ſpoliata non erant in bonis vel de bonis mandato-
ris:ꝛ alteri ꝙ domino vel poſſeſſori:ꝛ cui res eſt pignori obligata:li
cet non tradita nõ datur actio vi bo.rap.vel furti.ff.vi bo. rapt.l.ij.
§.in hac actione.ff.de preſcri.ꝟ.l.ſi gratuitam.§.ſi quis.ff.de fur.l.ſi
is cui ꝛ.l.ſi is qui habes.ergo ſpoliati ſinguli agere debent.nec ob.õ
iureiur.c.pe.qꝛ ibi ſoluitur. Hec vera niſi anteꝙ ſatiſfaciat ſpoliati
cedant domino actiones:quia tunc poterunt agere contra ſpolia-
tores.C.man.l.pe.poſt ſolutionem autem non prodeſſet facta ceſ-
ſio niſi de ea facienda antea promiſiſſet.ff.de ſolutio.l.modeſtinus.
26 ¶ †Venio ad ſextum an licitum ſit cuilibet bellare in bello licito:
dicit Jnnocen.quod laici ſic.prelati autem indicẽtes pro defenſio-
ne rerum poſſunt clamare pugnate ꝛ capite ſed caueant ne dicãt oc-
cidite. Joan.and.remittit ad no.de homici.ſignificaſti.ꝛ de penis ꝙ
in dubijs. Jbi dicit quod non licet clamare:ꝛ illud verius eſt nõ ob.
huic dicto ſecundum Jnnocen.j.de homi.petitio.quia ibi aliquos
percuſſerat:ſed neſciebat vtruꝫ aliquos occidiſſet. Unde fuit ſue cõ
ſcientie relinquendum poteſt ꝛ pugnare ad defenſionem ſuam: vel
aliorum vel inſequẽdo predones:ꝛ raptores licet multa homicidia
perpetrentur licet lapidem iaciat vel percutiat dummodo neminẽ
occidat vel nullus de ſuis ictibus mortuus ſit. Jn dubio vero ſue cõ
ſcientie reliduendum.j.de cleri.peregri.c.pe.ꝛ ſi.de homi.c.petitio.
27 ſecundum Jnnocen. ¶ †Ad vltimuꝫ quero:an ꝛ qui teneantur ire
ad bellum.dic quod vaſalli qui tenẽtur adeſſe domino preſtando ei
auxilium ꝛ conſilium ne ledatur.xxꝫ.queſtione.v.de forma. non ta-
men milites vocati ire tenentur cum armis in eorum ſeruitio: vel ꝑ
eis aduocare:vel conſimilia ſeruitia facere niſi ex ſpeciali pacto ad
hoc ſint obligati:cum non teneantur ad munera perſonalia cũ ſum-
ptu vel ſine ſumptu niſi ex pacto.quod dic vt no.de immu. eccle.nõ
minus.vel niſi in caſibus qui ponuntur in vſibus feu.vel niſi conſue
tudine vel alio iure ſpeciali ſecundum Jnnocen. Hoſt. dicit tenen-
dum quod habetur.j.de feu.c.j.in ſum.eo.tit.§.quid ſit fidelitas.vbi
28 pleniſſime habetur hoc. ¶ †Qualiter aũt liceat vnicuiqꝫ vim vi re
pellere:ꝛ qualiter inferiori prelato liceat bellum indicere ad defen-
ſionem ſue iuriſditionis:ꝛ ſpiritualem ꝛ tpalem gladium exercere:
vide de ſen.excõ.dilecto.lib.vj.ꝛ quando quis ſibi poſſit dicere ius:
vide in ſum.de ſenten.ꝛ re iudi.§.qui debet ſub.§.proprius ordina-
29 rius.ꝟ.item ratione. †Quod aũt dicatur iuſtum belluꝫ: ꝛ qualiter
ad ipſum perueniatur:ꝛ quis poſſit indicere plene in ſum. de treu.
ꝛ pa.§.quid ſit iuſtum bellum.de iureiur.ſicut.de homici.pro huma
ni:ꝛ de poteſtate pape ibi.quod me.cã.per totum. ¶ Oppo.cũ glo.
j.quod humiliati non debuerunt admitti ad agendum in iudicio:
quia erant heretici:ꝛ condemnati per lucium papam:ꝛ ſic excõicati
de here.excõmunicamus.de iudi.c.decernimus. Solu.olim condẽ-
nati fuerunt:quia condemnabãt iurantes:ſed poſtea ſe correxerũt
ꝛ iurant quando oportet vt no. Joan.xxꝫ.q.j.non eſt preceptum.
30 ¶ †Oppo.glo.qõ non fuerit licitum pactum ꝛ conditio traditio-
nis terre vt conſtructo hoſpitali ꝛ oratorio aliquid traderetur noĩe
penſionis.j.q.ij.quã pio.de pac.c.ſi. So.dic quod non fuit hic appo
ſita forma ꝛ non expreſſe deducta in conditionem vel pactum. Vel
ſecundo ſi apponitur conditio dare aliquid non permiſſum a iure
hoc eſt illicitum ꝛ ſymoniam inducit. Si apponit aliquid a iure per
miſſum vel debitum hec ſymoniam non inducit. Retentio autem
alicuius cenſus in ſignum ſubiectionis eſt a iure conceſſa.de cã poſ.
c.vlti.de cenſi.omnis anima igitur. Per que concludit hic Jnnoc.
quod ſymoniacum non eſt pactum vel conditio inquãtum eſt actũ
vt cenſus preſtaretur. Jtem nec inquantum datus eſt fundus vt ora
torium conſtruatur ꝛ hoſpitale:quia dare rẽ prophanã vt fiat ſacra
meritorium eſt:ꝛ non ſymoniacum ſicut dare auruꝫ vt fiat calix: ſibi
enim nihil acquirit:quia talia in nullius bonis ſunt.inſtitu.de re.di
ui.§.in nullius ad quod inducit Hoſt.de fer.non.or.c.ij.ꝛ.c.eo liben
tius.de cõ.appo.c.ij.ꝛ quia temporalia relinquunt pro ſeptimo ꝛc.
31 de teſta.c.ſi.de quo de preben.ſignificatum. ¶ †Opp.quod hec tra-
ditio debuerit ius transferre in templarios quo ad preiudicium ſal
tem humiliatorum.de re iudi.cum ſuper:ꝛ quod ibi no.de dona.in-
ter vi.ꝛ vxo.inter dilectos. Solu.non preiudicauit:ꝫ etiam humilia-
tis:qꝛ fuit conditionalis traditio ſed ſi fuiſſet pura preiudicaret ſal-
tem humiliatis: licet non preiudicaſſet epõ.de arbi.cum tempore.
ꝛ in ſi.glo.bene dicit quo ad proprietatem ſubiectionis:circa quam
dic ſecundum Jnno.quod ſi queritur an talis traditio preiudicet ꝑ
ſonis:vt nõ poſſint ſe ipſos repetere ꝛ preiudicat quaſi eis liceat ad
arctioreꝫ religionem ſe transferre.j.de regula.licet ſecundum Jnno
cen.vt ſic ſe repetere non valeant ar.de renun.qõ in dubijs. Si queri
tur:an ſibi preiudicet vt regulam inſtitutam in loco vel habituꝫ vel
ſtatum antiquum ipſius loci immutare vel alteri loco ſubijcere ſine
autoritate epiſcopi:ꝛ non poſſent nec epõs talibus debet conſentire
ſine conſilio capituli ſui.de ſup.neg.prela.c.ij.de conſue.cum cõſue-
tudinis.de his que fiunt a prelatis.nouit.de reli.dom. inter. ne .cle
ri.vel mona.relatum:ꝛ hoc verum niſi fieret autoritate pape.de ecc.
edi.ad audientiam.de cle.non reſi.fraternitati.de here.excõicamus
§.qꝛ vero. De poſſeſſione vero an preiudicaſſet traditio dixi ſuper
tex. ¶ Oppo.ꝙ ex quo tradita fuit poſſeſſio templarijs per humi-
liatos non debuerint expelli vt pꝫ in.l.iij.§.colonus.ff. de acquirẽ.
poſſeſ. Glo.concludit traditionem non preiudicaſſe:quo ad poſſeſ-
ſionem etiam epõ:qꝛ conditionaliter tradita fuit vt patet in.l.q ab
ſenti.ff.de acquiren.poſſ.tu dic vt dixi ſuper tex.quod melius hic ca
32 deret vide in.iij.oppo. ¶ †Oppo.quod ſi traditio fuiſſet facta pu-
re nõ preiudicaſſet epõ:quia poſſeſſionem quam habeo non perdo:
niſi repellar vel ſuſpicere me poſſe repelli vt.ff.de acquir. poſ.l.ſi id
quod ꝛ.l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas. So.glo.dicit qõ quan-
doqꝫ poſſeſſionem retineo per me:ꝛ per ſolum receſſum a cõſpectu:
non perdo poſſeſſionem niſi faciam animo deſerendi. Unde ſi alius
non ingreditur non perdo poſſeſſioneꝫ niſi negligam:ꝛ exigatur ad
negligendum tantum tempus ex quo cauſetur obliuio vt.l.furtum.
§.j.ff.de acquir.poſ.quod declara vt pleniſſime ſcripſi.de elec.quere
lam. Si autem alius eſt ingreſſus ſtatim ille occupat naturalem:er-
go non perdo ciuilem niſi in tribus caſibus:ſi negligo recuperare vt
l.ſi de eo.§.j.ff.de acqui.poſ.ꝛ hoc declara vt dixi in.d.c.querelã. Se-
cundus ſi veniens repellor vel non admittor.ff.de acqui.poſ.l.clam
poſſidere .§.qui ad nundinas. Tertius ſi ſuſpicor me poſſe repelli.
ff.de acquir.poſſeſ.l.clam poſſidere.§.ſi.hec vera ſecundũ gloſſ.in re
immobili. Mobilis autem rei ſtatim cum occupata eſt poſſeſſio il-
lam perdo:quia illius vilis ꝛ abiecta eſt poſſeſſio.de acqui.poſ.l.reꝫ
mobilem.ad hoc.j.c.vlti.lib.vj.ꝛ facit quod no.de offi.dele.conſulta
tionibus.in glo.ij. Jo.and. Aduerte inquantum dixi ſe abſentantẽ
non perdere poſſeſſionem hoc verum de ciuili ſecundum veraꝫ opi.
naturalis autem perditur ſi abſentet ſe a conſpectu rei per.x.milia-
ria vt no.in.l.j.ff.de acqui.poſ.ꝛ.l.licet.C.e.ꝛ hoc intellige verum ſe
cundũ cõem opi.qõ ſint due ſpecies poſſeſſionis naturalis.ſ.ꝛ ciui-
lis:ꝛ ſi tenes quod eſſet vna naturaliter ꝛ ciuiliter tenere eſſent qua-
litates tunc ſm Jo.diceres quod in abſentia naturalem tenet ciui-
liter.alleg.ſimile de actione.l.acquil.de lege acquilia que certo reſpe
ctu dicitur ciuilis licet originaliter ſit pretoria.ff.de noxa.electio.§.
ſi is.ꝛ.§.ſi abſente.ſm Hoſ. Ubi ergo ſic retineam poſſ.glo .dicit qõ
quãcito ſciuero illum eſſe in poſſeſſione poſſum illum expellere.ff.õ
acqui.poſſ.l.ſi in eo .§.fina.ꝛ dicit hic. Jnno.qõ eo qõ non admittiꝰ
perdit poſſeſſionem ꝙꝙ incontinenti congreget exercitum vt illũ
expellat poſſeſſionem tamen am iſſam poterit recuperare inconti-
nenti.C.vnde vi.l.j.ſm Jnn.quandoqꝫ quis ẽ in poſſeſſione nomi-
ne meo:ꝛ tunc poſſeſſionem perdo ſine voluntate mea in duobus ca
ſibus ſi ille vi expellitur vel alij tradit poſſeſſionem.ff.de acquir.poſ.
l.iij §.quod ſi ſeruus.inquantum glo.dicit colnno expulſo dñm per
dere poſſeſſionẽ bene dicit. Cui aũt ꝯpetat interdictũ:an colono an
domino.dicit Hoſ.ꝙ ſi anteꝙ colonus interuertat expellitur domĩ
no competat interdictũ quia perdit dñs ciuilem fundatam ſup na-
turali non colonus qui cum non interuertiſſet nondum poſſidebat.
Si iam colonũs interuertat poſſeſſionem ꝛ ſi tertio vi expellatur cõ
petit ſibi interdictum.ff.de vi ꝛ vi ar.l.colonus. Colono tñ interuer
tente:ſi dominus veniens non admittitur tunc incõtinenti dñs po-
teſt eum eijcere:quia ante non perdidit poſſeſſionem niſi demũ quã
do veniens a colono non admittitur.ff.de vi ꝛ vi ar.l.j.§. fui autem.
Jdeo dominus incontinenti poteſt illum expellere:vt hic ſecundũ
Hoſſ. Hoc vltimum non erat verum olim:quia eo quod colon᷒ poſ-
ſeſſionem interuertit priuat dominum poſſeſſione vt.l.colonus.ꝛ.l.
ſi colonus.ff.de acqui.poſ.niſi dicatur:ꝛ hoc plus placet quod tunc
interuertere dicatur quando dominum vel alium de eius mandato
ad poſſeſſionem non admiſit:ꝛ non aĩs licet animo cõſtituat ſe poſſi
dere:ꝛ hoc non mutatur. Jnquantum glo.dicit ex traditione colo-
ni dominum priuari poſſeſſione bene dicit. Quandoqꝫ colonus al-
teri tradidit vel a poſſeſſione eijcitur:ꝛ dominus:ꝛ olim:ꝛ hodie ꝑ
dit poſſeſſionem:vt.l.iij.§.quod ſeruus.ꝛ.§.colonus.ff. de acquirẽ.
poſ.ꝛ.d.l.colonus.ꝛ.l.ſi colonus:ꝛ hoc in tradente.glo.no.cõtra.xꝫ.
q.ij.quiſquis. Joan.and.dicit hoc verum in caſibus expreſſis nõ vi-
deo quid velit:ideo ſta primo dicto. Quandoqꝫ poſſeſſionem negli-
git:quia illam egreditur negligentia non reſpectu certe perſone nec
dolo:ꝛ tũc nec olim nec hodie perdebaꝰ poſſeſſio:niſi dominus ne-
gligens foret in ea recuperanda altero ingreſſo:vt.l.ſi de eo.§.j.ff.de
acqui.poſſ.l.ſi.C.de acquir.poſ. Quandoqꝫ moritur colonus ꝛ ideꝫ
vt.d.l.ſi de eo.§.j. Quandoqꝫ colonus illam prodidit:vt qꝛ eam do-
lo dereliquit:vt alius ingrederetur non tamen reſpectu certe perſo-
ne:ꝛ adhuc eam non perdit ſaltem hodie dominus:vt.l.finali.C.de
acquiren.poſſeſſio.quandoqꝫ eam prodidit derelinquendo eam cer
te perſone vt ille igrediatur:ꝛ hoc eſt prodere:ꝛ quaſi tradere. Jdeo
olim perdebatur poſſeſſio hodie autem non perditur.l. finali.C.
de acquiren.poſſeſſio.ſecundum Butri.plenam diſtinctionem po-
nit. Odoff.in dicta.l.fina.ſed ſatis eſt pro canoniſta. Aduerte tamẽ
vt ibi dicit. Odoff.inquantum dixi tenentem priuare poſſidentem
ciuiliter

ciuiliter:hoc eſt verum qñ poſſidēs poſſidet noīe alieno:quia tūc ci
uilis fundatur ſuper illo naturali. Jdeo expulſo colono pditur mea
ciuilis:vt ſuper illa fundata:ſecus eſt in poſſidente ſibi naturaliter:
vt in emphiteota:ꝛ feudatario:qꝛ dato quod expellatur vel alteri
tradita nō priuat me poſſeſſione:quia mea ciuilis non eſt ſuper ſua
naturali fundata qḋ nota.de materia.gl.aliquid in.l.i.cōmunia.de
33 vſuca.¶ †Glo.pe.querit que exigantur vt detur recuperāde.dicit
glo.qḋ poſſederit:ꝛ eiectus ſit nō ſufficit ergo quem deiectum eſſe:ſi
non poſſideat ſicut iſti quibus cōditionaliter poſſeſſio tradita erat
conſilium autem ſpoliati qui non poteſt poſſeſſionem probare po
nit ſpecu.de peti.ꝛ poſſeſ.§.primo.in fine. Jllud cōſilium eſt bonum
in probante poſſeſſionem:ſed nō valente ꝓbare deiectionē vt noui
ter ingrediatur:ſi admittit bene quidem ſi repellitur tūc ꝓbat deie
ctionem:nam nō perditur poſſeſſio ſi antea poſſidet anteꝗ̄ non ad
mittat. Secundo exigitur ſecundum glo.qḋ precario nō poſſederit:
vel ex gratia:nam talis expulſus non habet interdictum.alleg.glo.
x.q.ij.c.i. Hoc intellige qñ eijcitur ab illo a quo tenet precario cū eni
non admittit ſpoliare videtur.l.cum fundum.ff. de vi ꝛ vi ar.l.j.§.ſi
vi.e.titu.ꝛ.l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.not.Barto.in.l.j.in
j.queſtione.C.vnde vi.licet glo.ſint contrarie iuris ciuilis. Si eijcit
ab alio tunc ſi p̄cario tenebat nudam detentionem nō habet verum
poſſeſſorium niſi poſt interuerſionem expellatur.vt.l.colonus.de vi
ꝛ vi arma. Si precario tenebat ciuilem vel naturalē bene poſſet age
re poſſeſſorio. Jtem requiritur quod nō ſit incontinenti deiect9 cuꝫ
poſſeſſionem vi acquiſiuit.ff.ad.l.acquil.ſcientiam.§.qui cum aliter
34 ſecundum glo. †Glo.ſequens querit quando dicatur incontinenti
recuperaſſe.glo.dicit quod vadunt cum cōmode poſſunt. Aduerte
quia litera preſertim velle videtur quod etiam ex interuallo poſtꝗ̄
ſciuerunt poſſunt:ſed dictio preſertim ſtat pro tantum quando ne
gligentia pōt imputari:al's ſtat ꝓprie ſi negligentia non poteſt im
putari:quia tunc non perdunt poſſeſſionem. ¶ †Ultima glo.que
35 rit quādo dicatur non excedere modū dicit quando hoc ſit cum mo
deramine inculpate tutele.alleg.iura:ſed ratio eſt obſcurior ꝗ̄ pri
mum dictum.dic quod in moderamine ponderantur quatuor. Pri
mum moderamen eſt in bona qualitate armorum:nam ſine armis
inuaſo non licet cum armis reſiſtere. Hec vera quando perſone ſunt
pares:ſed ſi ſunt impares:qꝛ aggredit quis a robuſto:qui plus poſ
ſet cum pugno ꝗ̄ alter cum fuſte tunc dicit Pet.ꝛ Cyn.in.d.l.j.qḋ ſi
iniuriam inferat corpori poſſum ſibi armis reſiſtere ſi aliter non po
36 teſt defenſio parari:nam ꝛ in rebus vbi non eſt remediū poſſum in
terficere furem vt nocturnum quem non cognoſco.ff.ad.l.cor.de ſic.
l.furem ſi mihi iniuriatur circa rem:ꝛ tunc nō debeo reſiſtere armis:
ſi aliter res poteſt per iudicem recuperari:vt quia cognoſcit furem:ꝛ
nō eſt fugitiuus vel res eſt immobilis ſi non poteſt aliter recuperari
tunc licet qualitercunꝗ̄ tueri:vt.d.l.furem.ꝛ.l.iiij.§.cum igit.ff.vñ
37 vi.†Fallit in depopulatore agrorum quē licet interficere.l.j.C.quā
do li.vni.ſine iudi.ſe vin.ff.ar.fur.ce.l.ij.quod nō extenditur ſecūdū
Ja.de are.ad diruptorem domorum vel incendiariū licet. Quidā cō
tra:ꝛ hoc qꝛ non eſt pena extendenda:vt in regula in penis.ꝛ.ff.ꝺ pe
nis.interpretatione.Bar.ibi facit regulaꝫ quod ſi aliter euadere nō
pōt iniuriā:tunc dicitur facere cum moderamine inculpate tutele:
qꝛ licitum eſt ſuā iniuriam oīno defendere.l.ſcientiā.§.qui cuꝫ aliter
ff.ad.l.acquil. Si enim aliter nō valendo defendere res ſe poteſt tue
ri qñocunꝗ̄ vt eſt multofortius licitum eſt defendere iniuriaꝫ:quia
minima iniuria perſonalis maior eſt ꝗ̄ iniuria rerum.ff.de penis.l.
in ſeruorum.in fine.ꝛ glo.in.d.l.j.hoc tenet. Ex hoc decidit. Barto.
q.antiquam.docto.an ſi poteram fugiendo penam euadere:liceat
mihi percutere:ꝛ dicunt quidam aut eſt verecundia fugiendo:qꝛ ho
mo erat armorum:ꝛ licet ſe defendere aut non eſt verecundia fugere
quia par erat vel inuadens maior:ꝛ fugere debet Barto.dicit qḋ in
diſtincte licet ſibi defendere:qꝛ aliquem fugari eſt iniuria.l. Jtē apō
§.j.ff.de iniurijs:ergo ꝓpulſanda eſt iniuria ſecundum eum. Ex his
apparet ſecundū eū quod teſtes non debent deponere ad ꝓbanduꝫ
quod fecit ad defenſionem quod aliter euadere non poterat:ſed qḋ
aliter non poterat iniuriam defendere vel euadere. Secundum mo
deramen eſt in tpis curſu vt fiat incontinenti non ex interuallo.ff.de
vi ꝛ vi ar.l.iij.§.confeſtim.ꝛ.§.cū igitur quod quidā dicunt flagrante
iniuria ꝛ durante:ꝛ nō finita ea finita non licet. Alij quod etiam ex
interuallo dūmodo nō diuertat ad extraneos actus.ff.de adult.l.ij.
in ſi.Cy.Pe.ꝛ Ja.de Ra.dicunt.in flagranti exigi defenſionē in in
iuriam perſone.vt.l.vim.ff.de iuſti.ꝛ iure.l.ſcientiā.§.qui cū aliter.
ff.ad.l.acquil. Jn violentia rerum incōtinenti intelligit.i.ex inter
uallo dūmodo nō diuertat ad extraneos actus. Ratio:qꝛ iniuria il
lata perſone nō poteſt auferri.l.ſi quis ꝓuocatiōe.C.de ap.ſed qñ in
rebus pōt auferri cōgregatis amicis. Jdem Bart.ſed dic qḋ hic vlti
mo caſu tres dies ſtatuunt. Ad primū membrū.alleg.l.ſi ex plagijs.
§.tabernarius.ff.ad.l.acquil. Ad ſecundum.alleg.l.ij.§.cum arietes
ff.ad.l.acquil. Et ex his decidituṙ an debeam expectare quod me ꝑ
cutiat. Hoff.hoc non laudat ꝗ̄ qs expectet primū ictuꝫ ne forte poſt
ea non ſit locus defenſioni.ff.ad.l.acquil.l.ſi ex plagijs.§.tabernari9
ff.ſi qua.pau.fe.di.l.j.§.cum arietes.ſufficit enim terror armorum.ff.
de vi ꝛ vi ar.l.idem.§.j.ſecundum Hoff.de hoc.xxxiij.q.j.de homici.
ſignificaſti.Cy.quod idem.ꝛ glo.in.d.l.j.hoc intelligit.Cy. ſecundū
qualitatem perſone quidam ſunt qui non minantur quin percutiāt
ꝛ tunc nō debent expectare. Quidam ita timidi quod non percute
rent:ꝛ expectandi ſunt vt.l.j.C.ſi quis.impe.maledi.Bar.dicit qḋ ſi
veriſimilia precedunt indicia:ꝛ actus manifeſti quod ille intēdebat
offendere:ꝛ aliter iſte ſe defendere nō poterat:poteſt:alias non. Jn
quantum dixi.ſ.iniuriam non ipſo congreſſu in perſonam illatam
non licere eſt verum ſi tamen percuſſus inſequitur percutientem:et
poſtea eum vulnerat. Jaco.de are.dicit quod nō punitur vt doloſus
ſed vt culpabilis:quia inconſultus calor ꝛc.l.j.§.quando.ff.ad tur
pil.l.iij.§.quidam.de peni.ꝛ.l.reſpiciendum.§.delinquūt.de penis.
l.interpretatione. Tertium moderamen eſt equiualētia in actu vio
lento:vt fiat ad defenſionem illius actus:ꝛ preſumitur ſi fiat incōti
nenti:ꝛ ex interuallo preſumitur ad vindictam.glo.dicit quod ex q̄
38 litate pſonaꝝ in hoc poteſt iudicari. ¶ †Nunqd autē violētiā alte
ri illatā poſſim repellere dic qḋ quo ad res ſic vt.d.l.j.cū.g. Quo ad
pſonam autem conſiderāda eſſet qualitas perſone.de quo per Cyn.
in dicta.l.j.Guil.in.l.vt vim.dixi.de ſentē.excōmu.ſi vero.dic vt ibi.
vbi etiam dicam quid de eo qui minatur mortem ſi alium non occi
deret illum timore perſone occidit.de quo per Cy.in dicta.l. prima.
39 ¶ †Querit glo.vltima an iſti expellentes per vim ſint excōmunica
ti videtur quod ſic.de ſen.excōmu.non dubium cū religioſis vim in
tulerint. Jn contrarium:quia licita eſt defenſio:vt patet.de ſen.excō
mu.ſi vero.ꝛ non incurrit excōmunicationem ſe defendens:ꝛ qꝛ iſti
fuerunt admiſſi ad agendum. Hec non eſt bona ratio:quia iſti erant
rei. Nam vt cōtra eos agebatur quaſi ſpoliaſſent interdicto vnde vi
ꝛ excōmunicatus non repellitur vt reus a iudicio.de iudi. intellexi
mus. Jtem dato quod agerent non conſtabat proprie eos modum
exceſſiſſe. Jo.and.glo.dicit quod ſi ex ꝓpoſito moduꝫ exceſſerunt ſe
defendendo ſunt excōmunicati. Si modū nō exceſſerunt non ſunt
excōmunicati. Si modū exceſſerunt caſu ꝛ non ex ꝓpoſito non ſunt
excōmunicati. Jnnocen.dicit hic quod vbi modum exceſſerunt in
currunt excōmunicationem penam temporalem ꝛ irregularitatem.
Hoſti.non videt quomodo incurrant irregularitatem ex ſolo exce
dere modum licet incurrant excōmunicationem niſi poſtea celebra
uerunt poſtꝗ̄ ſunt excōmunicati tu dic ſecundum Joan.and. quod
ſi expreſſerunt moduꝫ circa res non circa perſonas:non ſunt excom
municati:nec irregulares. Jncurrunt tamen alias penas tempora
les ſi exceſſerunt modum circa perſonas:non interficiendo:vel debi
litando membris incurrunt excōmunicationem:ꝛ ſi poſtea celebrāt
irregularitatem ꝛ non ante vt dixit Hoſt. Si exceſſerunt modum in
terficiendo vel membris debilitando incurrunt penam temporaleꝫ
ꝛ penam excōmunicationis:ꝛ irregularitatem vt dixit Jnno. queꝫ
ſic intelligo. Jo.and. Jnquantum.gl.excuſat modū excedētis igno
ranter. Hoc dicunt doct.verum.ſ. Hoſtien.niſi ignorantia ſit craſſa:
ꝛ ſupina.de cleri.excōm.ad apoſtolice ꝛ remittit de materia. de ſen
ten.excōmu.cum voluntate.de qua dic vt ibi.

1 ☞ Si contra ſpoliatum vxoris aut cōiugis reſtitutionem peten
tem opponatur conſanguinitas in gradu prohibito ꝛ offerantur ꝓ
bationes parate recepto ab opponēte iuramento de malitia.nu.22
negabitur quo ad horum reſtitutio ſi vero probatiōes prompte nō
ſunt fiet plena reſtitutio niſi magna viri ſeuitia adſit.
2 Uicarius ſeu locū tenēs ſuccedit tm̄ in iuriſditiōe epali abſente epo
nume.22.
3 Libellus non vitiatur ex eo quod concluſio ꝛ petitio precedit nar
rationem.
4 Libelli practica in cā diuortij ꝓpter cōſanguinitatē vel in poſſeſſo
rio recuperāde in cā matrimoniali que ſit.
5 Uxor vel maritus habens cōſcientiā cōſanguinitatis nō dꝫ ab alte
ro debitū ꝑſoluere ſeu exigere ad mandatum eccleſie.
6 Cōtra conſcientiam aliquid faciens edificat in gehennam. Et quid
ſignificat edificat ſibi ad gehennam .numero.18.
7 Matrimoniū qñ prohibitum cenſeatur ꝛ in quoto gradu lege diui
na vel canonica conſtitutione.
8 Diſpenſare nō poteſt papa pro matrimonio in gradibus lege diui
na prohibitis niſi his qui ſunt lege humana nec etiam diſpenſat cō
tra ſtatum generalem eccleſie.nu.26.
9 Snia nō valet in his q̄ nō pendent tollere vel inducere a ptāte ꝓnū
tiantis vt nō tranſeant in rem iudicatam.
10 Opiniones diſtinguens illaſqꝫ ad concordiā reducēs nō vr̄ opinio
nem reprobare.
11 Fruſtra ſeu inaniter aliquid fieri iura abhorrent.
12 Lex conſcientie ſi vnum ꝓhibeat ꝛ lex contentioſa aliud permittit
obediendum eſt legi conſcientie ꝛ quare hoc facere debeat ratione
perplexitatis.nu.17.
13 Jn matrimoniali cā agenti poſſeſſorio obſtat exceptio conſangui
nitatis concurrentibus duobus videlicet iurato de malitia ꝛ incōti
nenti probatione oblata vt impediatur reſtitutio quo ad copulam
tantum.

14 Probationes offerẽs paratas non intelligitur quod habeat in ſac
co ſed ſufficit quod dilationes non expectet longiores ad iudicij
tractum.
15 Conſanguinitatis ꝓbatio oblata ſicut a principio impedit reſtitu
tionem quo ad copulam ita ex poſt facto impedit iuſſum ex debito
reddendo donec ſopita queſtione.
16 Uxore ſpoliatus propter ſeuitiam nõ poteſt intentare reſtitutiõis
remedium.
17 Perplexitas in quo ſit dabilis.
19 Uxor ad que viro teneatur vltra copulam.
20 Uxor qđ ꝓpter viri ſeuitia poſſit a viro ſeparari ⁊ q̄ qualis eſſe de
beat dicta ſeuitia.
21 Dictio alioquin an ſit aduerſatiua ⁊ q̃ intelligat. nu. 21.
Uxore ſpoliatus ratione conſanguinitatis quo caſu poſſit reſtitui
pendente lite non obſtante prompta probatione cõſanguinitatis.
22 Matrimonialis cauſa non debet tractari de iure coram inferiorẽ
ep̃o. nume. 2.
Fallit vbi conſuetudo hoc permittit vel ex ſpeciali cõmiſſione ipſi⁹
epiſcopi.
23 Uxorem ſi vir a ſe repellat an poſſit illam repetere.
24 Matrimonium põt ante copulã carnalẽ diſſolui inuito altero per
religionis ingreſſum.
25 Poſſeſſorio agenti in cã matrimoniali an obſtet exceptio pacti.
27 Poſſeſſorio agenti quo caſu non obſtat exceptio ꝓprietatis in cau
ſa matrimoniali. nu. 27. ⁊ 29. Et q̃ nõ eſt differentia quo ad reſti
tutionem an ſit ꝓhibitum matrimoniũ lege diuina vel canonica ſ3
an offerant ꝓbationes parate aut non. nu. 21.
28 Matrimoniũ in quo gradu videatur lege diuina prohibitũ ⁊ q̃
alias vr̃ licitum ad ſobolem ſuſcitandam.
20 Diſpenſare an poſſit papa vt matrimonium contrahatur in ſecun
do gradu.
22 Iurari l3 ſit ꝓhibitũ ſup ſpũalib⁹ tñ ſup exceptiõib⁹ incidẽtib⁹ eſt
permiſſum ⁊ an liceat iuramentum iterare.
23 An excõmunicata cenſeatur mulier quia viro non adheret quo ad
copulam vbi eſt ſibi iniunctum quod adhereat viro ſub excõmuni
cationis pena.
24 Iuramentum quo caſu non intelligatur ſecundum mentem defe
rentis.

1 Literas. ¶ †Si cõtra petentem reſtitutionẽ cõ
iugis opponat ꝯſanguinitas in gradu
ꝓhibito: ⁊ offerant ꝓbationes parate recepto ab oppo
nente iuramẽto de malitia negabit reſtitutio q̄ ad tho
rum: ⁊ fiat quo ad reliqua. Si vero ꝓbationes prompte nõ ſunt: fiat
plena reſtitutio niſi magna ſit viri ſeuitia. h. d. Sunt due partes pn̄
cipales. Prima ponit thema ⁊ cõſultationem. Secunda Reſpon
dit ibi ſane. ſecunda ſubdiuiditur. Primo ponit ⁊ ꝓſequit triplicẽ
opi. vſq3 ibi vos aũt. ibi cõtraria ſoluens contra. alterã ex opi. alle
gat vſq3 ibi preterea ibi diſtinguẽdo ſoluit ⁊ ſecundũ membrũ ꝓſe
quitur ibi quod ſi a qua ſolutione vnum caſum excipit ibi ſi nota.
2 ¶ †No. primo quod archid. vt vicarius ep̃i ſuccedit in epiſcopali
iuriſditiõe abſente epiſcopo ⁊ no. inferiorem epiſcopo poſſe cogno
3 ſcere de cauſa matrimoniali. ¶ †No. ij. quod non vitiatur libellus
4 ſi cõcluſio ⁊ petitio precedat narrationem. ¶ †Et no. practicam li
belli in cauſa diuortij ꝓpter cõſanguinitatem. Et no. practicam li
belli in poſſeſſorio recuperãde in cauſa matrimoniali. Et no. quod
pro ſola temeraria ſpoliatione abſq3 violentia datur poſſeſſoriũ. in
5 cauſa matrimoniali. ¶ †No. iij. quod ad mandatu3 eccleſie habens
conſcientiam conſanguinitatis nõ debet cõtra cõſcientiam debitũ
6 exigere vel perſoluere † ⁊ qđ faciens cõtra cõſcientiam edificat in ge
7 hennam vide de ſen. excõ. Inquiſitioni. ¶ †No. iiij. quod in ꝓhibi
tione matrimonij ex cõſanguinitate quida3 ſunt gradus ꝓhibiti le
8 ge diuina quidam cõſtitutione canonica. ¶ †No. v. ꝙ in gradibus
lege diuina ꝓhibitis non diſpenſat papa ꝑ matrimonio: ſed ſic in
9 gradibus ꝓhibitis lege humana. ¶ †No. vj. qđ in materia diſpen
ſabili ſententia eſt ſeruanda ꝓnuntiantis in indiſpenſabili nõ et ſic
eſt argumentum qđ ſnĩa non valeat in his que non pendent tollere
vel inducere a poteſtate pronuntiantis: ⁊ nõ tranſeat in rem iudi. ⁊
ſic in his que pendent a ſententiantis poteſtate ⁊ eſt argumentum
10 quod quis ſententiando diſpenſet. de quo de ſi. preſ. veniẽs. ¶ †No
ta qđ inter opi. diſtinguẽs: ⁊ illas ad cõcordiam reducẽs non videt
11 opinionem reprobare vel alicui ex eis derogare. ¶ †Nota iura ab
12 horrere aliquid fruſtra ⁊ inaniter fieri. ¶ Not. quod inter iudicium
dei ⁊ eccleſie ⁊ ſic quo ad legem conſcientie ⁊ legẽ cõtentioſam quis
poteſt eſſe perplexus: ⁊ quandoq3 lex fori cõtentioſi vnum precipit
⁊ aliud precipit lex penitentie: ⁊ illis contrariantibus obediendum
13 eſt foro cõſcientie. ¶ †No. exceptionem conſanguinitatis obſtare
agenti poſſeſſorio duobus cõcurrentib⁹ quod iuretur de malitia: et
probationes incontinenti offerantur parate ⁊ admittitur nõ vt ex
toto impediat reſtitutionem: ſed ſolum quo ad copulã: quo ad aliã
ergo nec fama conſanguinitatis nec ꝓbatio incontinenti oblata fa
14 cit admitti exceptionem. ¶ †Nota tex. notabilem declarantẽ quã
do ꝓbatio dicat incõtinenti offerri parata: q2 non exigitur quod in
continenti habeat in ſacco paratas probatiões ſed ſufficit quod di
lationes non expectent longiores: ⁊ comparantur longiores ad tra
ctum iudicij cui opponuntur: vt. ff. vt in poſſeſ. lega. l. ſi is a quo.
15 ¶ †No. quod ſicut ꝓbatio a principio oblata impedit reſtitutionẽ
quo ad copulam. Ita ex poſtfacto impedit iuſſum ex debito reddẽ
do: donec queſtio ſopiatur: ⁊ ſic quod impedit poſſeſſorium a princi
pio impedit ex poſtfacto executionem poſſeſſorij re exiſtente inte
16 gra vel inquantum eſt integra. ¶ †No. agenti poſſeſſorio in matri
moniali obſtare viri ſeuitiam niſi ꝓuideri poſſit remedio cautionis
⁊ ſic habes caſum in quo impeditur reſtitutio. ¶ Oppo. quod hic
quo ad caſum fruſtratoria fuit interrogatio an exceptio conſangui
nitatis obſtaret agenti poſſeſſorio: quia hoc non ꝓponebatur per
viam exceptionis: ſed petitionis quo caſu non videtur dubium qđ
non obſtet. Solu. dic quod mulier etiam per viam exceptionis op
ponebat de conſanguinitate vel ſecundum Hoſt. mutat caſum: ⁊ po
17 nit nouum thema quod. j. proſequitur. ¶ †Oppo. ij. quod nõ ſit da
re perplexitatem in peccato. vt. xiij. diſtin. nerui. Solu. quo ad veri
tatẽ non eſt perplexitas: ſed quo ad opi. ignorantis poteſt eſſe que
dam apparens perplexitas ſecundum Goff. vel inter conſcientiam
⁊ legem ⁊ ſententiam eccleſie poteſt eſſe perplexitas: vt hic ſed non
quo ad legem conſcientie tm̃ vel ſententiam eccleſie tm̃ ⁊ vbi hic oc
currit perplexitas ſoluitur: quia debet quis imitari legem conſcien
tie: vt hic. ⁊. j. de ſenten. excõmu. inquiſitioni. vide de hoc in preallc.
capitulo nerui. Ex hoc deciditur queſtio quod iudei fuerũt perple
xi: quia ſi occidiſſent chriſtum peccabant ⁊ nõ occidendo etiam pec
cabant: q2 conſcientia dictabat eis eum debere mori ſecundũ legem
q2 ſe dixerat filium dei: nam hic fuit perplexitas quo ad ſtultam eo
rum opi. cum perplexitatem ſoluere potuiſſent ſe informando xp̃3
filium dei ex virgine naſciturũ. Item ex inuidia obtenebrauerunt ſi
bi conſcientiam. Nõ ob. qđ dicitur etiã ꝑplexitatem eſſe poſſe: q2 ſi
aliquis queritur ad mortem: ⁊ eſt in loco occulto ſi eũ manifeſto que
rentibus pecco mortaliter: q2 ſum cauſa homicidij ei⁹ ſi eum nõ ma
nifeſto ſaltem pecco venialiter: ſi taceo preſumitur eſſe in loco illo: ⁊
ſic ipſum tacite ꝓdo ſoluitur perplexitas: quia tacere debeo: ⁊ ſi qđ
illi preſumant mihi non aſcribitur: ſed illorum male voluntati abſit
enim ⁊c. xxiij. q. v. de occidendis. Item non ſemper qui tacet conſen
tit. Non ob. etiam quod dicitur quem poſſe eſſe perplexum inter ve
niale: ⁊ mortale: q2 ſimiliter ſi vxor petit debitu3 vir denegat peccat
mortaliter ſi dat peccat venialiter ſoluit negando quod peccat etiã
venialiter maxime ſi reddat cauſa fornicationis euitande in coniu
gem vel prolis habende quo vltimo caſu negandũ quod peccet: ſed
meretur: quia implet mandatum creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c. geñ. j.
Non ob. ſi dicitur quẽ eẽ poſſe perplexu3: vt q2 ſi promittit alicui bi
bere pluſq3 poſſit ſi non ſeruat peccat ſi ſeruat peccat: ſoluitur ꝑple
xitas negando quod peccet non ſeruando temeraria3 promiſſionẽ.
18 †Quod eſt dicere quod edificat ad gehennã: dic quod peccans mor
taliter parat ſibi domum: vel edificium vel ſtallum quendam in ge
19 hennam. i. in infernum. ¶ †Quero ad que vxor teneatur viro vltra
copulam: dic quod ad cetera ſeruitia de quibus. C. qui po. in pign.
ha. l. aſſiduis: vt cuſtodiendo res ſuas: lauare caput ⁊ pedes comme
20 ſtionem parare: ⁊ lectum: ⁊ his ſimilia. ¶ †Quero que ſeuitia repel
lat virum petentem reſtitui poteſt intelligi de ſeuitia viri in extor
quendo debito: quia ſolet violenter cognoſcere mulieres: ⁊ ſic reſpi
cit illud verbum in ceteris poteſt etiam intelligi de alia ſeuitia ver
21 borum vtrunq3 impedit reſtitutione3. ¶ †Quero an aduerſetur di
ctio alioquin: dic quod exponi poteſt dupliciter vnomodo alioqn
i. ſi maritus non eſt ſeuerus: nec obijcitur ꝯſanguinitas diuina lege
probibita ſecundum illos qui faciunt differentiam inter gradus le
ge diuina probibitos: ⁊ humana. Alio modo exponitur ſecundum
Hoſt. alioquin. i. ſi vir nõ eſt ſeuerus: ſed bonus homo ⁊ ſimplex: ⁊ re
ctus ac timens deum quo caſu qualiſcunq3 grad⁹ obijciatur: ⁊ q̄lſ
cunq3 probationes ſint parate poteſt mederi per ſufficientem cau
tionem fiet reſtitutio vt ſequitur. Hoſtien. Tu dic quod vbi ſunt pa
rate non fiet reſtitutio quo ad copulam: ſed quo ad cetera vbi non
ſunt parate quo ad omnia: ſi non eſt ſeuerus. Ex premiſſis ergo pa
tet quod quandoq3 nulla fit reſtitutio vt hic quãdoq3 fit quo ad tho
rum ⁊ reliqua. Quandoq3 quo ad reliqua non quo ad thorum ⁊ ſecũ
dum hoc omnes opi. ſaluari poſſunt: ⁊ remittit ad ſum. e. ti. §. quan
22 do facienda ſub. §. vt vbi ⁊ ſub. §. cum queritur. ¶ †Ad gl. j. oppo.
quod inferior ab epiſcopo nõ cognoſcat de matrimoniali. de exceſ.
prela. accedentibus. Sol. non cognoſcit de iure vt ibi. de conſuetu
dine ſic: vt hic glo. alleg. concor. in princi. Idem hic Innocen. Sed
Hoſtien. contra: quia conſuetudo non dat iuriſditionem in maiori
bus. de foro compe. cũ contingat ⁊ quod ibi no. Cõtra Hoſtiẽ. eſt: q2
hoc non eſt ordinis: ſed dignitatis ep̃alis. vt. d. c. accedentibus not.
Ideo ipſe dicit quod hic cognoſcit ex ſpeciali cõmiſſione archiep̃i:
vel ex priuilegio ſpeciali. tene opi. glo. per tex. expreſſum. j. de pre
ſcriptio. auditis vbi cognitio cauſarũ matrimonialiũ eſt acquiſibi
23 lis ab inferiore epiſcopo quod no. †Quid ſi vir a ſe repellat vxorem
an poſſit illam repetere videtur quod non: q2 ipſam a ſe repulit ⁊ ſe
ipſum

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

ipſum ſpoliauit:vnde nõ fuit ſpoliatus.ſ.c.c.ſollicite. ¶ Contra-
rium determinat glo.qꝛ eo qꝺ ipſam repetit:⁊ nõ venit ipſa cuꝫ no
uiter ſpoliat.ff.de acqui.poſ.l.clam poſſidere.§.ſi.dicit ab.dñm ſuũ
tenuiſſe primam opi.vt nõ reſtituatur:qꝛ nõ probat ſe ſpoliatũ:qꝺ
eſt neceſſe.ſ.c.proximo. Judex tamen ex ſuo officio reſtituere poſ-
ſet.ſ.de iureiuran.tua.glo.idem qꝺ iſta.de diuoꝛ.ſignificaſti.in .i.gl.
Non ob.qꝺ expellens animo dimittẽdi poſſeſſionẽ illã perdit:lꝫ ha
beat animum recuperandi.ff.de acqui.poſ.l.ſi quis vi.§.differẽtia.
Hoſti.dicit hanc poſſeſſionẽ in hoc priuilegiatam qꝺ nõ perdit ſo-
lo animo:vel ſi perditur ſolo animo recuperatur eo qꝺ petitur ratio
colligitur.de ſpõ.duo.c.j.de cõiu.lepꝛo.c.ij.de frigi.c.ſi.vel quia poſ
ſeſſio in matrimonialibus eſt cõiuncta ꝓprietati nõ abdicabili nu-
da voluntate:ſapit ergo naturam ꝓprietatis poſſeſſio vt nõ perda
24 tur ſaltem irreuocabiliter.arg.de cog.ſpi.ſuper eo.† Non ob.c.aga
toſa:qꝛ ibi reſtitutionẽ impedit religionis ingreſſus de volũtate cõ
iugis.de quo dic vt ibi de cõuer.cõiu.c.j.⁊.c.ex pate. Jdem gl.xxxiij.
25 q.ij.in ſumma qꝺ hic. ¶ † Querit gl.an agenti poſſeſſorio in cauſa
matrimoniali obſtet exceptio pacti.glo.qꝺ nõ: qꝛ nec iuramentum
obſtaret:nec cõfeſſio:nec etiam ſnia.glo.all.iura doc.nõ impugnãt
eam. Ex hoc nõ cõfirmatur ratio.de qua dixi.⁊ pondera:qꝛ eiuſdem
nature eſt queſtio poſſeſſionis ſicut petitoria:⁊ qꝺ in poſſeſſoria nõ
preiudicat cõf.ſſio ſicut nec in petitorio. Jtem qꝛ ſicut in petitorio
ſententia nõ tranſit in rem iudicatam:item nec in poſſeſſorio. Jteꝫ
no.qꝺ agenti poſſeſſorio nõ obſtat in cauſa matrimoniali ſentẽtia:
⁊ ſic exceptio notoria nõ obſtat etiam qñ eſt notorium per ſniam:ex
quo nõ tranſit in rem iudi. De cõfeſſione autẽ illa obſtat vt dixi.ſ.
c.ex cõqueſtione.⁊ no. Cal.ſ.c.ex parte.⁊ ſic ſententie trãſeunt in no-
torium eo modo qñ tranſeunt in rem iudi.non aliter. Jtem quando
ſunt ꝓmulgate in iudicio plene:ſecus ſi ſemiplene:qꝛ nõ tranſeũt in
notorium quo ad plenum:licet ſic quo ad ſemiplenum preiudiciuꝫ.
26 ¶ † Opp.qꝺ papa diſpenſet in omnibus: ⁊ ſic in gradibus diuina
lege ꝓhibitis.vt de cõceſ.ꝓben.ꝓpoſuit. Glo.recitat duas opi.vnã
ꝙ poſſit:⁊ ad tex.rñdet nõ põt.i.nõ expedit:qꝛ hoc nõ facit honeſte.
Secundã qꝺ ſtet ꝓprie:⁊ ponit certos caſus:in quibus eccleſia ⁊ pa
pa nõ reſpõdet:quos vide:qꝛ clara eſt.⁊ no.illam inquantum dicit
qꝺ nõ diſpenſat cõtra generalem ſtatum eccleſie :ſed de hoc vt dixi
de cõſue.quanto. Jo.an.remittit ad no.xxx.q iij.pietatium.de hoc
etiam.de cõceſ.prebẽ.ꝓpoſuiſti.de eo qꝺ dixit nõ diſpẽſare quo ad
27 monachatum.dic de hoc.vt.ſ.c.cum ad monaſterium. ¶ † Oppo.
qꝺ agenti poſſeſſorio obſtet exceptio ꝓprietatis ſi incõtinenti para
ta offertur.l.iij §.ibidem.ff.ad exhi.⁊ ſic obſtet hic quo ad omnia:et
etiam in alijs poſſeſſorijs.dic qꝺ regulariter nõ obſtat agenti poſſeſ
ſorio recuperande. Fallit in caſu hic:ex quo firmatur regula in cõtra
rium:qꝛ ſi hoc ſpeciale ergo ⁊c. Jteꝫ nec hoc impedit quo ad omnia
Sed ſi agitur retinende ſecus:qꝛ obſtat ſi incõtinenti offertur vt ibi
28 excepta beneficiali de qua dic.vt.ſ.c.cum olim . ¶ † Quero cũ gloſ.
in verbo diuina:qui ſint gradus lege diuina ꝓhibiti:dicit gl.qꝺ in
leuitico due tantum perſone impediebantur:qꝛ nec filius matrem:
nec pater filiaꝫ ducere poterat ſub lege.excipiũtur.xij.mater nouer
ca:ſoroꝛ:neptis:amita.matertera:vxoꝛ patrui:⁊ vxoꝛ fratris:niſi ad
ſuſcitandam ſobolem.viij.qꝺ.j.olim.de diuoꝛ.c.vlti.priuigna: filia
priuigni ſoroꝛ vel vxoꝛ.paucas tamẽ excluſit:vt multiplicarent ho-
mines. Sed tẽpoꝛe xp̃i plures hodie ꝓhibite ſunt:vt haberet locuꝫ
cõtinentia. A fornicatione autem quilibet excluditur.lxxxviij.diſt.
29 fornicari.ſm Lau. ¶ † Opp.qꝺ immo generet preiudicium: qꝛ de-
trahet opi.hic poſitis. Sol.facit cõtra id qꝺ ꝓteſtatur vel dixit hoc
animo vt quiſquis ſequeretur opi.ſuam.dic ꝙ nõ derogat:qꝛ illas
reducit ad cõcoꝛdiam. ¶ † Glo.in verbo poꝛro dicit qꝺ eſt allegatio
Gregoꝛij pape. Jo.an.dicit qꝺ neſcit quid velit glo.niſi dicatur qꝺ
papa Gregoꝛius qui fuit magnus doctoꝛ ⁊ conſtat qꝺ quando legit
cõſtitutiones antiquas cõſtituit qꝺ reſtitutio nõ erat faciẽda.⁊ fuit
hec additio vel errauit glo.credẽs hanc decre.eſſe Gregoꝛij cuꝫ eſſet
20 Jnno.tertij. ¶ † Querit glo.an in ſecundo gradu poſſit eccleſia diſ
penſare:arguit glo.qꝺ nõ:qꝛ illud eſt diuina lege ꝓhibitum.xxx.q.
iij.pietatium. ad hoc qꝺ eſt in leuitico ꝓhibitus ſecundus gradus
in cõſanguinitate ⁊ affinitate:per illud nõ reuelabis turpitudinem
ſoroꝛis vxoꝛis tue:nõ reuelabis filiam filie eius. Jn cõtra.arguit.de
diuoꝛ.gaudemus.vbi ſi pagani qui aſtringuntur lege diuina cõtra-
hant in ſecundo gradu cõuerſi nõ ſeparent. Sol.dicit glo.qꝺ in leui
tico ꝓhibetur ſecundus gradus in deſcendentibus nõ in collatera-
libus. Jdeo in ſecundo gradu collateralium diſpenſat eccleſia . Jo.
and.dicit qꝺ in collateralibus in ſecundo gradu in equali linea non
eſt prohibitum ſecundum ius diuinuꝫ:ſic in inequali:vnde filij duo
rum fratrũ cõtrahunt:patruus cũ nepte nõ:et ſic ſeruãt iudei.dixit
autẽ hic phi.qꝺ in ſecũdo gradu deſcendentiũ ⁊ aſcẽdẽtiũ nõ poſſet
eccleſia diſpenſare:ad hoc quia ius nõ reperitur diſtinctum:⁊ ſic nõ
diſpenſat eccleſia in moꝛalibus de quo de cõſtit.que in eccleſiarum.
21 ¶ † Oppo.quod ſecundum hoc non eſt differentia quo ad reſtitu-
tionem an ſint prohibiti lege diuina:an canonica: ſed an offerãtur
parate probationes vel non. Sol.non eſt differentia ſecundum gl.
ſed ſolum an offerantur probationes parate vel non:⁊ tunc quo ad
copulaꝫ impeditur:⁊ nõ quo ad alia quando offeruntur parate . Et
ſic dictio preſertim ſtat pꝛopꝛie pro maxime. Ex hoc repellitur opi.
indiſtincte:et regulariter diſtinguentium an offeratur pꝛompta:et
parata pꝛobatio:⁊ impeditur reſtitutio an nõ:et nõ impeditur per
l.iij.§.ibidem.qui in alio caſu loquitur quod ſi ſpeciale eſt in matri-
monio:et qꝺ etiam in eo non impedit quo ad omnia cõcluditur qꝺ
22 in alijs eſt ſecus. ¶ † Opp.quod non debuerit preſtari hoc iuramẽ-
tum duplici cauſa. Prima quia in ſpiritualibus nõ iuratur de iura.
calum.literas. Secunda quod ſi ſemel preſtatur iuramentum nõ eſt
amplius iterandum.vt in auten.hoc ſacramentum.C.de iuramen.
calum. Glo.ſoluit qꝺ nõ iuratur in ſpiritualibus :nec de calum .nec
de malitia ſuper pꝛincipali:ſed ſuper exceptionibus ⁊ incidẽtibus
ſic. Jn alijs auteꝫ in quibus iuratur de calum.ſi queritur an iuretur
de calum.iterato ſuper incidentibus ⁊ emergentibus ante lit.con-
teſta.tunc bene iuratur:quia iura.calum.pꝛeſtantur poſt lit.conte-
ſta.vel in conte.lit.et non reſpicit niſi emergentia poſt lit.conteſta.
Super incidentibus autem vel emergentibus poſt lit.conteſt.non
iteratur. Tu dic quod hodie in ſpiritualibus iuratur. Jtem millies
iteratur iuramentum de malitia:ſi cauſa ſubeſt:non iuramẽtum ca-
lum.vt eo.titu.c.ij.lib.vj. Hec autem ſuberat cauſa:quia pꝛeſumeba
23 tur malitioſe opponi ad differendum poſſeſſoꝛium. ¶ † Quero an
mulier excommunicata:quia non adheret viro quo ad copulam:ſi
moꝛiatur ſepeliatur in cemiterio:dic quod ex quo eſt certa de cõſan
guinitate:et alter non certificat eccleſiam:quia nõ poteſt excommu
nicata eſt quo ad eccleſiam:ſed non quo ad deum:vnde nõ ſepelietur
ſed quo ad deum non nocebit ſibi vilis ſepultura: eccleſia autem ꝓ
ea non oꝛabit:qꝛ ipſa non iudicat de occultis. Jnquantum gl.dicit
quod non ſepelietur Joã.dicit hoc verum niſi moꝛiens petijſſet ab-
ſolui.de ſenten.excõmu.a nobis.ij.vel niſi eccleſia ſe videns deceptã
poſt moꝛtem illam abſoluat quod poteſt ſicut ⁊ ligat.xxiiij.q.ij.ſane
ſecundum Tan.quia iuramentum quo iurat de ſtando mandatis
eccleſie intelligitur in his que pꝛecipiuntur ſecundum deum:nec cõ
tra animam ſuam.ad hoc.de iura.calum.c.j.lib.vj.⁊ ſi moꝛitur ſepe-
liatur:ſi conualeſcit iterum pꝛecipit iudex qꝺ debitum reddat:⁊ ad
petitionem mariti excõmmunicabit illam:ſi non reddat.⁊ in articu
24 lo moꝛtis abſoluet eam:⁊ ſic in infinitum ſecundum eum. ¶ † No-
ta caſum in quo iuramentum non intelligitur ſecundum intentio-
nem deferentis:⁊ intelligitur ſecundum intentionem iurantis:quã
do intentio deferentis eſt aſtringere ad aliquid contra deum ad qꝺ
ſe non extendit ſimplex iuramentum. Jnquantum gl.dicit nõ oꝛã-
dum intellige oꝛatione generali:tñ oꝛationes que fiunt pꝛo omni-
bus fidelibus defunctis pꝛoderunt:et ſecundum Vin.glo.ſequens
eſt clara.et ſuppletione non eget.
1 ☞ Vxoꝛis aut coniugis reſtitutionem petens habet pꝛobare cõ-
iugium legitimum ex conſenſu.nu.18.
2 Matrimonium non pꝛobatur ſola traductione vxoꝛis ad domum
viri maxime quando perſone ſunt inhabiles etate ad contrahendũ
nume.12.⁊.30.⁊.31.
3 Matrimonij contractus per patruum vel alterum attinentem no-
mine nepotis vel perſone coniuncte nõ obligat nepotem ſeu perſo-
nam coniunctam niſi aliter ratificent.
4 Matrimonio ſeu ſponſalitijs contractis per inhabiles etate ꝓmus
perueniẽs ad etateꝫ habilẽ ad matrimoniũ nõ tenetur expectare in
habilẽ ſed ſtatim poteſt licentiam cõtrahendi petere.nu.6.et.18.
5 Canonicum quid ſit.
7 Foꝛum viri ſequitur mulier ⁊ quomodo vbi dicitur quem ſoꝛtiri fo-
rum ratione contractus intelligitur quo ad diſſolutionem ⁊ diſtra-
ctionem contractus.
8 Dictio infra iuncti tẽpoꝛa denotat imperfectionem tempoꝛis.
9 Minoꝛ poteſt eſſe in iudicio in cauſa matrimoniali et in omnibus
caſibus in quibus eſt habilis ad comparendum in iudicio in eiſdem
eſt habilis ad conſtituendum pꝛocuratoꝛem et in quibus actibꝰ mi-
noꝛ reputetur maioꝛ.nu.22.
10 Actio non habet finem repellendi niſi aliqua verba interponantur
ſapiẽtia ius excipiendi etiã ſi ꝓponatur per viam petitionis.
11 Petitio et exceptio ſi ab eadẽ parte ꝓponatur ad repellẽdã petitio
nem partis aduerſe põt ſuper tali petitiõe habẽre incluſam dilato-
riam eodẽ inſtãti ꝓcedi ad finẽ cõſequẽdi ⁊ repellẽdi ⁊ ſic hoc caſu ſe
inuicẽ cõpatiuntur ſecus vbi petitio ⁊ dilatoꝛia ſibi repugnãt vt qꝛ
aduerſis partibus accumulantur.nu.15.⁊.16.
13 Exceptiõis appellatiõe cõpꝛehẽdit actio hñs actionẽ i ſe icluſam.
14 Pꝛobatum in dilatoꝛijs exceptionibus ſi veniat diſcutiendum in
pꝛincipali petito nõ ꝓdeſt niſi iterato pꝛobetur.nu.17.
16 Judex nõ põt eodem inſtanti ꝓcedere ſuper petitione ⁊ exceptiõe
dilatoꝛia vbi inter ſe aduerſantur ⁊ a parte diuerſa opponuntur.
19 Matrimoniũ an ꝯtũ cũ inhabilibus etate valeat vt ſpõſalitia.
20 Spõſalitioꝛum cõtractu ſtante an ſit dãda licentia alteri accipiẽdi
cõiugem an vero accipere poſſit ſine licẽtia.
21 Matrimoniũ vl̃ ſpõſalia an ratificent ſupueniẽtia etatis legitime.
23 Minoꝛ lꝫ poſſit ꝯhere ad eius vtilitatẽ ſine curatoꝛis ꝯſenſu vbi tñ
ꝯhit ad eiꝰ ꝓiudicium reſtituit. Fallit in caſibꝰ hic expꝛeſſis.nu.24.

25 Reſtitutionis remedium licet detur minori leſo in beneficialibus
non tamen procedit in cauſa matrimonij.
26 Reſtitutionis remedium an indiſtincte detur in beneficiali.
27 Sententia etiam in cauſa matrimoniali qua via retractetur quādo
ledit maiorem vel minorem contra veritatem.
28 Poſſeſſorium quomodo parit poſſeſſio etiam nuda ⁊ abſqꝫ titulo
ſuper rebus quibus ius non reſiſtit potentie poſſidendi ſiue etiam
ius reſiſtat potentie poſſidendi vel habendi pro ſe ſed non pro alio
vt in ſeruo cui datur remedium nomine domini.nu.30.
29 Poſſeſſoriū non datur in cauſa matrimoniali niſi apparenter cau
ſa poſſeſſionis appareat et que requirantur vt ſufficiēter de cauſa
appareat numero.31.
31 Matrimonium vel ſponſalia ex quibus preſumatur contractū in-
ter virum et mulierem ad cauſandū poſſeſſionem ſeu quaſi aptā ad
partem poſſeſſorij.
32 Petitorio agens mulier in cauſa matrimoniali an poſſit illud peti
torium ſuſpendere ⁊ agere poſſeſſorio.
33 Poſſeſſorio agens quando debet in duobꝰ caſibus aliquo reſpectu
iuſtificare poſſeſſionem.
34 Poſſeſſorio recuperande agens pater ratione patrie poteſtatis an
audiatur ⁊ an habeat aliquid docere de iuris proprietate.
35 Exceptio tu non poſſidebas vel non potes rē poſſidere de qua agi
tur poſſeſſorio an ſit dilatoria vel peremptoria.

1 **Ex parte.** ¶ † Petens reſtitutionem cōiugis ha-
bet probare cōiugium legitimum ex cō
ſenſu.h.d. In prima mulieris querela partim deciſa. In
2 ſcd̄a dat iudicem.ſcd̄a ibi. Quia igitur. ¶ † No.i.qd̄ ſola
traductione vxoris nō probatur matrimonium niſi alia cōcurrant:
⁊ hoc indubitatum quando perſone cōtrahentes ambe etate ſunt
inhabiles ad cōtrahendum:⁊ hoc etiam caſu traductio nō cōcludit
3 quaſi poſſeſſionem maritalem aptam ad partū poſſeſſorij. ¶ † No
ta.ij.cōtractum patrui vel alterius attinentis pro nepte vel coniun
cta nō obligare illos pro quibus contrahitur matrimonium eis in
etate inhabilibus ad matrimonium vel ſpōſalia cōſtitutis aut alte
ro eorum.immo plus videtur cōtractum talem nō obligare cōtra-
4 hentes etiam habiles ad ſponſalia:niſi aliter ratificent. ¶ † Nota
iij.qd̄ cōtractis ſponſalibus inter inhabiles etate ad ſponſalia:pri-
mo peruenientem ad etatē habilem ad matrimoniū nō teneri expe
ctare inhabilem:ſed ſtatim poſſe petere licentiā contrahendi:ſuper
hoc tene qd̄ habes.j.de ſpon.de illis.⁊ ſi teneas qd̄ teneatur expecta
re citius ad etatem ſuperueniens:dic ꝙ ſponſalia nō tenuerunt hic
qꝛ cōtracta a patruo ⁊ nō aliter ratificata tacite vel expreſſe:vel dic
qd̄ hic mihi dicit ꝙ petitio ſit cum effectu admittēda:ſed debet hinc
5 inde audire ⁊ ꝙ canonicum ⁊c. † Quid autē ſit canonicū habetur in
6 d.c.de illis.qd̄ in hoc eſt huius finis declaratio. ¶ † Nota cautelaꝫ
nolentis ratificare ſponſalia aut matrimonium vt ſtatim cū perue
nit ad etatem legitimam cōtradicat ⁊ recedat:⁊ tantum eſt qd̄ peta-
tur licentia nubendi etiam vbi ſponſalia nō tenent per ca.de illis.
¶ Not.licentiam diſcedendi a ſponſalibus etiam nullis.vbi eſt de-
uentum ad traductionem petendam a iudice viri.⁊ ſic etiam quo ad
7 diſſolutionem ſponſalium ⁊ matrimonij. † Sponſa videtur ſeq fo-
rum viri:de quo de ſpon.c.i.⁊ facit qd̄ in loco cōtractus quis ſortiri
videatur forum quo ad diſſolutionem ⁊ diſtractioneꝫ cōtractus.de
quo.in.l.qui certo loco.ff.de condi.inde.per Guil.⁊ per Bar.in.l.i.
8 C.vbi ⁊ apud quem reſti.ſit poſtu. ¶ † Nota de dictione.j.que iun-
cta tempori notat imperfectioneꝫ temporis:vnde.j.pubertatis an
nos.i.ante pubertatis annos.vide Io.an.⁊ Hoſti.de reſcri.ſi nauſt.
9 ¶ † Venio ad ſecundam partem.not.qd̄ in omnibus caſibus in q-
bus minor eſt habilis ad exiſtendum in iudicio eſt habilis ad pcu-
ratorem cōſtituendum.⁊ no.caſum in quo minor poteſt eſſe in iudi-
10 cio ſ.in cauſa matrimoniali. ¶ † Nota.ij.qd̄ vbi ius agendi pōt re-
torqueri ad ius excipiendi ſimul in eodem actu poteſt accumulari:⁊
ius agendi ⁊ ius excipiendi petendo eum prius reſtitui inquantuꝫ
petit reſtitui deducit ius agendi inquantum petit prius reſtitui de
ducit ius excipiendi:⁊ ſic qd̄ dicitur actionem nō habere finem repel
lendi eſt verum:niſi aliqua verba interponantur ſapientia ius exci
piendi:quia tunc habent finem repellendi:etiam ſi proponātur in
viam petitionis.patet hoc.ſ.e.ex conqueſtione.⁊ no.de ordi.cogn.
11 c.ij. ¶ † No.iij.etiam ſuper petitione incluſam dilatoriam habente
poſſe eodem inſtanti procedi ad finem conſequendi ⁊ repellendi:qꝛ
petitio ⁊ exceptio proponuntur ab eadem parte ad repellendaꝫ pe
titionem aduerſe partis:⁊ ſic ſe compatiuntur:nō procedit ergo vbi
dilatoria et petitio repugnant:quia a diuerſis partibus accumulā
12 tur:ſecus ergo ſi ab eadeꝫ.vt hic:ſic limita.de iudi.exhibita. ¶ † No
iiij.tenendo dictionem ſeu diſiunctiue quod agenti recuperāde ſuf-
ficere videtur in cauſa matrimoniali probare:aut ius matrimonij:
aut poſſeſſionem:et ſic alterum abſqꝫ altero eſſe poſſit etiam habi-
le ad cauſandum poſſeſſorium:ſed hoc non eſt verum.vt dicam in-
fra. Ideo intellige illam dictionē ſeu ſubdiſiunctiue.quaſi dicat nul
lo iuris quaſi poſſeſſionis.id eſt nullo iure:et ſic nec poſſeſſionis cō
modo deſtituta.et hoc apparet ex ratione que ſequitur.ex quo ha-
bes quod quo ad concludendam poſſeſſionem maritalem aptā ad
partum poſſeſſorij non ſufficere facti traditionem ſponſalibus non
precedentibus:aut cōſenſu legitimo:ex quibus aliquod vinculum
concludatur obligatorium:⁊ ex hoc apparet quod ad concluſioneꝫ
quaſi poſſeſſionis ſufficit probare traductionem cum ſponſalibus
de futuro precedentibus vel conſenſu legitimo ſubſequēte quod eſt
verum:quando ab altero eorū copula allegatur:et ſunt habiles eta
13 te ad matrimonium.arg.de deſpon.impu.atteſtationes. ¶ † Not.
v.appellatione exceptionis comprehendi actionem habentem in
ſe exceptionem incluſam:quatenus retorquetur ad exceptionis ef-
14 fectum. ¶ † Nota quod probatum in exceptionibus dilatoriis:ſi
veniat diſcutiendum in principali petito non prodeſt:niſi iterato
probetur ad hoc.ſ.de reſtitu.ſpolia.ſolicite. Et infra dicetur qd̄ pu
re contradicebat petens ante omnia reſtitui:et quod non poterat
minor hanc cauſam agitare per procuratorem:et quia iudex nō pro
cedebat mulier eſt pape conqueſta vel forte epiſcopus conſuluit pa
pam. Prima placet. Pet.et Abb.licet Secunda placeat Hoſtien.
15 ¶ † Oppo.i.quod non debuerit petitio reſtitutionis:etiam poſſeſ
ſione probata repellere mulierem:quia deductum per viam petitio
nis non repellitur.vt ſupra de ordi.cogni.c.ij. Solu.dicit Hoſtien.
quod prius excepit:poſtea egit:hoc eſt diuinare.dic quod hec peti-
tio habet priuilegium repellendi ſuper eodem iure:quando poſſeſ
ſorium recuperande. Secundo accumulatur ſuper eadem re:⁊ eodē
iure vt dixi.ſ.eo.ex conqueſtione.⁊ no. Ioan.ij.q.ij.c.i.vel dic quod
nuda petitio non habet finem repellendi:ſic petitio habens verba
ſapientia repulſionem.vt quando ibi eſt aliqua dictio notans ordi
nis prioritatem in procedendo et terminando:vt qꝛ dicit peto priꝰ
16 vel ante omnia reſtitui. ¶ † Oppo.ij.quod non poſſit eodem inſtā
ti ſuper exceptione dilatoria et petitione procedi.de iudi.exhibita.
Solu.non poteſt procedi eodem inſtanti quando exceptio et actio
aduerſantur:et a diuerſa parte opponuntur:ideo nō proceditur ſu-
per petitione viri ſimul et mulieris:ſed ſuper dilatoria et petitione
proceditur:quando conſonant vt quia proponuntur explicite vel
implicite ab eadem parte:hic enim non adeſt proceſſus inculcatio:
ſed facilior expeditio. Ideo admittuntur:quia ceſſat contradictio.
ad hoc.de ordi.cogni.tuam non admittitur talis accumulatio ſal-
tim ex equitate canonica:quia boni pretoris eſt lites dirimere.ff.ſi
17 certum peta.l.quidam.de libera.cauſa.l.ſi pariter. ¶ † Oppo.iij.
quod ex quo iam defecerat in probatione matrimonij:opponens
non debuerit iterato mandari hoc diſcuti:quia iam de hoc conſta-
bat in petitiōe reſtitutionis. Finis multipliciter intelligitur. Pri-
mo quod mandat diſcuti ſuper hoc:an danda vel non ſit licentia pe
tita:quia licet non concludatur matrimoniuꝫ:et quaſi poſſeſſio ma
trimonialis concluduntur.tamen ſponſalia contracta:quo caſu iu-
dex habet diſcutere:an ſit danda vel non:quod diſcutiet ex intelle-
ctu.c.de illis.de ſponſa.vel mandat diſcuti proponendo ſuper ma-
trimonio:quia id quod erat diſcuſſum ſuper petitione ſpoliatiōis
et ſuper replicatione contra illam interclusam exceptionem erit ad
alium finem diſcuſſum ſcilicet petitionem ſecundam repelli vt dixi
ſupra eo.ſolicite:vel tertio id quod mādabatur diſcuti erat queſtio
ſuper dote vel rebus que date dicebantur in doteꝫ. Prima plus mi
18 hi placet. ¶ † Venio ad glo.oppo.quod non potuerit petere licen
tiam mulier citius veniens ad etatem. de deſpon.impube.de illis.
Solu.quidam dicunt contraria procedere:qꝛ ſponſalia de futuro
ſunt conteſtata. Ita qd̄ ſponſaliorum ſupponatur vinculū validuꝫ
hic erat inualidum ex multiplici capite. Primo quia hic non fue-
runt contracta ſponſalia deficiente voluntate:quia matrimonium
contrahere voluerunt:⁊ non ſponſalia: quia ſi non valet quod ago
vt ago: nec vt poteſt. Gloſ.vlti.concordat contra hanc ſolu.facit de
deſpon.impu.de illis.⁊.c.tue.⁊ hodie determinatum eſt contra. de
deſpon.impu.c.i.lib.vi.dum tamen etas ſit habilis ad ſponſalia de
futuro. Ideo ſaluando hanc ſolu.dicere potes quod hic non value-
runt vt ſponſalia:nec vt matrimonium:impediente etate inhabili:
etiam ad ſponſalia:vt patet ex litera:huic ſolu.obuiat:quod puella
ſtetit vſqꝫ ad pubertatis annos:et ſic debuerunt ratificata eſſe ſpon
ſalia. Iteꝫ quia dicit litera quod puella contraxit infra pubertatis
annos:et ſic poterat ipſa eſſe apta ad ſponſalia:niſi vis inferatur li
tere. ¶ Glo.volens reſpondere ad primum dicit quod mulier receſ
ſit ante ſeptennium completum in puero:ſed non ſatiſfacit:qꝛ ſuffi
cit mulierem eſſe habilem ad ſponſalia vt teneatur expectare pue-
rum.vt dicto.c.de illis. Soluit glo.quod ſponſalia de futuro fuerūt
per vim contracta:ideo non proponitur aliquod vinculum ex quo
impediatur puella petere:hoc eſt diuinare. Tertio ſoluit glo.quod
hic voluit matrimonium copulare:voluntas tamen non proceſſit
niſi ad actum facti ſcilicet traditionis. Ideo nulla fuerunt ſpōſalia
potuit ergo mulier propria autoritate recedere:ſed hoc facit caute
petere licentiam:que danda eſt:ex quo nulla ſponſalia contracta:et
cautela fuit ſcd̄m Hoſt.ne ſecundum matrimoniū eſſet clandeſtinū.
Unde ſm Gof.⁊ Hoſti.nō erat neceſſaria petitio litere hic. ¶ Hic
tria ſunt videnda ⁊ concludenda. Primum.an matrimonium con-
tractum

tractum cum inhabilibus etate valeat vt ſpõſalia. Secundũ: an ſtã-
te cõtractu ſpõſaliorum ſit danda licentia alteri accipiendi ↄiugez.
Tertium: an ſpõſalia vel matrimonium ratificentur superuenientia
19 legitime etatis. ¶ † Ad primũ: ſi ambe perſone ſunt inhabiles eta
te: ⁊ ad ſpõſalia ⁊ ad matrimonium nõ valet cõtractus nec vt ſpõſa
lia: nec vt matrimonium. Qñq; tẽpore cõtractus ambo erant habi-
les: ſaltem ad ſpõſalia de futuro et vƺ matrimonium vt ſpõſalia de
futuro. de ſpõ. tue. de deſpon. impu. c. j. lib. vj. Nõ ob. brocar. ſi nõ vƺ
qđ ago ⁊c. q: intelligi debet id: quando peccatum eſt in forma: ſecus
ſi in cauſa efficienti vel materiali. Si aliter eſt inhabilis ad ſpõſalia
de futuro alter habilis: nõ valet vt ſpõſalia: quo ad inhabilẽ: ſed ha
bilis obligatur ad ſtandũ: ſi alter eſſet inhabilis donec alter ſit habi
lis ad conſentiendum vel diſſentiendum. vt in. c. de illis. Unde non
eſt danda licentia: ⁊ ſi dicatur hoc eſt cõtra hanc. decre. Reſpon. qđ
hic nõ negat eam denegandam: q: dicit admittendos ad hoc diſcu-
tiendum. Hec autem diſcutiendum eſt ſcđm determinationẽ. c. de il
lis. nam hunc determinare qđ canonicum eſt vt maior expectet mi-
norẽ vt ibi. Aut ſpõſalia tenuerunt vt ſpõſalia de futuro abvtroq;:
⁊ ſtandum eſt. c. de illis. de ſpon. ⁊. c. requiſiuit. Si vterq; eſt inhabi
lis ⁊ cohabitauerunt vſq; ad etatez alterius qui primus eſt habilis
effectus ad ſpõſalia. ⁊ idem: q: nõ eſt danda licentia. vt. c. de illis. de
20 deſpõ. impu. ⁊ hoc eſt illud canonicũ: q: hic decidi mãdat. ¶ † Ad
ſecundum: an ſtante cõtractu ſpõſaliorum mulier poſſit cõtrahere
ꝓpria autoritate: ⁊ an danda ſit licentia. dicit ſi cõtracta ſunt ſpon-
ſalia ⁊ nõ tenent ꝓpter defectum etatis vtriuſq; vel alterius qđ di-
cendum patet ex dictis in proximo membro: ſi non tenet ex defectu
cõſenſus vel ꝓpter metuƺ ⁊ ꝓpria autoritate poteſt recedere. tutius
eſt ꝓpter clandeſtinitatem ſecundi matrimonij vitandam: qđ licen
tia petatur: ⁊ nõ eſt deneganda. Si autem tenuit abvtraq; parte dic
21 vt de ſpon. de illis. ⁊. c. requiſiſti. ¶ † Ad tertium qñ ratificetur ꝑ ſu
peruenientiam maioris etatis. Inno. fuit in opi. ꝙ ſi a parentibus
ſunt cõtracta superuenientia maioris etatis ratificenꝭ tacite ad co-
habitationem ad qđ deſpõ. ad id qđ. de deſpon. impu. c. j. lib. vj. Si
ſunt cõtracta ab alio quam a parentibus vt a patruo vel ab alio etiã
cõiuncto: ⁊ fortius ſi ab extraneo talia nõ ratificantur superuenien
tia maioris etatis ⁊ cohabitatione ſꝫm Inno. Hoſti. hic cõtra: dum
tamen ſcientibus illis. de quorũ agitur matrimonio ſint ↄtracta vt
a quocunq; nomine eorũ cõtrahant ex poſtfacto ratificentur coha-
bitatione: vel ſimili ſigno. Remittit ad decre. j. de ma. cõtrac. Joã.
and. remittit. de deſpõ. impu. c. j. lib. vj. ibi Jo. an. dicit opi. Innoc.
ꝓcedere qñ agitur de validitate cõtractus: ⁊ taciturnitate illorũ de
quibus agitur ex preſentia: an habeantur ꝓ conſentientibus: q: ſi a
parentibus ſtatim teneat ſi ab extraneis nõ. Opi. antẽ Hoſti. proce
dit qñ agitur de ratificatione ꝓpter cohabitationez vel aliud ſignũ
vt illud faciet ſponſalia. vel matrimonium a quocunq; cõtractum.
Cauta ergo fuit hec mulier que adueniente etate diſceſſit: ne ratifi-
caretur matrimonium qđ dic. vt. d. c. j. Ad idem qđ no. de deſpõ. im
pu. c. j. lib. vj. ¶ Glo. ſequẽs eſt clara ibi. ſubſecutum de iure ⁊ de fa-
cto. de dona. inter virũ ⁊ vxo. ⁊ ſi neceſſe ſꝫm Hoſti. ¶ Uenio ad exa
minandam principalem materiam capituli que cõſiſtit super dua-
bus exceptionibus hic poſitis defectu minoris etatis. et de ſpolia-
22 tione. ¶ † Oppo. qđ bona fuerit minoris exceptio: quia minor nõ
põt eſſe in iudicio per ſe: ergo nec ꝓcuratorem cõſtituit. C. qui legit.
perſo. per totum. iuncta regula qđ quis. de regu. iur. lib. vj. Solu. re
gulariter nõ põt eſſe in iudicio. Gl. excipit multos caſus quos vide
in glo. q: clari. Item inquantum dicit minorem reputari maiorem
in voto. dicunt doc. hoc verum etiam in voto religionis: ex quo ma
ior eſt. xiiij. annis: vt ꝓbant capitula hic allꝭ. de ꝓba. in preſentia. de
voto ſacris. Item de voto ordinis. de tempo. or. vel nõ eſt. lxxvij. di.
c. j. ⁊. ij. In electione ſepulture ⁊ vt teſtamentum cõdere poſſit. de ſe-
pul. de vxore. ⁊. c. in noſtra. Ad cõtrarium ergo Reſpõdetur in caſi-
bus in quibus minor nõ poteſt eſſe in iudicio nõ põt procuratorez
conſtituere. Ubi autem poteſt eſſe in iudicio poteſt conſtituere pro
curatorem: ⁊ ſic nõ ob. C. de procurato. l. nõ ideo minus. de quo dic
vt de procurato. qui generaliter. lib. vj. ⁊ in ſpe. de noto. cri. j. ⁊. ij. col.
per que cõcludit glo. qđ cum generaliter ſꝫm gl. canonis. in ſpiritua
libus poſſit eſſe minor in iudicio: potuerit etiam procuratorem cõ-
ſtituere in omnibus cauſis etiam contra partem. ij. qđ. vij. queritur.
23 ¶ † Oppo. qđ nõ poſſit eſſe in iudicio altero reſpectu: ⁊ cõſequẽter
nec procuratorem cõſtituere: quia in geſtis ad eius preiudicium re-
24 ſtitueretur. ⁊ ſic claudicabit iudicium cõtra id. de mu. peti. c. ij. † Glo.
ad hoc reuocat in dubium: an in ſpiritualibus et beneficialibus re-
ſtitui poſſit minor: ⁊ primo arguit qđ nõ reſtituatur termino. Po-
ne enim qđ cõtraxit cum paupere quam credebat diuitem non reſti
tuetur: quia error diuitiarum nõ infringit matrimonium. xxj. q. j. §.
ſ. Item quia in ſpiritualibus mutat ſtatum: nõ ergo reſtituitur. xx.
q. ij. c. j. ⁊. ij. Item quia in talibus loco maioris habetur. Item vide
tur expreſſum. ꝟ. de elec. dudum. vbi ſententia lata cõtra eum etiam
indefenſum tenet. Item ne ſequatur abſurdum. vt ſi beneficio renũ-
tiaret quod alteri confertur: ille deſtituitur abſq; culpa cõtra id. lvj.
diſt. ſatis peruerſum. Item quia in ſpiritualibus cenſetur ſui iuris:

ſicut filiusfa. in caſtrenſi peculio. vt in. l. j. ⁊. ij. ad mace. In cõtrarium
arguit glo. quia in matrimonio: ⁊ in maiori datur reſtitutio. vt. ꝟ. ꝺ
in integ. reſtitu. ex literis. Item quia in rebus eccleſiaſticis eſt maiꝰ
periculum: ergo cautius agendum. Item quia qualitas clericatus
vt dignitas nõ debet tollere priuilegium: quia dignitas nõ minuit
25 ſed auget priuilegium. ff. de iudi. ſi longius. in ſi. † Cõcludit ergo qđ
ſi in beneficiali eſt leſus: auditur petens reſtitui: forte aduerſus ob-
miſſam probationez. In matrimoniali: dic qđ ſi eccleſia eſt decepta
ipſo iure ſeruatur illeſus: ⁊ ſic non eſt opus reſtitutione. ¶ No. glo.
que dicit in beneficiali dandam reſtitutionem in matrimoniali nõ.
Secundo quod ſententia in matrimoniali vel alia materia que nõ
tranſit in rem iudi. retractatur ipſo iure. ⁊ ſic nõ eſt opus reſtitutio-
ne. ¶ Duo ſunt videnda. Primum an in beneficiali detur reſtitu-
tio. Secundo qua via retractetur ſententia in matrimoniali quãdo
26 ledit maiorem vel minorem contra veritatem. ¶ † Ad primuƺ Tã
cre. hic ⁊ glo. accur. ff. de mino. ait pretor. in prin. tenent qđ nõ datur
reſtitutio. de quo in ſpe. ſecunda parte. de reſtitu. in inte. §. qualiter.
verſi. quid ſi minor. ⁊ ſe. Joan. ⁊ Uin. diſtinguebant: an eſſet proceſ-
ſum ad collationem in beneficiali ⁊ non reſtituebatur: vbi dicit reſti
tui. hoc dicit verum Hoſtien. quando ex hoc leditur beneficium: et
animabus eccleſie ⁊ beneficio. hoc expediat vt magis cõſideretur le
ſio eccleſie quam perſonarum. argu. de elec. in cauſis. ne ſe. vacan. c. j.
Uin. tamen. de reſtit. in inte. cum ex literis. tenet minorem reſtitui
etiam ſi beneficium ſit alteri collatuƺ ad quod facit. l. ſi minor. §. ſce-
uola. ff. de mino. de ceſſio. bo. l. is qui: per quas arguit Joan. vij. q. j.
eos. quod ſi eccleſia eſt habita pro derelicta re integra repeti poteſt:
de quo dic. vt de cle. non reſi. c. ſi. Jo. de lig. dicit Archidia. tenuiſſe.
xv. q. ij. §. certis qđ renuntians beneficio reſtituitur: etiam ſolo fa-
uore minoris: ⁊ idem collec. ⁊ hoc re integra. Item re non integra re
ſtituitur vt epiſcopus teneatur alteri in equiualẽti prouidere. ff. de
mino. l. in cauſe. §. pe. ⁊ aget alter condictione ex canone preſentiuƺ
vij. q. j. qđ nõ placet. Joan. de lig. ex quo res nõ eſt integra per. l. ſi. C.
de repu. here. ⁊. c. quamuis. de reſcrip. in. vj. Immo plus dicit hic: ꝙ
etiam nec re integra cadit reſtitutio: cum enim per renuntiationem
ſit extinctus titulus. de renun. admonet. ⁊. c. qđ in dubijs. reſtitutio
non integrat eum niſi noua collatio. Et ſi diceres eũ reſtitui ſine no
ua collatione: beneficiuƺ teneretur ſine canonica inſtitutione. de re-
gu. iur. beneficium. in. vj. ſꝫm Jo. de ligna. ſed certe reſtitutio aliquã
do reſurgit ius extinctum in ipſo iure vt patet in mili. reſtitutione.
vt no. de reſtitutione in integ. cum ex literis. in ingreſſu religionis
reſtitui non poſſe minorem tenet Hoſtien. ⁊ Uin. in. c. cum virũ. de
regula. quia ex hoc non leditur ⁊ vide ibi super gloſ. ij. Seruit enim
illi cui ſeruire regnare eſt. Idem glo. ſi. qđ metus cauſa. ca. dilectus.
Has opi. recitat Archi. ⁊ reſidet. in vlt. Uin. vt hic. Jo. an. xv. q. iij.
dicit. ver. cetero. Dic ſi renuntiauit propter monachatum nõ reſti-
tuitur: ſicut nec contra monachatum: quia non leſus. vt dicit ſpe. in
loco preal leg. licet recitatis. opi. nihil concludat. Si autem velit re-
ſtitui ex altera leſione: dic ſi cauſat ius reſtitutionis: vt maior ꝓpter
abſentiam: vel aliud impedimẽtum poteſt reſtitui. vt in. c. ex literis.
de reſti. in integ. ⁊ no. doc. in. d. c. cum dilectus. super glo. ſi. Reſpõ.
ad illam decret. cum ex literis. ſi vult reſtitui ex ſolo beneficio etatis
ſatis poteſt dici quod re non integra non poſſit: ſed re integra poſ-
ſit: ſi expediat eccleſie. vt dicit Hoſtien. ad hoc q: eo quod eſt promo
tus ad beneficium. videtur approbatus induſtrioſus: quo caſu pri-
27 uatur reſtitutione. l. j. C. qui. ⁊ aduer. quos. ¶ † Ad ſecundum gloſ.
dicit hic ſubueniri ipſo iure contra ſententiam: quod nõ placet Ho
ſtien. quia neceſſe eſt iudici. quod de iuſtitia fiat fides: et de exceptio
ne et errore per iura infra allega. ad quod de frigidis. fraternitatis.
Joannes and. dicit quod credit gloſ. habuiſſe eundem intellectum.
vt facta fide de errore per beneficium nullitatis retractetur ſenten-
tia. dic ſi veniens contra in matrimoniali: non ſolum intendit reſciſ
ſionem ſententie: ſed reintegrationem ad inſtantiam oportet quod
veniat via reſtitutionis. vt dicto capitulo cum ex literis. Si vult ve
nire contra acceſſoria vt dationem dotis. et ſimilia. poſſit ſi opus
eſt reſtitutione vt quia vir non eſſet dignus tante dotis ſumma. C.
ſi aduerſus dotem. et ſi aduerſus donatio. per totum. ff. de admini-
ſtratione tutorũ. lege cum poſt mortem. §. j. ſi velit reſtitui aduerſus
ſubſtantiam contractus matrimonij propter aliquam deceptionez
intrinſecus vel extrinſecus: non concludentibus nullitatem ma-
trimonij non poteſt reſtitui niſi propter qualitatem diuitiarum.
Idem dicit in ſpecula. ſi iuuenis contraxit cum muliere refulcita.
idem data. vt not. in loco preallegato. Ubi autem velit reſtitui ad-
uerſus ſententiam in matrimoniali: vel illam retractari ratione iu-
ſtitie: qualiter practicetur. capitulo lator. et capitulo conſanguinei
diuerſe reperiuntur date practice. gloſſa hic. quod ipſo iure contra-
hant: facit quia ſententia licet non tranſit in rem iudicatam. tamen
valet: ergo opus eſt reſtitutione. Hinc eſt quod habet illum effectũ
quem habent ſententie quo ad preſumptionem. vt nota. de electio.
bone. de probatio. quin contra. et per Innocentium. ⁊ nota. de ſen-
ten. excommu. cum deſideres. Et hoc dicit Archidia. ſecunda qõne
ſexta. super ſumma. vbi dicit quod tranſeunt in remꝫ iudica. quo ad

iuſtitiam iudicis. Alia glo. tenet qđ retractetur via querele. ſ. de of
fi. ordi. ad reprimendam. ad qđ. de ſen. exco. venerabilibus. lib. vi. et
eo. titu. per tuas. de offi. dele. cum cõtingat. Gl. alternatiue dicit: qđ
vel via reſtitutionis vel q̃rele. xxv. q. ij. in ſum. Qđ via reſtitutionis
ſentit glo. in. c. audientiam. de reſcrip. Archi. in ſum. ⁊ loco p̄all.
⁊ in ſum. ij. q. vi. tenet ꝙ reſtitutionis via: maxime quando tangitur
alterius tertij p̄iudicium vt matrimoniũ poſt cõtractũ: dic ſi vult
integrari ad inſtantiam ⁊ merita cauſe ſimul opus eſt reſtitutiõe. vt
dixi. Si ad merita negotij tantũ: ſi vult adire ſuperiorez qui nõ põt
adiri per viam q̃rele oportet qđ adeat via appellationis: ⁊ oportet
qđ appellet infra tẽpora ſtatuta: ⁊ lꝫ nõ trãſeat in rem. iudi. quo ad
fi. retractandi: tranſit quo ad finem deuoluendi. Unde via appella-
tionis nõ audiretur: ſi bis appellaſſet. vt no. gl. de offi. ordi. ad repri-
mendam. ⁊ de frigi. fraternitatis: ſi vult adire illum quem põt adire
via querele: cõmunis opi. ⁊ tutior eſt qđ agatur via reſtitutionis pu
to qđ ſi agatur via nullitatis vel querele qđ nõ vitiaretur modꝰ agẽ-
di: qꝛ eo qđ intendit oſtendere errorem: oſtendit id ꝑ qđ apparet ſen
tentiatum nõ pendere a poteſtate ꝓnuntiantis vt ſoluere legitime
cõtractum vel cõiungere nõ legitime cõtractũ: q̃bus caſibus demuꝫ
ſententia non tranſit in rem iudi. vt no. in. d. c. lator. ¶ Ad vtranqꝫ
opi. põt trahi opi. ſpe. in tit. de ſen. ꝓla. §. i. verſ. in ſum. vbi dicit qđ
põt agi offi. iudicis. naꝫ reſtitutio ad iudiciũ nullitatis imploratur
officio iudicis: ſi tamen vis tenere ꝙ via reſtitutionis non credo qđ
illa claudatur tẽpore: qꝛ ſemper ſubeſt iuſta cauſa dande reſtitutio-
nis: ⁊ ſi cauſa leſionis quotidie de facto oriatur: qꝛ quotidie inferũt
p̄iudicium animabus. de reſti. in integ. c. i. lib. vi. ⁊ ſ. e. titu. ex lite-
28 ris: ⁊ hec eſt veritas. ¶ †Oppo. qđ licet nõ ꝓbetur ꝓprietas matri-
monij detur poſſeſſorium: qꝛ fundatur ſuper nuda poſſeſſione. ſ. c.
in literis. ⁊. c. ex cõqueſtione. Sol. dicit glo. ꝙ q̃dam ſunt iura in q-
bus põt haberi poſſeſſio abſqꝫ titulo: qꝛ ius nõ reſiſtit potentie poſ
ſidendi: ⁊ in talibus poſſeſſio parit poſſeſſorium: cuꝫ poſſeſſio iuris
ſit eo ꝙ ius nõ reſiſtit: qꝛ generaliter admittit potentiã poſſidendi.
29 vt in cõtrarijs. †Quedam ſunt nõ cõmuniter poſſidibilia niſi certa
ſpecifica cauſa p̄cedente: vt hõ liber: qui nullo iure cõmuniter poſſi-
detur niſi in certis caſibus: ⁊ ex certis cauſis: ⁊ tunc niſi cauſa p̄cedẽs
detur: ex quo poſſeſſio permittatur: nõ daꝛ ex ſolo teneri facti poſ-
ſeſſorium vt in cauſa matrimoniali: nam cũ liber hõ nõ poſſideatur
niſi in cauſa matrimoniali: ⁊ talis eſt: tunc poſſeſſio reciproca qđ q
poſſidet poſſidetur: opꝫ qđ ſaltẽ apparenter appareat cauſa ꝓpter
quam vir poſſit poſſidere. alˀs poſſeſſio eſt facti. Ex quo cõcludit gl.
qđ poſſeſſio pura facti nõ cauſat poſſeſſorium: ſed opꝫ qđ poſſeſſio
habeat aliquid iuris: ꝓbat per ſimile in heretico et laico circa ſpiri-
tualia: qꝛ ipſi nõ habent poſſeſſionẽ iuris: ſed nudi facti agere poſ-
ſe nõ videtur poſſeſſorio ſic eſt introducta nõ p̄cedentibus vel ſub
ſecutis ſponſalibus: qꝛ illa poſſeſſio vt nudi facti nõ parit poſſeſſo-
rium. Sed huic ſol. obuiat ꝙ ſola poſſeſſio facti parit poſſeſſorium
vt. ſ. e. literas. in repetente vxorem: qꝛ eſt conſanguinea: ſimiliter in
ſeruo repetente poſſeſſionem: qꝛ ſpoliatus eſt. C. ſi per vim vel alio
30 modo. l. ſi. †Similiter in muliere repetente res ſibi donatas a viro:
quas iure reſiſtẽte tenet. l. i. §. deijcitur. ff. đ vi ⁊ vi ar. dic ꝙ q̃nqꝫ ius
reſiſtit poteſtati habendi vel poſſidẽdi pro ſe ⁊ nõ p̄tãti poſſidendi
vel habendi ꝓ alio: ⁊ tali datur aliq̃ñ poſſeſſorium: nõ pro ſe ſed pro
alio vt in ſeruo deiecto a poſſeſſione domini. vt. l. ſi. C. ſi per vim vel
alio mõ: nam hic agit nomine dñi: ⁊ iurat eius nomine de calũ. et ca
uet de rato: ſed nõ deiudicato ſoluendo. vt ibi no. ⁊ hoc inquantum
agit recuperande. An inquantũ agere velit ꝓ turbatiua admittaꝛ.
vide qđ no. de ap. cum teneamur. ſuper. i. glo. Quandoqꝫ ius reſiſtit
poteſtati habendi: ſed nõ poſſidendi vt in muliere: que res hꝫ dona
tas a viro: illud poſſidere põt. l. i. §. ſi vir. ff. đ acq. poſ. ⁊. d. l. i. §. deijci
tur. ⁊ adhuc tali datur poſſeſſorium ex nuda poſſeſſione. Et aduer-
te qꝛ hoc eſt verum vt poſſeſſoriũ detur ex ſola poſſeſſione: lꝫ reſiſtat
ius potentie habendi ſiue illa poſſeſſio ſit naturalis: ſiue ſit ciuilis.
Per que q̃dam dicunt qđ qꝛ mulier habet in talibus bonis natura-
lem poſſeſſionem ⁊ nõ ciuilẽ: ⁊ hoc ſenſit hic Jo. an. Reſpõdens ad
l. ſi eum qui. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. que dicit ꝙ mulier tales res iu
re ciuili poſſidere nõ intelligitur qđ nõ poſſidet ciuiliter ſed natura
liter ſcđm eũ. Sed veritas eſt ꝙ ⁊ ciuiliter poſſidet. vt. l. i. §. ꝙ ſi inter
ff. de acqui. poſ. licet nõ poſſideat iure ciuili reſpectu potentie habẽ
di vel poſſidendi irreuocabiliter. i. quo ad effectum. vt dicit gloſ. in
d. §. ſi vir. ⁊. d. l. ſi eum. Q̃nqꝫ ius reſiſtit poteſtati habendi ⁊ poſſidẽ-
di ſimpliciter vt in heretico: quo ad ſpiritualia in laico quo ad deci
mas: ⁊ talis nõ agit poſſeſſorio: qꝛ ius etiam poſſeſſioni nõ aſſiſtit:
⁊ talis poſſeſſio vt aſinina detentio: ſicut aſinus tenet frenum. vt. l.
qđ ſeruus. ff. de acquiren. poſ. nõ parit poſſeſſorium. vt dicit gloſ. in
laico cõtradicit gl. quo ad decimas Bart. brixi. xiij. q. i. §. i. põt dici
qđ in decimis poſſeſſis ante cõcilium habet poſſeſſorium: quia illi
poſſident toleratione eccleſie: ⁊ pape qui capacem fecit laicum ſpi-
ritualium. xvi. diſt. bene quidem. de his que fiunt a p̄la. cũ apoſto-
lica. In poſſeſ. poſt cõcilium dicit hic Cal. qđ agere nõ poteſt: ſꝫ be-
ne agere poteſt reſpectu quaſi poſſeſſionis iuris decimalis: quas ſic
poſſidere nõ põt: ſed bene agere põt reſpectu quaſi poſſeſſionis fru-
ctuum vel perceptionis fructuum decimarum quorum capax eſt: ⁊
agetur vel poſſeſſorio vtili vel condictione ex decre. querelam. ſ. de
elec. ⁊ ſic põt ſaluari Bar. brixi. in loco p̄all. Q̃nqꝫ ius reſiſtit pote
ſtati habendi: ⁊ nõ ipſo iure annullat et tollit habitum iuris: ſed il-
lud reſoluit: qꝛ habentem priuandum inducit: ⁊ ſic reſiſtit potentie
habendi irreuocabiliter: ſed nõ potentie habendi reuocabiliter tã-
tum: ⁊ tunc datur poſſeſſorium inquantum intendit habere momẽ-
tanee: ⁊ reuocabiliter. Inquantum intendit habere perpetuo ⁊ irre
uocabiliter nõ datur ei. vt in. c. referente. hic all. ⁊ in. c. ex inſinuatiõe
de ꝓcurato. iuncto. c. ſi cõſtiterit. de accu. nam pluralis olim nõ care
bat titulo primi vel ſecundi beneficij: ſed habebat optare alterum.
Q̃nqꝫ ius nõ reſiſtit nec potentie habendi: nec poſſidendi in genere:
datur tamen caſus in quo reſiſtit potentie habendi. ⁊ ſi ille eſt noto
rius nõ agitur poſſeſſorio. Unde dicit hic Cal. ꝙ ſi ꝯſtito matrimo
nio. de cõſanguinitate cõſtaret cõfeſſione agenti poſſeſſorio obſta-
ret exceptio cõſanguinitatis. alle. ad hoc. de diuor. ſignificaſti. ⁊ no.
de ſi. p̄eſ. cõſtitutus. ⁊. c. titu. ad decimas. lib. vi. ⁊ qꝛ in hoc vt noto-
rio iudex põt ſupplere: qꝛ hec nõ eſt ſupplectio facti: ſed iur. all. no.
Inno. ſ. de elec. cum inter. R. ⁊. c. titu. dudum. §. nos igitur. ⁊ de of-
fi. vicarij. c. i. Hoc verum in notorio cõfeſſionis. in notorio facti nõ.
vt no. ſ. c. in literis. ⁊. ſ. e. ex cõqueſtione ſuper. i. gl. de quo dic vt ibi
⁊ hoc quo ad ius matrimoniale. Q̃nqꝫ ius cõmune reſiſtit potentie
habendi ⁊ poſſidendi in genere: certo tamen caſu permittitur: ⁊ tũc
opꝫ qđ ille caſus ⁊ modus quo permittit ꝓbetur: ſaltem ſuo extrin-
ſeco aſpectu valide. ita ꝙ coloretur tenere vt pariat poſſeſſionez vt
hic. ⁊. ſ. c. ex tranſmiſſa. nam liber hõ poſſideri nõ põt: niſi in caſu iu
ris matrimõialis: ſed ſi illius reſpectu petitur reſtitutio: opꝫ qđ ꝓ-
betur aſpectus matrimonij quo caſu ſi ſubeſt defectus ſubſtãtie ma
trimonij quo ad extrinſecam formam cõtrahendi vel ſubeſt defectꝰ
ſubſtantie ꝓpter inhabilitatem perſonarum contrahentium: qꝛ nõ
habiles ad cõſenſum a quo ſubſtantiatur matrimoniuꝫ: quo ad for
mam extrinſecam: tunc nõ datur poſſeſſorium vt hic. Inquantum
patrui voluerunt cõtrahere ⁊ nõ cõtraxerunt vel inquantum cõtra-
xerunt vtroqꝫ vel altero exiſtente inhabili ad cõtrahendũ matrimo
niuꝫ reſpectu etatis. Q̃nqꝫ apparet aſpectus matrimonij quo ad eu
dem formam extrinſecam: lꝫ detur vitium materie intrinſecus data
habilitate etiam perſonarũ reſpectu etatis: ⁊ cõſenſus a quo extrin
ſece ſubſtantiaꝛ: ⁊ tũc daꝛ poſſeſſoriũ nõ obſtãte vitio itrinſecꝰ occul
to: ſi eſſet notoriuꝫ ſecus: qđ dic vt. ſ. dixi. ⁊ ſic intelligiꝛ. ſ. c. p̄ri. Ex
quo ꝯcludit archi. xxxiij. q. ij. ſeculares qđ mulieri agẽti poſſeſſorio
in matrimoniali obſtat exceptio rei iudi. ⁊ fuit dictum Rainerij in
ſum. q̃ñ ⁊ qualiter mulier petit reſtitutionem viri. ver. Tertius ca
ſus. all. pro caſu. de offi. deleg. cauſam matrimonij. ⁊ hanc opin. reci
tat archi. ⁊ dicit eam tenuiſſe Hoſti. in ſum. qui ma. ac. poſ. §. i. verſ.
eſt autẽ. ⁊ de cauſa poſ. ⁊ ꝓprie. ſub. §. is igitur. hec recitat Archi. in
loco p̄all. Glo. ſenſiꝛ cõtra. in. c. literas. ſ. e. in gl. iij. que dicit qđ exce
ptio rei iudi. nõ obſtat agenti poſſeſſorio: puto qđ cõtra agentẽ poſ
ſeſſorio vt reſtituatur obſtat exceptio rei iudi. qꝛ lꝫ nõ tranſeat in rẽ
iudicatã: hꝫ vires ſuas anteq̃ retractetur. vt no. de elec. bone. de ꝓ-
ba. q̃ñ cõtra. ⁊ dixi. ſ. ſicut ⁊ obſtat exceptio ꝯſanguinitatis. de qua
cõſtat cõfeſſiõe vt dixi. ſ. ⁊ eſt caſus a ꝯtrario. in. d. c. cãm m̃rimonij:
qꝛ ſi ibi cõfeſſio nõ fuiſſet meticuloſa ⁊ fuiſſet ſeparata ꝑ ſñiam vtri-
uſqꝫ iudicis: non reſtitueretur niſi prius diſcuteretur vis ſñie. vt no. hic
doc. ſcđm hoc ergo opꝫ qđ ꝓbetur aſpectus matrimonij quo ad for
mam extrinſecã ⁊ quo ad habilitatẽ perſonarũ exprimere valentiũ
legitimum conſenſum qui eſt forma matrimonij ſine quo cetera fru
ſtrantur. de ſpõ. tue. ⁊. c. tua. no. de ſpõ. duo. c. i. ſcđm hoc videꝛ ꝙ hic
ꝓbaretur aſpectus matrimonij ſaltez p̄ſumpti: ⁊ ſic debuerit dari
poſſeſſoriũ. ff. de ritu nupt. l. mulierẽ. gl. in prin. dicit qđ hic erat nu-
da traditio ſine ſpõſalibus que nõ cõcludit matrimoniuꝫ: ⁊ idẽ ſen-
tit in ſi. Ad hoc all. ff. de ſpõ. l. queſitum. Q̃nqꝫ ergo apparet nuda
traductio ſine aliq̃bus ſpõſalibus: ⁊ hic nõ ꝓbaꝛ aſpectus matrimo
nij: ⁊ ſic nõ põt agi poſſeſſorio vt hic ſcđm intellectũ qđ cõtrahere vo
luerint: ſed nõ cõtraxerunt. vt. d. l. queſitum. Q̃nqꝫ p̄ceſſerunt ſpõſa
lia: ⁊ inter inhabiles etate ad matrimonium: et poſtea apparet tra-
ductio ante tamen cõpletam etatem ad matrimonium aliter ab al-
tero diſceſſit: et adhuc hic nõ ꝓbatur aſpectus matrimonij habilis
ad cauſandum poſſeſſorium. Quandoqꝫ preceſſerunt ſponſalia in-
ter inhabiles etate: ⁊ ſecuta eſt traductio in qua perſtiterunt vſqꝫ ad
etatem habilem. et gloſ. dicit hic qđ p̄ſumitur matrimonium ſeu
ꝓbatur. vt. ff. de ritu nup. l. mulierem. Glo. poteſt dupliciter intelli-
gi: vno mõ vt loquatur de ſponſalibus de p̄ſenti: ⁊ procedit abſqꝫ
dubio. de deſpõ. impube. c. i. lib. vi. Secundo modo quod loquatur
de ſponſalibus de futuro. ⁊ hoc eſt maius dubium. gl. procedit ſi ꝓ-
batur copula: quia ſponſalia trãſiuerunt in matrimonium p̄ſum
ptum. de ſpon. is qui. Item procedit vbi eſt dubium de copula. ar.
de deſpon. impube. atteſtationes. ⁊. c. cõtinebatur. Si ab alterutra
parte allegetur: vbi autem cõſtaret de defectu copule non credo qđ
ſola traductio arguat matrimonium precedentibus ſponſalibus:
niſi in vidua in qua non poſſet bene conſtare de defectu copule
niſi vterqꝫ confiteretur. Ad hoc autem vt concludatur aſpectus
matrimonij

matrimonij cum poſſeſſione ad pariendum effectum poſſeſſorij: qd
generaliter requiratur: ⁊ quibus caſibus ꝯcludatur: ⁊ an exigatur
1 probatio tituli an nō. ¶ † Eſt aduertendum ꝙ ſuper hac materia
ſunt opi. Prima ꝙ ad ꝯcludendam poſſeſſionem ſufficit ꝓbare al
terum duorum. Primum ꝙ fuit vxor: ⁊ ſic de ꝓprietate cōſtet ⁊ hoc
tantum ſufficit. Secundo ꝙ cōſtet eam fuiſſe in poſſeſſione qḋ dicit
conſtare altero de iſtis modis: vel quia deferebat annulum vt vxor:
vel quia vxorem vocabat vel quia in ceteris eam vt vxorem tracta⸗
bat: qꝛ vocabat eam vxorem ⁊ eam vt vxorē habebat: vnde dicit hic
eam nō reſtitui: quia nō fuit de iure vxor eius: ⁊ ſic nō cōſtabat de ꝓ⸗
prietate iur. Item nō cōſtabat de poſſeſſione: ⁊ ſic non fuit commo⸗
do poſſeſſionis deſtitutus: cum nunꝙ in poſſeſſione fuerit: eo quia
nunquam ſecum fuit vt vxor: quia nō portabat annulum vt ſponſa
nec eam ſponſam vocabat: nec in ceteris vt ſpōſa agebat. Secus au
tem ſi ipſam vt ſponſam habuiſſet vt hic a contrario ſenſu colligit:
⁊ ſic loquitur. ſ. c. literas. ⁊ c. ex ꝯqueſtione. dicunt tamen iſti diffe⸗
rentiam habendam an ſit in poſſeſſione eius quaſi ſponſe: ⁊ tunc nō
reſtituetur quo ad carnalem copulam cum quo ad illā nullus ſit in
poſſeſſione: ſed potius ſequeſtraretur. de ſpon. cum locum: an eius
vt vxoris quia cum fuerit in quaſi poſſeſſione carnalis copule etiā
quo ad illam reſtituetur. vt ſupra. c. proxi. in fi. hec opi. inquantum
dicit ſufficere habere ius: licet non habeat poſſeſſionem: vel habue⸗
rit probari videtur per hanc decreta. ibi nullo iure ſeu poſſeſſionis
quaſi a contrario ſufficiat ſiue habuerit ius ſiue poſſeſſionem. Sed
nō placet Innocen. qḋ ꝓpter ſolum habitum iuris ſine poſſeſſione
poſſit agere poſſeſſorio: licet poſſit agere remedijs ſuper proprieta⸗
tem fundatis: quia illā pōt vendicare de iure canonico: adiecta cau
ſa etiā ſi ſit ſponſa vel potius iudicis officiū poſtulare vel implorare
infra de ſpon. ex literis. ij. ar. pre. l. j. §. per hanc. ff. de rei ven. Secun⸗
da eſt opin. latius diſtinguens qḋ quandoqꝫ agitur poſſeſſorio pro
muliere vel homine libero: nulla allegata cauſa: et non admittitur
poſſeſſorium: quia in eo non cadit regulariter poſſeſſorium vt dicit
glo. Quandoqꝫ allegatur cauſa ⁊ iuſta vt quia dicit eam ſe poſſediſ⸗
ſe vt ancillam ⁊ admittitur: nam probato qḋ eam vt ancillam poſſe⸗
diſſet ei reſtitueretur vt ancilla non vt vxor: quia oportet probare
prius in qua poſſeſſione res fuerit anteꝙ fiat reſtitutio: quia ſecun⸗
dum qualitatē poſſidendi ſit reſtitutio. j. eo. piſanis. ff. de libe. cau⸗
ſa. l. vt liberis. §. vlti. dummodo non appareat eum fuiſſe malitioſe
in poſſeſſione eius. ff. de libe. cauſa. l. igitur. §. ij. de quo ſupra. de ſer.
non ordi. c. ij. qḋ no. Quia euidenter iniuſta poſſeſſio non parit poſ
ſeſſorium. quandoqꝫ agitur poſſeſſorio: ⁊ allegatur cauſa a iure im⸗
probata ⁊ turpis. vt quia petit mulierem ſibi reſtitui allegata cau⸗
ſa: quia concubina dicendo qḋ fuit in poſſeſſione eius tenendo eā
in lecto: et non admittitur petitio: ſicut ſi hereticus peteret reſtitu⸗
tionem rerū eccleſie. xxiij. q. vj. c. ij. ⁊ iij. de preſcrip. cauſam. ff. de vi
⁊ vi ar. l. colonus. ⁊ l. vlti. Quandoqꝫ petit eam ſibi reſtitui vt vxorē:
⁊ probat ſpōſalia tantum de futuro: ſed ſunt nulla: quia cōtracta ab
inhabilibus etate. vt. j. vij. annos vel quia cōtracta a patruo: qui ꝑ
ea ſponſalia cōtrahere nō potuit: ⁊ adhuc nō pōt petere reſtitutio⸗
nem vt hic. Quandoqꝫ petit eam ſibi vt vxorem reſtitui ⁊ cōſtat ſpō
ſalia tenuiſſe vel ſaltē eſt ꝓbabile dubiū: ⁊ hic quidā dicunt agi poſ
ſe poſſeſſorio vt hic a ꝯtrio ſēſe hoc nō placet Inno. qꝛ dato qḋ ſpon⸗
ſalia cōſtarent fuiſſe cōtracta nō daretur reſtitutio: quia ex ſola vo⸗
luntate vtriuſqꝫ minoris pendent: nam quandocunqꝫ eorum alter⸗
utri placet a ſpōſalibus recedere pōt. de deſpon. impube. de illis: et
c. ſe. ſecus ſi eſſent maiores. de ſpon. ex literis. ij. Quandoqꝫ conſtat
eum aliquod genus ſponſaliorum cōtraxiſſe ⁊ eam cognouiſſe: ⁊ da
bitur reſtitutio intantum ꝙ nō admitteretur qḋ altero reſpectu nō
tenuit matrimonium: niſi ſecundum diſtinctionem. c. precedentis.
Hic enim poteſt dici deſtitutus commodo iuris ſeu poſſeſſionis.
Quandoqꝫ cōſtat ⁊ ꝓbatur aliquod genus ſponſaliorum: et eſt cer⸗
tum copulam nō interueniſſe vt quia vterqꝫ cōfitetur illam non in⸗
terceſſiſſe: ⁊ non dabitur poſſeſſorium: ſed agetur officio iudicis: vt
faciat illam exhibere: que ſpōſa debet exhibere viro. de ſpon. ex lite
ris. ij. ⁊ cōtra hanc petitionē admittitur exceptio cōſanguinitatis
vel alia exceptio: ob quam nō pōt eſſe vxor. ſ. c. ex tranſmiſſa. etiam
ſi impedimentum ſuperuenerit. de iureiuran. quemadmodum. ⁊ re⸗
pelletur etiam agens: ſi ipſa vellet ingredi monaſterium. de ꝯuer.
ꝯiu. ex publico: oportebit tamen qḋ probet ſpōſalia: ⁊ in hoc ꝯue⸗
niunt: ſiue agatur poſſeſſorio: ſiue agatur officio iudicis: ſed quan⸗
tum ad exceptiones admittendas. de cōſanguinitate vel nullitate
matrimonij: eſt differentia inter modos agendi. Quandoqꝫ probā⸗
tur ſpōſalia: ⁊ nō cōſtat de copula: an interceſſerit vel nō: ſed de hoc
reuocatur in dubium inter partes: ⁊ agens aſſerit. alter negat: dicit
Innocen. qḋ preſumptio eſt pro dicente copulam ⁊ datur reſtitutio
nec admittitur exceptio cōſanguinitatis: dum tamen fuerint ſimul
vnde ſtandum eſt verbo dicentis copulam. de ferijs. ca. j. de deſpon.
impub. cōtinebatur. de preſumpt. tertio. Quandoqꝫ agens probat
qḋ eam vocabat ſponſam vel tractabat vt vxorem: ⁊ cetera ſimilia: ⁊
tunc non ſufficit hoc probare quo ad partum poſſeſſorij: ſi non ali⸗
ter conſtat de contractu: licet ſufficiat tales tractatus probare quo

ad legitimandam prolem. qui fi. ſint legi. tranſmiſſe. ⁊ c. per tuas: qꝛ
ibi fauor legitimationis: hic periculum anime. Item ibi omnes fa
tebantur ſponſalia: hic vnus deſitetur. Non ob. de preſumpt. illud.
quia per ſola inſtrumenta dotalia non fuerunt probata ſponſalia.
vt ibi no. de quo Joan. and. remittit ibi. Non obſt. predictis ſi dica
tur ſecundum hoc ſequitur qḋ ſi aliquis petit reſtitutionem ancil⸗
le: oportet probare quomodo ius ancille queſiuit. et ſi petatur reſti⸗
tutio poſſeſſionis eccleſie vel canonicatus. oportet qḋ probet cano⸗
nicam electionem ⁊ legitimam inſtitutionem contra id. de preben.
dilecto de his que fiunt a maio. par. ca. ex ore. dic qḋ caſus ſunt diſſi
miles: quia in actibus matrimonialibus nō reperiuntur actus non
permiſcui: nec proprij iuri matrimoniali: quin eque bene cadant: et
cōpetant adulterio niſi detur cōſenſus matrimonialis vel ſpōſalia:
⁊ ſi dicatur actus qḋ eam vocabat vxorem nō ꝓportionatur adulte⸗
rio vel cōcubinatui. Reſpondetur qḋ per talem vocationem ſolam
nō queritur poſſeſſio: ⁊ qꝛ ſepe adulteri vt cooperiant peccatum: di⸗
cunt vel vocant ſe cōiuges: ſecus eſt in actibus canonicalibus: qꝛ re⸗
periuntur actus appropriati ſolis canonicis: ita qḋ nō alijs ſicut in
tereſſe electionibus ⁊ cōmunibus tractatibus: ⁊ recipere prebendā.
Ideo ex talibus cōcluditur poſſeſſio canonicalis: ſecus ſi in his alij
inuenirentur quem canonici. de elec. cauſam. de regula. c. ij. Item in
reſtitutione matrimoniali petitur reſtitutio ſuipſius a reo: qui be
ne fecit diuertendo ab illicito coitu: ſed in reſtitutione beneficij non
petitur reſtitutio ſuipſius: qui male fecit ſpoliando: etiam ſi alias
iudex eſſet. ſ. c. cōquerente. ſm Hoſtiē. ſimiliter in actibus ſeruitu⸗
tis: licet in multis cōueniant ancilla cum mercenaria: nō tamen in
omnibus: nō enim poteſtas olim erat vite ⁊ mortis in mercenaria:
ſicut in ancilla. inſti. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. §. j. Item mer⸗
cenaria auditur cōquerens de dn̄o: nō ancilla. ff. de iudi. nulla. vt er⸗
go ſibi cōpetat reſtitutio ancille oportet quod ꝓbet aliquid de pro⸗
portionabilibus ancille tantum: vel ſeruo ſm Inno. vnde nō ſolū
actus impertinentes debent excludi: de quibus. de offi. archidia. vt
noſtrum: ſed etiam opꝫ vt permiſcuos excludi. de quibus. C. quibus
⁊ quar. pars debe. l. ij. lib. x. ff. de inſti. l. ſi quis. §. apud celſum. ff. de le
ga. iij. l. hoc legatum. qḋ intelligit Jo. an. vbi per cōiecturas diſcer⸗
ni poſſit in qua parte vel ſenſu: exercetur ille actus permiſcuus. ff. de
leg. in. l. Item legato. §. ij. Exempla de ancilla nō placent Hoſti. qꝛ
hodie dn̄s in ſeruum ꝑtātem neceſſe nō habet. l. ij. ff. de his qui ſunt
ſui vel alie. iur. per hoc tamen diſcernitur ſeruus a mercenario: quia
mercenarius querit ſibi: ſeruus dn̄o. inſti. de his qui ſunt ſui vel alie.
iur. j. Reſpō. Item nō ita libere extrahitur mercenarius de eccleſia:
ſicut ſeruus. C. de his qui ad eccle. cōfu. l. preſenti. Item mercenari⁹
nō venditur: ſed ſeruus ſic. inſtitu. de iur. perſo. §. ſeruitutis. Itē fi⸗
lius mercenarij nō eſt dn̄i ſicut filius ſerui. inſti. de re. diui. §. partus
Item ſeruus tantum naturaliter obligatur. ff. de cōdi. indebi. l. na⸗
turaliter. Mercenarius etiam ciuiliter: qꝛ liber. ff. de acti. ⁊ obl. per
totum. ⁊ multas alias differentias colligere poterit diligens inda
gator iuris ciuilis. Per hoc cōcluduntur tria qḋ ꝓpter hoc qḋ aliq
actus vxori ꝓportionabiles gerantur nō queritur quaſi poſſeſſio iu
ris matrimonialis: niſi aliqḋ ꝓbetur de titulo. Recitat in hoc ⁊ reſi
det Inno. aliquos dicere qḋ bene obtinebit agens poſſeſſorio: ſi ꝓ⸗
bet qḋ volens accipere poſſeſſionem iuris vel vinculi cōiugalis ia⸗
cuit cum ea vel aliquem actum fecit qḋ ſpecialiter ſit inter cōiuges:
⁊ alter ex cōiugibus hoc ſciebat ꝙ alter intendebat quaſi poſſeſſio⸗
nem iuris cōiugalis acquirere. Secundo cōcluditur. ſ. qḋ exercitio
actuum qui permiſcui ſunt canonicis ⁊ alijs: nō acqritur quaſi poſ⸗
ſeſſio iuris canonicalis: ⁊ ſimiliter de ancillatu: hoc vltimum impu
gnat dicens qḋ poſſeſſio canonici ⁊ ſeruitutis bene ꝓbatur etiam ſi
nō ꝓbat aliquem de illis actibus qui tantū canonico vel ancille cō⸗
petunt: ſed ſufficit ꝓbare ꝙ aliqḋ fecerit vt canonicus vel vt dn̄s: in
tendens ſibi querere poſſeſſionē canonicatus vel ancille. ⁊ hoc bene
ſciebant illi: quorum intereſt qḋ bene intendat ſibi querere poſſeſſio
nem. als nō de capel. mo. dilect⁹. de poſtu. pre. bone. ij. ⁊ dicit ꝙ hoc
ſibi plus placet quā ꝙ no. ſ. c. in literis. de quo dic vt ibidē dixi: quā
tum ad poſſeſſionē maritalē placet Hoſt. qḋ vltimo hic dicit Inno
cē. Cōclude ergo ſm Hoſti. qḋ omnis actus per quē cōcluditur ma⸗
trimoniū verum aut preſumptum quo ad extrinſeca cōcludit quaſi
poſſeſſionē aptā ad partē poſſeſſorij: dū tamen cum hoc excludatur
clandeſtinitas: vt qꝛ ſpōſalia ſunt cōtracta in facie eccleſie miſſis bā
nis ⁊ ſeruatis: que habent̄ de clauſula de ſpō. cū inhibitio. als non
ſolum eccleſia nō faceret reſtitutionem fieri: ſed etiā ſi ſimul habita⸗
rent eos ſepararet ad tēpus ſicut faceret ſi cōtra interdictum cōtra⸗
xiſſent. vt dicto. c. cū inhibitio. de ſpō. tua. de ma. cōtrac. cōtra inter⸗
dictum eccleſie. c. j. ⁊. ij. ⁊ ſic intellige. ſ. c. ex tranſmiſſa. nō ob. ſi dicat̄
qḋ nō licet alleganti clandeſtinitatē opponere ſe reſtitutioni: qꝛ al⸗
legat ſuam turpitudinē. de dona. inter dilectos: qꝛ ſpeciale in cauſa
matrimoniali. per no. de re iudi. lator. ⁊ c. cōſanguinei. vel cū vir re⸗
periatur in poſſeſſione libertatis contra ſeruitutem vxoris: melior
erit in pari cauſa conditio poſſidentis. ff. de cōdi. ob cauſam. l. ſi ob
turpem. multo fortius auditur opponens: ſi cum clandeſtinate iun
gat aliquod canonicum impedimentum: vt qꝛ cōſanguinea vel af⸗

ſinis vt patet ex no. ſ. c. literas. Itē ſi maritus nihil obijciat eccleſia
tamen ex officio repellere poteſt ipſam: vt patet ex premiſſis. vt no.
de excep. exceptionem ſm Hoſti. Caſus autem in quibus concludi-
tur matrimoniū verum vel preſumptum vel quando nō. vide ex no.
ſ. de preſump. illud. vbi dicam. Unum tamen nō obmitto qđ eo qđ
ſe vocent vir ⁊ vxor niſi alij actus magis ſtricti interueniant: non in
cluditur matrimonium verum vel preſumptum. nec ob. C. de nup. ſi
vicinis. ⁊ .l. in liberam. ff. de ritu nup. qꝛ id de iure ciuili. Iura autē
canonica in dubio preſumunt fornicationem ⁊ adulteriū. xxx. q. v.
c. ij. ⁊ c. noſtrates. ⁊ c. qualis. ſm Io. an. Concludo aliquos caſus ꝑ
intellectu litere: ſi detur nullitas matrimonij ex forma verborū aut
etatis impedimento: qꝛ deficit rudis forma matrimonij non eſt ali
qua quaſi poſſeſſio a iure approbata ⁊ nō datur poſſeſſorium vt hic
ſi detur matrimonium qꝛ habilitas etatis pōt dici ꝙ ex hoc ſolo nō
datur reſtitutio: qꝛ nō datur hic quaſi poſſeſſio licet detur ꝓprietas
niſi dicatur qđ nuda voluntate queratur poſſeſſio qđ nō placet: niſi
aliquis actus intercedat. Si detur actus matrimonialis vtroqꝫ ſciē
te ⁊ patiente eum velle quaſi poſſeſſionem ſicut actus copule nō eſt
dubium ſm Hoſt. Sed Inno. ſentit de quolibet alio actu qđ credo
ex quo cōſtat de animo vtriuſqꝫ volentis querere quaſi poſſeſſionē:
dummodo actus ꝓportionetur matrimonio: licet ſit promiſcuus
ad qđ de preben. dilecto. vnde cū vterqꝫ velit quaſi poſſeſſionem que
nō poteſt haberi abſqꝫ ꝓprietate habet vterqꝫ. l. illud. ff. de acquirē.
here. Si dentur ſponſalia de futuro valida ante vel poſt cum tradu
ctione vel copula: vel vbi dubitatur de copula: planum ꝙ hic cōclu
ditur matrimonium vt ſupra dixi. Si ſponſalia cum ſola traductio
ne ſi ſunt de preſenti adhuc planum: ſi ſunt de futuro et ſunt valida:
communis opi. ꝙ ſola traductio nō cōcludat matrimoniū: ſed for
te poſſet dici ꝙ ſic: data habili etate per iſtum tex. qꝛ ſic ducendo vi
detur facere animo acquirendi poſſeſſionem maritalē qđ patet ex
his que preceſſerunt. Hec omnia intellige inquantū excludatur clā
deſtinitas ſm Hoſtiē. Si detur matrimonium: ſecuta traductione:
abſqꝫ copula quam cōſtat nō interceſſiſſe: tenent doc. hic nō dari re-
ſtitutionem. de ſpon. cum locum: qꝛ tunc poſſet religionem ingredi
de cōuer. cōiu. ex publico: ⁊ qꝛ timetur ne corrumpatur. Io. de lign.
tenet hic cōtra inquantum peteret reſtitutionē altero reſpectu quā
copule: qꝛ per ſolam traductionem eſt in poſſeſſionem illorū abſqꝫ
copula per. c. literas: ꝙ credo ſi vir nō ſit ſic ſeuerus qđ timeatur de
extorſione copule. per. c. ex literis. ſm Io. de lig. nō ob. qđ poſſit re-
ligionem ingredi: qꝛ per hoc non tollitur poſſeſſio anteꝙ ingredia-
tur. Item non reperitur ꝙ copula exigatur ad poſſeſſionē: niſi quo
ad hoc vt reſtituat quo ad actū copule: ſed bene reperitur poſſeſſio
nem queri quo ad alia ſola traductione. Item ſecundum hoc ſi mu
lier allegaret petentem reſtitui frigidū: nil obſtaret exceptio: quia
ſic mulier ſemper impediret reſtitutionem allegando frigiditatem
32 ſm Io. de lig. puto qđ ſupra dixi. † Ex his deciditur dubiū an mu
lier agens petitorio poſſit ſuſpendere petitorium: ⁊ agere poſſeſſo-
rio in cauſa matrimoniali. Archi. ꝙ ſic. xxiij. q. ij. ſeculares: ⁊ dicit ꝙ
fuit dictum Ray. in ſum. quomodo ⁊ quando mulier repetat virū
alleg. de cauſa poſ. paſtoralis. ⁊ .l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquirē.
poſſeſ. Non ob. qđ poſſeſſio ſine proprietate haberi nō poſſit vt hic:
⁊ ſupra eo. extranſmiſſa: ⁊ ſic videntur inſeparabilia: quia vbi agitur
in petitorio: oportet plenius conſtare de proprietate et oportet qđ
omni reſpectu excludatur nullitas matrimonij: vbi agitur poſſeſſo
rio: cum proprietas incidenter deducitur: nō ita ſubtiles ⁊ pondero
ſe exiguntur probationes. Item ſufficit probare matrimonium ſo
lum quo ad aſpectum extrinſecum validum. ⁊ hoc tenet Hoſtien. in
ſumma. qui ma. accu. poſ. §. j. verſi. eſt autē: ⁊ de cauſa poſ. ⁊ propri.
ſub. §. his. ergo tangit etiam ibi: an ſententia lata in poſſeſſorio ob-
ſtet agenti de proprietate: ⁊ tenet ꝙ nō: qꝛ ibi queſtio ꝓprietatis nō
33 deciditur: niſi incidenter ⁊ ſummarie. † Ex his cōcluduntur duo ca-
ſus in quibus oportet agentem poſſeſſorio iuſtificare aliquo reſpe-
ctu poſſeſſionem. dicit tamen Freder. ſuo cōſilio. cclxxiij. quemlibet
poſſe ſi vult poſſeſſorium iuſtificare ex titulo: ſed dicit qđ alias non
admittitur queſtio ꝓprietatis: ſi poſtea ſequeretur reſtitutio ꝓpter
ſuccumbere in petitorio ſurgeret ſcandalum: puta ſi peteretur aliqs
vt monachus ⁊ cōtra agentem poſſeſſorio opponeretur qđ non eſt
monachus illius: ſed alterius monaſterij: nam ſi reſtitueretur opor
tet qđ mutet habitum: ſi poſtea ſuccumberet in proprietate adhuc
oportet qđ mutet habitum qđ nō eſſet ſine ſcandalo: ⁊ forte nec ſine
peccato: ⁊ talis caſus impedit reſtitutionem. vt no. ſupra. c. literas.
iij. q. j. in ſum. ⁊ in ſpec. de peti. ⁊ poſ. §. vltimo. vbi ponuntur caſus.
In quibus nō datur reſtitutio. adducit ad hoc qđ me. cauſa. c. j. ⁊ de
cōuer. cōiu. per totum. et qui cleri. vel vo. c. vltimo: quia vbi tracta-
tur de reſtitutione monachali: papa anteꝙ velit quod cōpellatur
ad habitum reaſſumendum mandat inquiri: an tales fuerint obliga
ti religioni. alleg. no. de ſi. preſ by. conſtitutum. vbi impeditur reſti-
34 tutio: vbi poteſt eſſe cauſa peccati. † Ex his deciditur an pater agēs
poſſeſſorio recuperāde pro filio ratione patrie poteſtatis audiatur
⁊ an habeat aliquid docere de proprietate iuris. Io. an. in addi. ſpe
cu. in titulo de peti. ⁊ poſ. §. j. verſi. quid ſi matrimonium. ⁊ ver. item
quid ſi agenti: tenet qđ agere pōt: quia hoc eſt ius: ⁊ quaſi poſſidibi
le: ergo pro eo datur reſtitutio: oportet tamen qđ probetur aliquid
de proprietate: qꝛ liber homo nō poſſidetur: niſi caſualiter. ⁊ ibi con
cludit qđ ſicut agēti poſſeſſorio incumbit in caſibus iſtis docere de
proprietate aliquid ita excipienti de ſpoliatione: quam etiam pro
filio ſpoliato dicit ei competere: licet queſtionē inſolutam dimiſe-
rit ibi ſpe. allegat. iij. q. j. c. ij. in ſi. ibi poteſtatibus curent. iij. q. ij. al-
leg. ij. q. ij. in ſcripturis: ibi poteſtati eorum ⁊c. ⁊ c. ſe. dicit omnia iu-
ra reſtituenda patriam poteſtatem ius eſſe cōſtat. inſti. de patri. po
35 teſta. §. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. j. ⁊ .iij. igitur ⁊c. ¶ † Ul
timo dubitat hic cal. an hec exceptio nō poſſidebas: vel non potes
poſſidere rem de qua agitur poſſeſſorio ſit dilatoria an perempto-
ria qđ ſit peremptoria facit qđ no. de reſti. ſpo. ad decimas in gl. no.
per opi. ⁊ qđ no. Io. and. de fo. compe. ex parte. ſuper vltima gl. ſed
illud quando in reſcripto expreſſit falſum quo tacito literas non ha
buiſſet. de reſcrip. ſuper literis. dicit qđ putat ꝙ ſit peremptoria: qꝛ
reſpicit principale factū de quo agitur ⁊ dicit eā proponendā poſt
lit. cōteſ de li. cōte. c. j. lib. vj. ad hoc de adul. c. pen. tamen ibi dicit exce
ptionem adulterij fore peremptoriam ⁊ dilatoriam vt poſſit oppo
ni ante lit. cōteſta. ⁊ poſt: ſed dicit Ioan. cal. ibi ſpeciale ꝓpter pec-
catum. de vſuris. quia fruſtra qđ non eſt hic: puto ꝙ ſit litis finite: et
poſſit opponi ad merita ⁊ ad proceſſum: quia cōcludit agentē fun
ditus ius agendi nō habere: ⁊ tales ſunt litis finite: vt dicto. c. j. ⁊ di
xi. de reſcriptis. ſuper literis. ſcribit Barto. ff. de re iudi. l. conquere
batur. et. l. tranſacta. ff. de verbo. ſignifi. et. l. j. in ſi. ff. ad tertul. et hec
ſufficiant. Anto. de but.

1 ☞ Interdictum vnde vi nō competit cōtra illum qui non ſpolia
uit nec ſpoliari mandauit neqꝫ ratum habuit.
2 Hoſpitale vbi habet eccleſiā in dubio eccleſia iudicatur principalis
hoſpitale vero acceſſorium.
3 Delegatus ad examinationem ⁊ cognitionem cauſe nō videtur in
dubio cōmiſſus ad deciſionem eiuſdem niſi exprimatur.
4 Reſcriptum per qđ mandatur vt ſecundum debitū iuris ⁊ iuſtitie
cauſa terminetur non videtur dare nouam formam ſed tantum de-
bitum iuris excitat.
5 Sententia lata cōtra iuris formam mādato principis an ſit nulla.
6 Libellus per quem petitur res vel poſſeſſio cū ſuis pertinentijs ali-
ter nō ſpecificatis ⁊ poſſeſſionibus quomodo valet. nu. 6. vt tanquā
nimium generalis nō repellatur. nu. 22. vtiqꝫ ſentētia inde ſequi va
leat etiam in genere ſuper pertinentijs. nu. 24.
7 Poſſeſſio nomen denotat quandoqꝫ proprietatem.
8 Legata poſſeſſione quam habet teſtator cū ſuis cōfinibus in tali lo
co an videatur legata ipſa ꝓprietas vel ſolū cōmodum poſſidendi.
9 Pertinentiarum appellatione non comprehenditur poſſeſſio nec
econtra. nu. 23. ⁊ 24.
10 Libelli cōcluſio per quā libellans petit rem ſibi reſtitui an adaptet
ad petitorium ⁊ poſſeſſorium vbi libellus eſt datus in materia poſ
ſeſſoria. numero. 21.
11 Poſſeſſorio recuperande agenti cautum eſt antiquā poſſeſſionem
deducere propter momentaneā que non ſemper cauſat interdictū.
12 Uerbum preteriti temporis perfecti habet ſemper tacitam abnega
tionem de preſenti actus vel quantitatis cui adiungitur.
13 Litis cōteſtatio inducitur ſola reſponſione ad narrata ⁊ alias per
verbum neſcio vel nō credo id qđ petis tibi eſſe debitum. nu. 14.
15 Uerbum credere vel nō credere adaptatur ad ignorantem.
16 Teſtis deponens per verbum credit nō probat in apprehenſibili-
bus ſenſu proprio.
17 Hoſpitalia ſunt epo ſubdita iure cōmuni ſuper quibus ratiōe ſub-
iectionis fundat eps intentionem ſuam.
18 Teſtes poſſunt eodē inſtanti recipi ſuper petitione ⁊ exceptione.
19 Delegata cauſa quo ad petitorium ⁊ poſſeſſorium an poſſit actor
intentare alterum tantum an vero ad vtrunqꝫ actetur.
20 Libellus continens plures actiones an procedat vt libellans coga
tur alteram eligere.
23 Pertinentie que veniant vbi res petitur cum ſuis pertinentijs et
quomodo in materia probationis pertinētie debeant declarari vt
ſententia inde ſequi valeat certa. nu. ſeq.
25 Poſſeſſor an hodie preſumatur qui olim fuit poſſeſſor.
26 Dominus an hodie preſumatur qui olim fuit dominus.
27 Poſſeſſor an eo qđ poſſidet preſumatur dominus.
28 Poſſidere an preſumatur dominus.
29 Poſſeſſor an quis preſumatur ex detentationem rei.
30 Exceptio omnis inhabilitās perſonam ad agendum vel aliter im-
pediens pro tunc poteſtatem agendi in iudicio admittitur contra
agentem poſſeſſorio recuperande ⁊ quelibet alia detrahens poſſeſ-
ſorio: alia autem extrinſeca nō admittitur ad repellendum agentē
niſi ſit notoria cōcludens proprietatem vel quando proprietatis ex
ceptio opponitur a tertio cōtra quem nō agitur vel quando excipi
tur contra intruſum in ſedem romanam expulſum aut propter cri-
minis enormitatem ſiue notorietatem priuationem proprietatis
inducēs.

inducen.ſeu ſcandalum propter que non reſtituitur dominus.
Cum ad ſedem. ¶ †Interdictum vnde vi
non cõpetit cõtra illum q
non ſpoliauit:nec ſpoliari mandauit nec ratum habuit.
In prima proceſſus narratio. In ſecunda cauſe diffini-
tio.ibi nos priores. Prima ſubdiuiditur. Primo ponit cauſe com
miſſionem. Secunda ibi coram proceſſum habitum coram delega-
to ꝛ ipſius diffinitionem. In tertia ibi.mulier proceſſum habitum
coram papa per appellationis remedium. Pro intellectu caſus du
plex eſt principalis intellectus. Unus qđ hoſpitaliorum intentio
eſſet inepta quo ad omne genus poſſeſſoriꝫ:q2 nõ probatur eos poſ
ſediſſe ꝛ ex nõ admiſſione ad poſſeſſionem nõ cõcluditur ſpoliatio:
ſi nõ poſſidebat. Alius intellectus qđ eorum intentio erat inepta:
nõ quo ad ſubſtantiam cuiuſlibet generis poſſeſſoriꝫ:ſed quo ad ſpe
ciem quam intendebat.ſ.interdictum vnde vi:eo q2 dato qđ proba-
tum foret eos poſſediſſe ꝛ nõ admiſſos:immo repulſos a nũtijs epi-
ſcopi:cum nõ cõſtaret nuntios ad hoc habuiſſe mandatum nec feciſ
ſe nomine epiſcopi:nõ conſtabat epiſcopum ſpoliaſſe vel ratam ha
buiſſe ſpoliationem ſuper quorum altero fundatur ſtrictum inter-
dictum vnde vi:alios intellectus videbis cum glo.et hec ſufficiant
2 pro intellectu caſus. ¶ †No. vbi hoſpitale habet eccleſiam.eccleſia
3 in dubio iudicatur principalis hoſpitale acceſſoriũ. ¶ †Not.ſcđo
hic aptũ qđ cõmiſſa cauſe examinatione cognitione nõ videt cõmiſ
ſa cauſe deciſio niſi exprimatur.vide qđ no.de offi.deleg.ſuper que-
ſtionuꝫ.§.j.ꝛ qđ no.in.l.a diuo pio.de re iudi.ꝛ qđ no.in cle.auditor
4 de reſcrip. ¶ †No.iij.qđ per mandatum vt ſecundũ debitum iuris
ꝛ iuſtitie cauſa terminetur:non datur noua forma mandato:ſed tã-
tum debitum iuris excitatur. †Hinc eſt qđ hec ſententia lata cõtra
formam iuris tali ſtante mandato nõ eſt nulla qđ patet: q2 caſſatur
vt iniuſta:ꝛ eſt caſus pro dicto Inno.in.c.prudentiam.in glo.ma-
gna ad medium.de quo per Bart.in.l.ꝛ ſi ſocietatem.§.arbitrorum
ff.pro ſocio.ꝛ dixi in.c.quintaual.de iureiur.ad hoc qđ no.de reſcri.
5 cauſam. ¶ †No.iiij.qđ ꝓcedit hic libellus peto eccleſiã cũ pertinẽ-
tijs ſuis:aliter nõ ſpecificatis ptinẽtijs ꝗ poſſeſſionib⁹:ꝛ ſic ſufficit li
bellum fore certum in principali quamuis in acceſſorijs ſit incertus
ad hoc quod no.de ordi.cogni.cum dilectus.et.ꝫ.de libel.obla.c.ij.
7 ¶ †Not.v.qđ aliquando verbum poſſeſſio notat proprietatem vt
habeo poſſeſſionem.id eſt tale poſſidere.ad hoc.ff.de verbo.oblig.
8 l.interdum:quod facit ad queſtionem Hoſt. †Si teſtator legat poſ-
ſeſſionem ſuam.an videatur legaſſe ſolum cõmoduꝫ poſſidendi:an
etiam ꝓprietatem:quia proprietatem ad qđ.ff.ad mu.l.filij liberto-
rum.§.fi.C.de fide inſtru.l.fi.C.de cõtrata.cum res.de do.inter virũ
ꝛ vxorem.l.ſi quidem.ꝛ ſic econtra dominuꝫ pro poſſeſſore.C.de rei
9 ven.l.quoties.vt lite nõ cõteſta.quoniam.§.ꝙ ſi ſuper. ¶ †No.ap-
pellatione pertinentiarum nõ comprehendi poſſeſſionem nec ecõ-
10 tra. ¶ †No.vij.tenendo qđ hic fuerit actum petitorio ꝛ poſſeſſorio
qđ hec concluſio peto rem reſtitui adaptatur vt congrua cõcluſio:et
ad petitorium ꝛ ad poſſeſſorium:ꝛ ſic eadẽ cõcluſio proprie quo ad
vnum improprie quo ad alium iudicium ſumpta procedit ꝛ ſic ideꝫ
verbũ ad diuerſa relatuꝫ ꝓprie ꝛ improprie ſumi põt hoc videbitur
infra. Hec vera dũ ex narratis hec valeãt cõprehẽdi:ꝛ ſic ex narratis
extendit concluſio libelli:ſed ad alia poteſt adaptari ꝓprie:aut ipro
prie:ſecus ſi non poſſet ad illam adaptari:quia penes cõcluſionem
attenditur vis libelli.de fo.compe.ex parte.h.nam per narrationeꝫ
in qua dixit ad ſe ſpectare deduxit petitorium:per narrationem in
qua dixit ſe diutius poſſediſſe deduxit poſſeſſorium. ¶ No.hunc li
bellum procedere peto me reſtitui:q2 olim poſſedi quod hodie poſ
ſides:quia medium ſubauditur ꝛ me ſpoliaſſe:ꝛ ſic vbi ex narratis ꝛ
concluſione colligitur intentio libellantis:licet omnia media non
formaliter exprimantur:ſaluatur libellus per ſubauditꝰ:quia hic
11 ſubauditur:quia me ſpoliaſti. ¶ †No.cautum allegare antiquam
poſſeſſionem:q2 non ſemper momentanea parit interdictum.ꝫ.co.
12 olim.l.ij.§.confeſtim.ff.de vi ꝛ vi arm. †Et no.qđ verbum preteriti
perfecti habet tacitam abnegationem de preſenti actus vel qualita
13 tis cui adiungitur. ¶ †No.qđ per ſolam reſponſionem ad narrata
14 inducitur lit.cõteſta.de quo.de lit.cont.c.j. ¶ †No.qđ per verbum
neſcio vel nõ credo qđ petis debitum vel tuum eſſe inducitur lit.cõ
15 teſta. ¶ †Et not.qđ credere vel non credere adaptatur ad ignora-
16 tum. †non probat ergo teſtis qui reſpondit ſe credere in apprehen-
dibilibus proprio ſenſu.vide in ſpe.de teſte.§.iam de interrogato-
17 rijs.in fi.j.de accu.inquiſitiõis. ¶ †No.epiſcopum ſuper ſubiectio
ne etiam hoſpitalium fundare intentionem de iure cõmuni in pro-
18 pria dioce. ¶ †No.qđ eodem inſtanti ſuper exceptione et petitione
poſſunt teſtes recipi ꝛ habes practicam ſententie: tam in petitorio
quam in poſſeſſorio:quia habet condemnare ad rem reſtituendam.
Et ex hoc habes notabilia vſqꝫ ad verſi.nuntius. In qua parte ha-
19 bes cõmiſſionem petitionem.id eſt libellum ꝛ ſentẽtiam. ¶ †Exa-
minemus iſtam parteꝫ circa commiſſionem glo.querit.an commiſ
ſa cauſa quo ad petitorium ꝛ poſſeſſorium poſſit actor intentare al-
terum tantum:an arctetur ad intentandum vtrumqꝫ. Glo.dicit qđ
poteſt intentare alteram tantum:quia ſi multanea cõmiſſio non ar-
ctat ad vtrunqꝫ intentandum de quo remittit de cauſa poſ.cum ſu-
per.ꝛ.c.cum eccleſia.ibi etiam no.ꝛ dicunt docto.qđ ſi libellum por-
rigat ſuper vtroqꝫ poterit etiam agendo reus ſuper vtroqꝫ ſe defen
dere:q2 ad hoc eſt ſtimulatus per iudicium ſuper vtroqꝫ nõ obſtan-
20 te priuilegio poſſeſſoriũ.de quo.ꝫ.c.ex conqueſtione. ¶ †Uenio ad
libellũ.primo repugnat libello nimia generalitas eius:quo ad vim
cõprehenſiuam cum multas poſſit cõprehendere actiones:nam hic
libellus poteſt comprehendere interdictum vnde vi ꝛ qđ vi aut claꝫ
cõdictionem ex canone ꝛ officium iudicis.cõtra id.de libel.obl.c.ij.
ꝛ.l.qđ in heredem.§.eligere.ff.de tribu.ꝛ in regula nullus pluribus.
de regu.iur.lib.vj. Quidam dicunt de iure canonico ꝛ equitate eius
procedere libellum plures actiones cõprehendentem. Uel dic qđ co
gitur eligere:ꝛ hic eligit interdictum vnde vi et male. Quidam di-
cunt qđ eligit voluntarius. Hoſtien.dicit hic relinqui in arbitrium
boni iudicis:an admittat vel ad ſpecificanduꝫ cogat remitti.de iu-
di.dilecti.ex hoc no.qđ quamꝙ libellus ex latitudine verborum cõ-
prehendat plures actiones:ſi tamen libellans eligat voluntarius:
vel inuitus totum ius agendi ad electam actionem reſtringitur:ꝛ ſi
ſit inepta alias electa intantum:q2 licet apta in verbis comprehen-
datur in eadem inſtantia.niſi libellus porrigatur:non poteſt ſequi
ſentẽtia vt idem operetur reſtrictio qđ operatur limitata porrectio
a prin.ꝛ ſic limita.de iudi.examinata qđ no.ad hoc de cauſa poſ.pa
21 ſtoralis. ¶ †Opp.ij.contra libellum ꝛ cõcluſionẽ eius ꝛ cõſequẽter
cõtra cõcluſionem ſententie in qua petitur ꝛ ſententiatur rem reſti-
tui reſpectu poſſeſſoriꝫ:q2 debet concludere poſſeſſionem reſtitui:q2
ſola poſſeſſio nõ reſtituitur in poſſeſſorio.ff.de vi ꝛ vi ar.per totuꝫ.
Solu.dicit hic Ioã.and.qđ rectius cõcluſiſſet poſſeſſionem reſtitui
quam rem reſtitui de quo remitto ad ſpe.e.titu.§.j.verſic.ꝛ no.nam
petere reſtitui rem eſt propria cõcluſio petitoriꝫ:ſed ſaluatur libell⁹
vt dixi:q2 intelligitur quo ad poſſeſſorium peto rem reſtitui ratio-
ne poſſeſſionis et reſpectu petitoriꝫ:peto rem reſtitui ſtat ꝓprie de
quo in ſpec.e.titu.§.j.in prima.ꝛ.ij.forma.ſic etiam ſaluat ibi ſpecu.
ſententiam ſuper libello peto poſſeſſionem reſtitui ſi cõdemnet ad
reſtitutionem rei:quia verba ſententie ſunt trahenda ad metas li-
belli.vt ibi no.ſpe.ver.ꝛ no.qđ quidam poſt tertiam formam:ſic de-
bet intelligi qđ no.Ioã.and.in adi.ſpe.in titulo.de ac.ꝛ pe.§.ſequi-
tur.ver.ſed quam notas,vbi dicit poſt roſ.ſimplicem ꝛ ſtultam fore
cõcluſionem:peto rem reſtitui in poſſeſſorio:quia hoc concludit ad
petitorium:ſed debet eſſe. Peto poſſeſſioneꝫ reſtitui:quia aliud eſt
reſtitutio rei quam reſtitutio poſſeſſionis.ff.de rei ven.officium.et
l.qui reſtituere.ff.vti poſ.l.ſi duo.§.fi. Idem Archidia.iij.q.j.reinte
granda pro ſaluatiõe libelli facit qđ ſcribit Fede.ſuo cõſilio.cclxxiij.
vbi ponit concluſionem hanc.peto rem reſtitui adaptari ad petito-
rium ꝛ ad poſſeſſorium:dumtamẽ hic habeat narratio: quinimmo
ſi narretur in poſſeſſorio ꝛ fiat cõcluſio.peto reꝫ reſtitui:dicit ibi de-
ductum petitorium qđ no.bene. Hec maxime puto vera in cõcluſio
ne peto rem reſtitui vel ſe reſtitui.adaptatur ad poſſeſſorium quan
do eſt talis nature ꝙ habeat iuſtam cauſam vt patet.ꝫ.ca.ex tranſ-
miſſa.ꝛ.c.j.ꝛ.c.ex parte.ꝛ.c.literas.ꝛ procedit etiam cõcluſio ꝛ ſentẽ
tia.peto rem reddi vt patet ſupra.c.j.quia in libellis etiaꝫ verba tra
huntur ad intentum libellantis.vt no.de offi.or.cõquerente.ꝛ quod
no.in.l.ſed ꝛ ſi poſſeſſori.§.fi.de iureiuran. Item procedit concluſio
peto me reintegrari.iij.q.j.reintegranda. Item peto me in integrũ
reſtitui.vt lite non cõteſta.accedens.vel in priſtinuꝫ ſtatum reſtitui
reponi vel reduci.vt dicto.c.reintegranda. Tertio arguitur libellus
vt non cõcludens in poſſeſſorio.peto me reſtitui:quia diutius poſ-
ſedi ꝛ hodie poſſides.nam per hoc non concluditur ſpolatus: ſꝫ dic
quod ex concluſione ꝛ narratione apparet quod concludere intẽdit
in poſſeſſorio.ideo libellus eſt declarãdus per ſubauditum: q2 diu-
tius poſſedi me ſpoliaſti ſubaudi.ꝛ ſic peto me reſtitui.quod not.q2
vbi ex narratis ꝛ concluſis apparet ſubauditum ex mente ſubintel-
ligitur ꝛ ſaluatur libellus per ſubauditum quod indicat concluſio ꝛ
narratio:licet non integraliter exprimatur.ad hoc.l.j.ff.de heredi.
inſtituen.quod not.pro ſaluandis libellis.circa libellum expeditis
22 doct.dictis venio ad glo.tangentes libellum. ¶ †Opp.quod non
procedat libellus vt nimium generalis circa res:ibi pertinentijs et
poſſeſſionibus ꝛc.contra id.de libel.obla.ca.ij.de rei vendi.l.ſi rem
cum ſimi. Gloſ.dicit contra.procedere in actis ſingulari et petitio-
ne:hic in petitione vniuerſali.argu.de offi.ordi.conquerente.ꝛ no.
de libel.obla.c.j.de petitio.heredi.l.iij.cum ſimi.quo caſu dicit ſuffi
cere probari ꝛ declarari quid de pertinentijs poſſideat tempore ſen
tentie:dato quod antea nihil poſſederit vel illud non poſſederit qđ
tempore ſententie probatur poſſediſſe.vt.ff.de peti.heredit.l.ſi quo
tempore.ff.de pecu.l.queſitum.immo plus dicit hic Innoc.qđ hoc
ſufficit declarari in ipſa executione:ꝛ ſuper illis mandabitur ſenten
tia executioni.ꝫ.c.Quis.ſm Inn.So.hoc placet Inno.maxime qñ
id vniuerſale qđ petitur venit acceſſorie ad aliqđ ꝓcipale certifica-
tum vt erant hic poſſeſſiones.nam dicit hic Inno.ptinẽtie verbum
eſt vniuerſale aptũ ptinentia cõprehendere.i.ſtatuto ꝛ cõſuetudine
debitas:ꝛ maxime in ptinẽtijs eccle.de cenſi.c.j. Unde refert etiam
ad pertinentias iuris vt oblationes primitie ꝛ alia iura parochia-

lia ⁊ ſimilia.de deci.cum cõtingat.⁊.c.tua.de his q̄ fi.a pꝛela.paſto-
ralis.Item ⁊ hoſpitali accedunt pertinẽtie:qꝛ et illi debet certa dos
aſſignari ſicut etiam eccleſie.de conſe.eccle.vel alta.ſicut.Item non
ſolum ratione rei:ſed etiam ratione actiõis actio ſui natura eſt vni-
uerſalis:qꝛ interdictum vnde vi cõpꝛehendit in ſe mobilia ⁊ imobi-
lia damna ⁊ iniurias ⁊ alia multa.ff.de vi ⁊ vi ar.l.j.§.ꝙ autem.⁊.§.
rectiſſime.ſ̄.c.grauis.⁊ qḋ ibi no.ſicut ⁊ hereditati accedunt omnia
que in hereditate inueniuntur:etiam ſi nõ ſint teſtatoris.ff.de peti.
here.l.item veniunt.⁊.l.ſe.per que concludit ꝙ petita eccleſia cũ per
tinentijs:petita videntur omnia ptinentia ⁊ illi deputata:ſiue ſint
corpoꝛalia ſiue incoꝛpoꝛalia.all'.no.de off.deleg.cum ab eccleſiarũ.
⁊.c.cõquerente.hec ꝓcedunt quo ad pertinentias quo ad poſſeſſio-
nes autem in libello petitas vt hic fuit dicit ꝙ ille debent in libello
ſpecificari per ſuos cõfines:ſi petatur a parte.ff.de cenſi.l.foꝛma.qḋ
puto qñ poſſeſſiones petit per ſe vt hic fecit.alias includerentur in
verbo pertinentiaruꝫ ꝙ ſi nõ ſpecificaſſet per ſe nõ cogeretur ad ſpe
cificandum tenendo ꝙ petitio eſt vniuerſalis vt eſt dictum.dic lati⁹
iungendo Inno.⁊ Hoſt.ſimul.⁊ ꝙ alibi ſcribit Innocẽ.Si actio eſt
vniuerſalis:⁊ res que petitur ſui natura apta eſt cõpꝛehendere vni-
uerſitatem ꝓcedit libellus generalis vt hic.Si actio eſt ſingularis ⁊
res vniuerſalis:idem vt ſi vendicat grex:qꝛ nõ eſt neceſſe ſingula ca-
pita gregis ſpecificare vel nominare.ff.de rei ven.l.j.§.per hanc.vel
ſi vendicatur hoſpitale cum pertinentijs vt hic.⁊ no.glo.de libello
ob.c.ij.Unde per hoc ꝯcludit ꝙ ꝓcedit libellus generalis:ſiue actio
ſit ſingularis ſiue ſit vniuerſalis:⁊ ex accidẽti rei tranſierit ad natu-
ram vniuerſalis:⁊ tunc debet ſpecificari libellus:qñ actio eſt ſingu-
laris:⁊ naturam actionis ſingularis retinet:qꝛ nõ alteratur rei na-
tura.ff.de rei ven.l.ſi rem.ſm Hoſti.Hec autem dicit vera Innocẽ.
quo ad pertinentias:qñ pertinentie petuntur acceſſoꝛie:ſed ſi petã
tur pꝛincipaliter iudicio ſingulari:opoꝛtet ꝙ ſpecificentur:ex quo
agitur iudicio ſingulari vt petitoꝛio:ſec⁹ ſi iudicio vniuerſali.Aut
quia agitur poſſeſſoꝛio.allegat.no.ſ̄.co.in literis.⁊ hec eſt ratio ſm
Hoſtiẽ.qꝛ illud eſt vniuerſale.vt dixi in eo qḋ damna multa veniũt
vt dixi.ſ̄.Qñq; agitur actio.ſingulari:res vero ſunt quid vniuerſa-
le:qꝛ non colliguntur ſub vno nomine collectiuo iuris aut facti:ſed
ſub ſigno vniuerſali aut indefinito:vt peto poſſeſſiones vel omnia
bona:dic qḋ opoꝛtet ꝙ ſpecificetur res qñ petuntur actione ſingu-
lari.vt eſt rei ven.⁊ hoc fit:qꝛ ſingularis remaneat actio in qua non
poſſet dari certa ſententia niſi aliter ſpecificarentur ⁊ incerta ſentẽ-
tia:tunc nõ teneret.C.que ſen.ſine cer.quanti.l.j.⁊.ij.⁊ fina.Unde in
hoc debet iudex cauere ſibi.inſti.de acti.§.curare.⁊ multos caſus in
quibus admittitur petitio generalis.habes de exceſ.pꝛela.tanta.in
glo.no.generalẽ:ſecus dicit vbi actio eſt vniuerſalis vt petitio here
ditatis ad cõfirmationem huius facit qḋ no.Inno.de iure pa.ex li-
teris:vbi vt diſpoſitio dicatur generalis nõ ſufficit ꝙ ſub ſigno vni
uerſali plura pertinentia cõpꝛehendat:qꝛ illud ſignum diſtribuitur
a ſigno.vt.l.cum tale.§.falſam.ff.de condi.⁊ de.l.heredes mei.§.cuꝫ
ita.ff.ad tre.⁊.ff.de verb.ob.l.ſcire debemus:ſed exigitur qḋ cõpꝛehẽ
dantur ſub vno ſigno collectiuo apto in ſe cõpꝛehendere vniuerſita
tem iuris aut facti:vt hereditas:populus:⁊ vniuerſitas:⁊ collegiũ:
grex:peculium:⁊ ſimilia in.c.certificari.de ſepul.diſtinguit an agat
perſonali vt peto omnia bona dari:vel quartam omnium relictoꝛũ
⁊ qꝛ perſonalis eſt apta reſpicere iura iudicatur vniuerſalis ⁊ nõ exi
gitur expꝛeſſio an agatur reali:⁊ qꝛ illa diſtribuit ad ſingularia coꝛ-
poꝛa nõ eſt vniuerſalis:⁊ ſic opoꝛtet coꝛpoꝛa expꝛimere.ſpe.in titu.
de act.⁊ pe.§.ſeqtur.ver.differunt.in.xvij.coll'.tenet qḋ ſit vniuerſa-
lis ⁊ ponit in ver.quid ſi peto qcquid habes vbi dicit ꝙ ſi peto quic
quid habes in tali villa valet petitio abſq; alia ſpecificatione.alleg.
qꝛ debet eſſe differentia inter ſpeciale dictum et generale.ff.de edili.
edic.l.itaq;.⁊.l.ſe.ff.de euic.ſerui ven.de fi.inſtru.inter dilectos.pu-
to ꝙ petitio ſi generalis ⁊ non vniuerſalis.Unde ſpecificatio nõ exi
gitur in libello:ſed bene in ꝓſecutione ante ſententiam.⁊ ſic intelli-
go Inno.hic vt no.ff.de eden.l.⁊ dixi de libel.obla.c.ij.Ratio qꝛ in
vniuerſali declaratio vniuerſalis eſt in pꝛincipali petito et res ve-
niunt in cõſequentiam reſtituende qḋ nõ eſt in generali:qꝛ res eccle
ſie capitulo ſubduntur pꝛincipaliter in obligatiõe ſuper qua debet
⁊ certa ſententia ferri.Unde notabiliter dicit Inn.ꝙ ideo debet fie
ri ſpecificatio:quia certa nõ poſſet ferri ſententia que ferri debet in
actionibus ſingularibus et generalibus.ſentit ergo qḋ hec petitio
poteſt dici generalis ſm Inno.ꝙ no.⁊ eſt ratio omnium pꝛedicto-
rum:qꝛ vbi narratio actionis vel rei petitio eſt vniuerſalis:ſufficit
ſi petitio eſt vniuerſalis.Ideo certa dicitur ſentẽtia:ſi ſententia eſt
vniuerſalis vt petitio.Hec regula eſt Innocen.infra de exceſſi.pꝛe-
lato.tanta.ad hoc quia confoꝛmari debet ſententia petitioni.item
qꝛ ſemper ex collectis ⁊ natura eius declaratur.vel ſpecieꝫ habet de
clarandi qḋ compꝛehendatur.Ideo ſi feratur ſententia ſuper hoſ-
pitali cum pertinentijs:vel eccleſia cum pertinentijs:certa eſt ſentẽ
tia nõ ſolum quo ad eccleſiam:ſed etiam quo ad hoſpitale:quia cer
te pertinentie ſunt que petitioni accedunt ſicut ⁊ dos in matrimo-
nio ⁊ iura parochialia in eccleſia vt ſupꝛa no.Sed vbi petitio eſt ge
neralis vel ſpecialis ⁊ non vniuerſalis:certa non poteſt ferri ſenten-
tia vt dicit in generalibus et ſpecialibus petitionibus niſi ſpeciali-
ter res deſignarentur in ſententia ⁊ in talibus in certa ſententia non
valet:inſtitu.de act.§.curare:ſed ſi poſſeſſiones ſunt certificate quo-
modo ſaluabitur libellus in illa parte:qua petite ſunt poſſeſſiões:
dic quod pꝛopter acceſſioꝛitatem ad rem valebit libellus:quia ſuffi
cit qḋ ſit certus in pꝛincipali.vt nota.in dicto.c.ij.de libel.obla.⁊ de
oꝛ.cog.c.ij.vel non fuit parte petita declaratio.vt.l.ſi.C.de an.exce.
per hoc dicunt domini de rota ſua conclu.xxiiij.qḋ valet ſententia
contra malefidei poſſeſſoꝛem a pꝛin.a tempoꝛe occupationis conue
nio te ad fuctus perceptos a tempoꝛe occupatiõis beneficij.nec ob.
qḋ ſententia debet eſſe certa etiam in generalibus actionibus:quia
id verum quando petitioni ſubmittitur pꝛincipaliter quid ſingula
re vel generale:ſecus ſi acceſſoꝛie vt hic.⁊ de oꝛ.cog.c.ij.⁊ de lib.obla.
c.ij.de exceſ.pꝛela.tanta per Inn.⁊ fiet declaratio poſtea coꝛam exe
cutoꝛe.Tutius tamen eſt qḋ ſi iudex poteſt qḋ tam de tẽpoꝛe ⁊ quã
titate:quam de valoꝛe iudex ſe infoꝛmet:⁊ ſic certam et claram ferex
ſententiam.vt dicto.§.curare.plus dicunt ſua cõclu.clxxviij.qḋ etiã
executoꝛ poteſt ſine aliqua taxatione mouere dictum coniunctum
vt ſatiſfaciat victoꝛi.j.certum terminum infra quem tamen poteſt
venire ⁊ allegare ſe illos non percepiſſe vel illos in vtilitatem eccle-
ſie conuertiſſe:qḋ ſi non fecerit ſententia excommunicationis pꝛo-
pter hoc pꝛomulgata eſt iuſta:nec relaxabitur:donec plene fuerit ſa
tiſfactum:qꝛ pꝛo rebus iudicatis extitit ꝓmulgata.vt no.j.de ſent.
excom.ſolet.lib.vj.Sed eſt dubiuꝫ que pertinentie includantur:dic
qḋ pꝛimo attendenda eſt perſona petentis:quia ſecundum qualita-
tem petentis petitio pertinentiarum aliter ⁊ aliter intelliguntur.
Si eniꝫ epiſcopus in eccleſia ſibi ſubiecta petit iura epiſcopalia:cũ
omnibus pertinentijs vel dicit eccleſiam ad ſe pertinere in tempo-
ralibus cuꝫ pertinentijs ſuis ⁊ poſſeſſionibus admittitur libellus.
de excep.cum venerabilis:⁊ tunc non veniet dos tantum pꝛimo aſ-
ſignata:ſed etiam omnia que eidem eccleſie ſunt poſtmodum acqui
ſita:qꝛ ius epiſcopale non ſolum ad ea que tẽpoꝛe fundationis ſue
habuit eccleſia extenditur:ſed etiam ad omnia alia que poſtea acceſ
ſerunt:⁊ idem iuris eſt ſi petat tempoꝛalia:⁊ rationem de tempoꝛa-
libus tanq̄ patronus ratione iuris patronatus.de omnibus tem-
poꝛalibus ratio eſt reddenda.Sed vbi neq; petito neq; rei accedũt
pertinentie:tunc eſt neceſſe qḋ expꝛimantur.ad hoc vt in iudicium
deducantur vt eſt dictum ſm Inno.per hoc dicit Io.de lig.referre
an petatur eccleſia cum pertinentijs:an eccleſia ⁊ pertinentie:quia
hoc ſecundo caſu pꝛincipaliter pertinẽtie videntur petite.Ideo ex-
pꝛimende ſunt.argu.ff.de fun.inſtruc.et inſtru.lega.ſi cui fundum.
all'.de pꝛiuile.cum capella.Hec vera ſm Hoſti.vt patrono ſic peten
ti reddenda ſit ratio de tempoꝛalibus:quando ptronus eſt clericus
ſecus ſi ſit laicus:qꝛ ad illum regulariter non pertinent tempoꝛalia:
niſi quantum ad denuntiationem male adminiſtrationis:⁊ tuitio-
nem atq; defenſionem vt ei ſubueniatur:ſi ad inopiam vergat.xvj.
q.vij.filijs.de iure pa.pꝛeterea.⁊.c.nobis.de quo de pꝛeben.de mona
chis.⁊.c.lateranenſis.de pꝛiuile.cũ ⁊ plantare.§.in eccleſijs.ſm Ho
ſtiẽ.de quo Io.an.remittit ibi:⁊ in ſpe.de reli.do.vbi idẽ tenet ſpec.
⁊ idem qḋ de laico dicit de clerico habente ius patronat⁹ ratione pa
trimonij:qꝛ in illo per omnia cenſetur vt laicus.Unde cõcludit In
no.j.de excep.cum venerabilis.qḋ pꝛelati tempoꝛales vel perpetui
ſunt illi qui ꝓpꝛie poſſunt vendicare eccleſiam cum pertinẽtijs ſuis
de tranſ.conſtitutus.⁊.c.ſe.de pꝛiuile.paſtoꝛalis.etiam ſi tantũ ipaꝫ
petat vt ſubiectam:quãq; ſm Inno.melius foꝛet ꝙ ageret confeſſo
ria:⁊ petat ſibi ius eſſe ſubiectionis in dicta eccleſia.vt dicto.c.con-
ſtitutus.ff.ſi vſufru.pe.l.j.in pꝛin.de reſcri.ex parte.Hoſtiẽ.ibi in di
cto.c.venerabilis.⁊ ſpe.in loco pꝛeall'.concludit qḋ de equitate cano
nica vſus admittit talem libellum:peto eccleſiam cum pertinentijs
ſuis:que ad me pertinent in ſpiritualibus ⁊ tempoꝛalibus:⁊ etiam
iura ſm Hoſti.⁊ ſpe.hic in alia parte.Inno.dicit illas tantum veni
re que eccleſie vel hoſpitali:pꝛimo fuerunt in dotem aſſignate ſcḋm
23 Inno.†Sed eſt dubium que pertinentie veniant an debite de iure
communi tantum:an debite de iure ſpeciali vt ſtatuto vel conſuetu
dine.Inno.in pꝛima glo.dicit nomine pertinentiarum venire illa
que lege ſtatuto vel conſuetudine:deputata ſunt vt accedãt ſicut in
interdicto vnde vi accedunt mobilia damna:⁊ multa alia.ff.de vi ⁊
vi ar.l.j.§.qḋ autem.⁊.§.rectiſſime.⁊ legitur.⁊ not.ſ̄.c.grauis.⁊ ſicut
hereditati accedunt omnia que in hereditate inueniuntur:etiam ſi
ſint actiones.ff.de peti.here.l.item veniunt.⁊.l.ſe.ſic ⁊ petitioni ec-
cleſie accedunt omnia que ad ipſam pertinent ex ſtatuto ſiue ex con
ſuetudine:ſiue iure vt ſunt dos pꝛimitus inſtituta.j.de cenſi.c.j.deci
me oblationes:⁊ alia iura parochialia ⁊ pꝛimitie ⁊ ſimilia.de deci.
cum contingat.⁊.c.tua.de his que fi.a pꝛela.paſtoꝛalis:ſiue ſint coꝛ-
poꝛalia ſiue incoꝛpoꝛalia.Hec dicit vera quo ad ea que ſunt deputa
ta iuris conſuetudine vel ſtatuto altero autem iure ſpeciali queſita
dicit non venire appellatione pertinentiarum:licet quidam contra
dicant dicentes omnia illa venire de quibus ſpecialiter actum non
eſt ne veniant:aut de cauſa poſſeſ.cum eccleſia.§.verum:ſed illud in
telligitur de his que ſub petitione claudi poſſunt:quod non eſt hic
ſecundum Innocen.Hoſtien.tenet quod veniant pꝛopter verbum
pertinere

pertinere qđ late patet.ff.de verb.ob.l.pertinere.ad hoc.ff.de publi.
l.ſi ego.§.Idem ait.de vſufruc.Si vero de pac.dotis.l.inter ſocerum
§.cum inter.de dam.infec.l.damni.§.ſi quis vicinas pro ⁊ contra.de
ſen.exco.ſi ciuitas.lib.vi.Ioan.de ligna.dicit qđ vbi petit quis epi-
ſcopalia:cui debentur de iure cōmuni:vel aliud, ius tale:veniūt om-
nia que cōſuetudine:vel ſtatuto:vel aliter ſunt applicata:vbi autem
alius petit quā cui debetur de iure cōmuni:veniunt ſola ſpecificata:
⁊ nō alia:qꝛ libellus nō eſt vniuerſalis:qꝛ non epo nō cōpetit vniuer-
ſalis petitio:ſicut nō heredi nō cōpetit petitio hereditatis:hoc eſt
reincidere in dubium an in petitione iuris debiti concludātur debi
ta de iure ſpeciali. Innocen.videtur hic concludere quod pro debi-
to ſpeciali pacto vel conſuetudine includentur non altero ſpeciali.
contra ſentit de preſcrip.auditis.ſimiliter glo.contrariantur.in.ca.
conquerēte.de offi.ordi.tenet quod tantum debita de iure commu-
ni includātur.in.c.cōſtitutus.de reli.do.ſentit contra. dic ſi petitio
datur in materia.que nō comprehenderet niſi debita de iure ſpecia-
li tale includitur de offi.archidi.dilecto ⁊ hoc no.ibi Inno.⁊ hec eſt
cauſa quare pertinentie que applicate ſunt ſtatuto vel conſuetudi-
ne:veniunt in petitione pertinentiaruꝫ quia ſic cōmuniter deputa
tur ſi poteſt comprehendere vtroqꝫ iure debita tunc ſi debitum ſpe-
cialiter eſt de iure communi licet determinata ſit de iure ſpeciali ta-
le includitur vt no.de ſepul.certificari.ſi ex toto eſt de iure ſpeciali:
ſuccedit tamen loco debiti de iure communi concluditur.vt no.glo.
in dicto.c.conſtitutus:prout doc.intelligunt quia ibi cenſus erat
ſubrogatus loco iurium epiſcopalium.ſi non eſt ſuccedaneum loco
debiti de iure communi ſi originaliter habet origineꝫ a iure ſpecia
li tunc ſi approbatiue prout eſt originatum de iure communi vt dos
aſſignata:vel pertinentie dato quod habeāt originem ab aliquo ſta
tuto vel cōſuetudine approbatis de iure cōmuni ⁊ aſſumitur a iure
vt debituꝫ de iure communi ⁊ includitur vt hic dicit Inno.Si autē
eſt omnino debitum de iure ſpeciali vt in materia noſtra quādo eſt
ex priuilegio debitum vel in materia que ius dat ex iure communi:
quando pacto vel conſuetudine:vt ius epiſcopale ⁊ tunc ſi illud ve-
nit vt acceſſorium ad debituꝫ de iure communi includitur.vt de pre
ſcrip.auditis:⁊ quod no.ibi Inno.in denariis ſancti petri:⁊ no.de
ſep.certificari.Si autē id venit principaliter ſeu anteceſſerit prin-
cipaliter ad debitum de iure communi ⁊ eſt de iure ſpeciali nō con-
cluditur:niſi verba ſint ita latiſſima:quod ſui natura hoc importēt
vt eſt hoc verbum pertinere ſecundum hoſti.de hoc dixi in dicto.c.
conquerente per hoc apparet quod ſi petatur caſtrum cum pertinē-
tiis:dicit Innocen.quod caſtro nihil corporale inuenit deputatum
a iure:qđ ſit eius pertinentia quia nec caſtra a iure ſunt limitata:ſꝫ
bene ab hominibus ⁊ ſtatutis hominum cōſueuit caſtro certum ter
ritorium aſſignari:⁊ iuriſdictio inter territoriuꝫ limitata.ff.de ver.
ſigni.ſi pupillus.§.territoriuꝫ:⁊ vide quod no.de ſen.ex.ſi ciuitas in
prin.li.vi.quo caſu cum ad alia non poſſit referri:talia corporalia ⁊
incorporalia nomine pertinentiarum includuntur ſecūdum Inno.
24 ⁊ adde qđ not.de offi.or.cum ab eccleſiarū:⁊ hec ſufficiāt.¶†Op.v.
quod non valuerunt ſententiari ſuper pertinentiis eis aliter nō de-
claratis quamquam enim libellus coloretur propter generalitatē
non tamen probatio que debet eſſe certa:de probatio.in preſentia:
⁊ capitulo ex literis.glo.dicit tria tempora ponderanda in iudicio.
primum eſt principium iudicii:et in hoc preſumitur pro actore:et
verba pro reo interpretātur.ff.de verbo.obligato.l.ſi ſtipulantem.
§.primo quia iudicium redditur in inuitum:vt ibi.⁊ hoc quia ver-
ba libelli latiſſime accipiuntur.ff.de iudiciis.ſi quis intentione.
⁊.l.ſolemus.ꝫ.de cauſa poſ.cum eccleſia.in medio litis equaliter pre
ſumitur pro vtroqꝫ:vt patet.xxx.q.v.iudicantem.in fine autem pro
reo preſumitur.Unde dicit glo.qđ licet libellus tolleretur.tamen eſt
expediens qđ in proceſſu hoc declaratur.ſi que ſint pertinētie:⁊ que
poſſeſſiones alias nō fieret executio ad voluntateꝫ ſuam.alle.de pre
ſcrip.auditis.Io.cal.dicit hoc preſumi in qualibet parte lit.ꝓ acto-
re circa illa que ſunt pro actore ꝓpoſita.alle.ff.de rei ven.l.Pompo-
nius ſcribit.§.ſi.de hoc.i.de ſpon.ex literis.vbi dicam per Bar.in.l.
inter ſcrip.§.i.de verb.obli.⁊ de hoc in regula cum ſunt partium.de
re.iuris.lib.vi.per que ſentit glo.hanc certificationem fieri in execu-
tionis actu ⁊ tempore:qđ tenet hic Innocen.fiet etiam hec proba-
tio ſine libelli ob.⁊ lit.cōte.ſm Innocen.⁊ Hoſt.qui hoc no.hic.ꝫ.de
libel.ob.c.i.facit qđ no.Spe.in ſpe.de libel.concep.§.nunc dicenduꝫ
ver.xxv.ſm Ioan.an.Hoc puto tenendo qđ libellus ſit vniuerſalis
vel iudicium.In generali autem declaratio debet fieri ante ſenten-
tiam.vt not.in.c.ii.de libel.oblatio.ꝫ.de eden.l.i.⁊ dixi.ꝫ.niſi quan-
do id quod generaliter petitur veniet acceſſorie ad illud:vt hic:⁊ no.
domini de rota:vt dixi ſupra in prox.gl.Sexto obuiat libello inquā
tum narrat ſe poſſediſſe:⁊ ſe ſpoliatum eſſe:qꝛ nō ſufficit ꝓbare ſe ali
quando poſſediſſe:niſi hoc probet in limite ſpoliationis.de offi.de-
le.cōſultationibꝰ.ꝫ.c.olim.⁊.c.accepta.dicit gloſ.qđ nō ſufficit quod
narret ⁊ probet ſe olim poſſediſſe:niſi ⁊ nunc cōcludat poſſeſſionem
ad inſtar temporis quo ſpoliatur.quia non ſequitur olim poſſedi:
ergo tali tempore poſſedi licet olim dominus hodie preſumaṫ do-
minus.C.de proba.ſiue poſſidetis ⁊ eſt ratio quia poſſeſſio facilius
perditur ꝙ dominium.vt.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqui.poſ-
ſeſ.Idem ad literam no.glo.ꝫ.ti.i.cuꝫ eccleſia.¶Hic attingā quin
qꝫ.Primum an olim poſſeſſor hodie preſumatur poſſeſſor.Scđm
an olim dominus preſumatur hodie dominus.Tertium an ex poſ
ſeſſione preſumatur dominus.Quartum an dominus preſumatur
25 poſſeſſor.Quintum an ex detentatione preſumaṫ poſſeſſor.†Qui-
dam qđ olim poſſeſſor hodie preſumatur poſſeſſor:tum qꝛ poſſeſſio
nō perditur niſi per accidēs animi qđ nō preſumitur niſi probetur.
Tum qꝛ perditur per imitationem voluntatis que nō preſumitur
niſi probeṫ.ff.de condi.⁊ de.ad ea.nam volūtas ſemel preſtita ꝓſumi
tur niſi aliter probetur.l.fideicommiſſaria.§.ſi opꝫ.de le.iii.Tum qꝛ
perditur iactatione ſui:qđ etiā non preſumitur.de ꝓba.cū de inde
bito.de ſolu.c.ſi.de renun.ſuper hoc:nec ratio glo.cōcludit.quia nō
ſequiṫ poſſeſſio facilius perdiṫ ꝙ dñium:ergo olim poſſeſſor nō pre
ſumitur hodie poſſeſſor.Ratio concluderet ſi ponereṫ pro ſolido
qđ olim poſſeſſor nō ꝓſumatur poſſeſſor ⁊ olim dominus preſumaṫ
dominus ſed hoc eſt de quo queriṫ.Alii dicunt qđ neutrum preſu-
mitur:nec qđ poſſideat nec qđ nō poſſideat.ideo aſſerenti vel negā-
ti cuius eſt intentio habet ꝓbare.ff.de proba.l.eius qui dicit.Si eni
dico me nō habuiſſe animum poſſidendi:plus alteri ꝙ mihi de aio
nō eſt credendum de homici.ſignificaſti.⁊.c.olim.ii.Alii diſtingūt
an poſſeſſio ſit de recēti ⁊ preſumiṫ:an de antiquo:⁊ nō preſumitur
odoſ.⁊ glo.accur.in dicta.l.ſiue poſſidentis:dicunt qđ ſi aſſero me
poſſidere:preſumor poſſidere ⁊ poſſediſſe:ex quo cōſtat de poſſeſſio
ne retro:⁊ animo poſſidendi:⁊ cōſtat de extremo animi nunc:qđ ha
beo animū poſſidēdi:media preſumūtur:vt no.glo.de reſcri.ex par
te decani:⁊ dicaꝫ de proba.licet cauſam.C.de apoc.pub.l.apoc.li.x.
⁊ quia de animo meo mihi credendum eſt ſi aſſero me nō poſſidere:
quia ſolo animo rem habere potui pro derelicto:⁊ qꝛ de animo meo
mihi creditur non preſumor poſſidere niſi aliter probetur qđ rei in-
cumbam.l.ſi.ff.de rei ven.ad hoc decre.olim.i.c.⁊ hoc tenet Io.an.
in addi.ſpec.in titulo.de peti.⁊ poſ.§.i.ver.quid ſi peto.plenius re-
citat hoſt.in titulo de peti.⁊ acti.§.ſequiṫ.ver.ſed nūquid:⁊.v.quid
agiṫ.Hic colligendo dicta legiſtaꝝ ⁊ canoniſtarū ſimul ſi allego me
hodie poſſediſſe ad mei cōmodū eo qđ poſſedi preſumor poſſidere:
niſi aliud probetur rationibus ſupradictis ⁊ hoc credo ſiue ſit mo-
bilis ſiue imobilis:vt no.ſpe.in loco vlti.alle.qꝛ licet poſſeſſio rei mo
bilis ſit vilis ⁊ abiecta ⁊ de facili perdatur:⁊ citius ꝙ immobilis:vt
ff.de acqui.poſ.l.rem mobilem:nō tamen ſequiṫ qđ ꝑdatur niſi acci
dens aliquod deṫ qđ nō preſumiṫ niſi ꝓbetur ⁊ hec vera niſi deṫ ali-
quis actus intermedius ad priuationem poſſeſſionis:vt no.ꝫ.de
cā poſ.eccl'ia.Si allego me nō poſſidere:altero allegante me poſſi-
dere:ſi ab eo habere cām poſſidēdi ꝓſumor poſſidere:vel dolo deſiiſſe
poſſidere.C.de pig.ac.l.creditor.Si nō habeo ab eo cauſam.Si poſ
ſidebā tempore lit.conte.hodie preſumor poſſidere vel dolo deſiiſſe
poſſidere.C.ad exhi.l.nō ignorabat:ſi nō cōſtat me poſſidere tempo
litis mote.ſi nego me poſſidere:dicenti incumbit onus ꝓbandi:qꝛ
ſolo animo illam perdo:⁊ qꝛ de animo meo in poſſidendo ſoli mihi
crediṫ de homici.ſignificaſti no.glo.inſti.de act.§.Itaqꝫ.Ex his cō
cluditur qđ ſi nō viuit qui poſſedit ita qđ nō poteſt animū pateface-
re vſqꝫ ad mortē:nihilominus preſumiṫ.poſſediſſe:ſiue heredes ne
gant ſiue aſſerāt:qꝛ in hoc poſſunt declarare animū teſtatorū:vt no.
in.l.pomponius ſcribit ſi frumētū.ff.de rei ven.⁊ no.in dicta.l.inter
ſtip.§.i.per Bar.⁊ qꝛ aſſumit preſumptiones.ꝫ.poſite qꝛ mutatio
voluntatis nō preſumitur:⁊ qꝛ accedēs nō preſumitur nec iactatio
ſui per que tenent dñi de rota ſua cōclu.cclx.qđ ſi probetur aliquem
poſſediſſe in vita ſua beneficium qđ vſqꝫ ad mortem preſumiṫ poſſe
diſſe qꝛ motus nō negat ⁊ qꝛ nō pōt haberi pro derelicto nuda volū
tate de renun.c.admodū:⁊ qꝛ nō eſt preſumptio habitis pro dereli-
cto de renū.ſuper hoc.de ſolu.c.ſi.alle.no.hic per Io.an.in addi.ſpe.
in loco.ꝫ.alle.Ex his puto qđ qui olim vno modo poſſidet:vt qꝛ no-
mine ꝓprio reſpectu certi tituli licet nō dicat ſe alio modo poſſediſ
ſe:quia nomine alieno vel aſſerat qđ nō preſumitur niſi probet:quia
hic modus poſſidendi nō poteſt mutari cauſa extrinſecus nō accedē
26 te:vt.C.de acqui.poſ.l.cū nemo.⁊.l.nō ſolū.§.i.ff.de vſufru.¶†Ad
ſecūdum an olim dominus hodie preſumatur dominus.glo.dicit
quod ſic:hoc puto abſqꝫ dubio ſi dicit ſe dominū:⁊ no.Inno.de iu-
di.nouit ſi negat ſe dominū:⁊ cōſtat qđ poſſedit adhuc preſumitur
dominus quia ſolo animo non poteſt perdere dominum retinendo
poſſeſſionem.vt.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqui.poſ.Si negat
ſe dominum ⁊ poſſeſſorem vel conſtat quod nō poſſidet preſumitur
non dominus vt dicto.§.differentia:cum ſic poſſit nuda voluntate
habere pro derelicto.Idem ſi negat ſe dominum ⁊ non apparet an
poſſideat hec ſunt vera in his que nuda voluntate poſſunt perdi vt
in rebus priuatis.in beneficialibus autem idem quo ad preiudiciuꝫ
negantiuꝫ ſed non quo ad ſuperioris preiudicium vt in.c.admonet
27 ⁊.c.quod in dubiis.ꝫ.de renun.¶†Ad tertium an poſſeſſor.eo qđ
poſſeſſor preſumaṫ dominus:⁊ ſi deducitur principaliter dominiuꝫ
in iudicio ex poſſeſſione non probatur dominiuꝫ ſiue deducatur ad
fundandam intentionem actoris ſiue ad fundandam intentionem
rei:⁊ excipiendo poſt fundādam intentionem actoris.ff.de rei.ven.

l.in rem.ff.como.l.ita:vt ſi fur de cauſa poſ.c.ſi.fallit quando agitur
contra quī violenter accepit.C.de preſcri.xxx.an.l.ſi quis ratio:q2 il
le non poteſt referre queſtionem dominij: vt. C.de procu.ſiue poſſi.
Si deducitur incidenter:vt quia intētio fundatur ſuper alio: vt qa
ad coadunandam intentionem ꝛ tunc ſi ex parte actoris ad proba‑
tionē dominij oducitur poſſeſſio de preſenti preſumitur quis do‑
minus.ff.ſi ſerui.ven.l.ſicuti.§.ſed ſi fuerit:niſi contra appareat.ff.
ad.l.acquil.itē mella.§.pe. Si deducitur poſſeſſio de preterito:non
preſumitur quis dominus.l.ꝛ quia nondum.§.qȯ dicitur.ff.de pig.
nam ſi agit quis hypothecaria incidenter deducitur dominium de
bitoris:nō ſufficit quod probet ipſuꝫ poſſediſſe.ad hoc glo.C.de ſo
lu.l.j.Si a parte rei deducitur incidenter: quia nō eſt fundata inten
tio actoris preſumitur dominus.C.ne vxor pro ma.l.ob maritoruꝫ
Sed nō eſt neceſſe qȯ preſumat dominus quia ſufficit qȯ alius non
oſtendatur dominus.Hec ſunt verba Bar.in.l.quidaꝫ in ſuis.ff.de
condi.inſti.hoc verum in rebus priuatis. In publicis auteꝫ vt bene
ficialibus nō preſumitur pro poſſeſſore: agente ſuperiore niſi titulū
oſtendat:quod dic vt dixi de reſti.ſpo.in literis ꝛ no.de procur.inſi‑
nuatione.de offi.or.ordinarij.li.vj.de re.iu.beneficiū.e.li.ꝛ de ſymo.
licet hely.per hoſti.Hec vera in corporalibus.in corporalibus autē
quid iuris dixi de cēſi.peruenit.aliquid per Inno.in.c.ij. de in inte.
reſti.in glo. per monachos: ꝛ in.c.illud. de preſump. Per predicta
concludunt domini de rota ſua. conclu.cccxxv.an ſi vendico caſtruꝫ
ratiōe dominij:vel quaſi ſi probo per teſtes qȯ pater meus poſſedit
dum vixit ꝛ habitus ꝛ reputatus fuit pro domino publice:commu
niter ꝛ notorie an ſufficiat probatio:vt obtineā in rei ven.publicia‑
na dicūt qȯ nō q2 nō pbatur ex hoc dominiū qȯ poſſideat:licet plu
ra tenuerit cōtra per.l.litibus.ꝛ.l.ſi coloni.C.de agri.ꝛ cenſi. li x.ꝛ.l.
titio.ff.de ſolu.nā hec opinio falſa eſt:vt no.Cy.i.l.fures.C.de pba.
ꝛ Bar.in dicta.l.quidam in ſuo:vbi.glo.tangit. Item nec probatur
quaſi dominium quia nō concludit tantum dominium in perſona
patris:q2 ad quaſi dominium requiruntur quatuor ſcꝫ qȯ probetur
titulus habilis ad transferendum dominium:quod probetur tradi
tio. Item vera poſſeſſio:ꝛ poſſeſſionis admiſſio.ff. de publi.l.i.ij.ꝛ.
iij.per totum:ꝛ dato qȯ hic probetur poſſeſſio:niſi probatur hic tra
ditio:nec probatur quod tradita fuerit titulo habili ad transferen‑
dum dominium.Nec ob.fama qȯ poſſederit tanꝙ dominus: q2 illa
ordinatur ad probandum verum dominium:quod perfecte nō pro
bat:non ad probanduꝫ quaſi dominium. Item quia nō facit plenā
probationem:vt no.ff.de teſti.l.iij.de teſti.veniens.de ap.c.j.Nō cō‑
cluditur etiaꝫ publiciana vt cauſata in perſonam heredis quia licet
dominium transferatur de defuncto in heredem abſq3 traditione:ꝛ
ꝛ ſic videtur quod abſq3 traditione cauſetur ius publiciana ar.ff.de
acqui.poſ.l.cum heredes tamen hoc falſum eſt quia in publiciana
exigitur vera traditio ſicut exigeretur in vſucapione. Item.l.cum
heredes.loquitur in dominio iam in defuncto creato quod transfer
tur in heredem ꝛ idem de quaſi dominio terminato in perſonam de
functi:vt no.Bar.in.l.j.de publi.ꝛ.l.cum ſponſus.§.is ita cui.e.tit.
Sed hic nō erat fundatum in perſonam defuncti:ꝛ agebat creari in
perſonam heredis ex ficta traditione quo ad ius domini quel nō ha
bet locum in quaſi domino quia illa verā exigit traditionem in creā
28 do quaſi dominio. hec vera ſi nō eſſet preſcriptum. ¶ †Ad quartū
an dominus preſumatur poſſidere:ꝛ dicit quod nō niſi aliter probe
tur ꝛ in probandis principis dominij cōcludatur poſſeſſio vt proba
tur apprehēſio rei vel traditio rei ꝛ nō conſtat de alio poſſeſſore quo
caſu preſumitur poſſeſſio nō ex iuribus dominij qȯ ſeperatum eſt a
poſſeſſione:vt.l.naturaliter.§.nihil.de acqui.poſ.de cōceſ.pre.cum
noſtris:ſed preſumitur ex iuribus apprehēſionis ex qua cōcluditur
poſſeſſio.Ubi autem dominium acquiritur ex ſola diſpoſitione iu
ris ex hoc ſolo non concluditur poſſeſſio. Ideo dato qȯ epiſcopus
ſuper proprietate ſubiectionis fundet intentum de iure communi:
non per hoc fundat intentuꝫ ſuper poſſeſſione.ff. de fundo.do.l.in
fundo.C.de pac.l.traditionibus.C. de proba.l. cū reus.j.e.olim.iij.
Unde ad tranſlationem tituli non ſequitur tranſlatio poſſeſſionis
29 l.ſi ex ſtipulatiōe.ff.de acqui.poſ.de priuile.paſtoralis cū ſi.¶ †Ad
quintum an ex detentione rei preſumatur poſſeſſio: Inn.qȯ ſic: de
priuile.cum olim.ij.glo.ſua in verbo dederat in ſi.all.xviij.q.j.c.j.et.
ad hoc glo.vij.q.j.pontifices. Pau.ideꝫ tenet.ſ.c.in literis:ꝛ all.vt
lit.nō conte. quoniā.§.qȯ ſi ſuper per quod dicit ꝙ teſtis pbat poſ‑
ſeſſionem deponendo qȯ vidit eum detinere ꝛ ſi diceret qȯ vidit euꝫ
poſſidere debet intelligi.l.detinere:q2 teſtis hēt reſpondere per ver
ba facti nō iuris vt no. Inno.de teſti.cū cāꝫ ad qȯ no.in.l.ſtipulo.§.
hi quoq3 de ver.ob.dicā de hoc de pba. licet cām. idē qȯ.ſ. ibi tenet
Bar.all.l.quedā mulier.ff.de rei vē.l.ij.C.de acq.poſ.ꝛ.l.j.ff.de acq.
poſ.ꝛ.l.titia.ff.de ſolu.Hec vera niſi ex circunſtātijs aliud appareat
vt quia eſt ſeruus vel monachus incapax poſſeſſionis ciuilis: vel lai
cus quo ad ſpiritualia : vel quia tenet ex cauſa apta ad creandum
nudum detinere ꝛ ex cōmodato vel depoſitio : tunc non conclu‑
ditur poſſeſſio vt.l.pri.capitulo ſi per vim vel alio modo.l.rei.ff.cō‑
mo.Glo.in verbo:nec ſi:inducit decreta.ad hoc quod inducitur.lit.

conteſta.ex his verbis : non ſcio : vel non credo me tibi debere : vel
talem rem tuam eſſe.ꝛ dicit hic Ioannesandree quod hec decretalis
et.l.quā allegat.gloſ. faciunt pro caſu: qui dixit quod reus negando
30 vel in dubium reuocando:litem conteſtatur.ſecundum Goffreduꝫ.
¶ †Oppo.quod non poſſit admitti vtraq3 pars ſuper poſſeſſione:
cum illud priuilegiatuꝫ ſit contra.qȯ aperte rei nulla admittitur ex
ceptio.ſ.eo.in literis.Glo.dicit intelligendo qȯ hic actū fuerit poſ‑
ſeſſorio:ꝛ multe potuerūt exceptiones admitti.ſ.omnes poſſeſſorie:
et iuri agēdi poſſeſſorio detrahētes. Alie autē exceptiones excludū
tur ꝓprietatē cōcernentes:puta ſi allegat reus qȯ in cōtinenti deie‑
cit vel qȯ poſſidēs poſſidebat ſub cōditione.ſ.c.olim. Item qȯ inue
nit vacuā poſſeſſionē:ꝛ ſic illū nō deiecit.vel dum quiete poſſidebat
ſub conditione.ſ.c.olim:ille ſponte renunciauit vel ſm Ioan.an.qȯ
poſſidebat eo tēpore quo aduerſarij ſe dicunt deiectos. Multos ca‑
ſus vide obſtātes agēti poſſeſſorio in Spec.de peti.ꝛ poſ.§.ſi. qui vt
plurimuꝫ reducunt ad has regulas. Omnis exceptio inhabilitans
perſonā ad agendū:vel aliter impediens pro tunc poteſtatem in iu‑
dicio agendi:admittitur cōtra agentem poſſeſſorio recuperāde. Itē
omnis exceptio detrahens poſſeſſorio. Alie autem extrinſece exce‑
ptiones regulariter nō repellunt agentem. Fallit in exceptionibus
notoriā ꝯcludētibus proprietatē:qȯ dic vt dixi.ſ.c.in literis: vbi de
excep.rei iudi.iuriſiurādi:pacti.ꝛ ſimilibus. Fallit quando ꝓprieta‑
tis exceptio opponitur a tertio cōtra quē nō agitur ſm Guil.ibi.ff.
depoſi.bona fides:qȯ dic vt.ſ.c. item cum quis. Fallit in intruſo in
romanam ſedem:ꝛ expulſo:qui propter periculuꝫ nō reſtituitur.ij.
q.i.§.patet.xxiij.diſt. In nomine domini:qȯ dicit ibi Spec. ſpecia‑
le in romana eccleſia.Sed dic vt dixi.ſ.c.in literis.iteꝫ propter enor
mitatem criminis dominus non reſtituitur.ij.q.v.ſuper cauſa. Ioā.
an.remittit ad ibi no.item propter infamiam.ij.q.v. preſbyter ſi.ꝛ.c.
ſi.Mala fama hic nō impedit reſtitutionē cōtra partem:licet iudex
ex officio ſuſpēdere poſſit:propter malam adminiſtrationeꝫ. Item
criminis notorietas. hoc verū ſi priuat proprietate vel ſi priuationē
inducit de accu.ad petitionem.ꝛ.c.ſi cōſtiterit.ad hoc de diuor. ſigni
ficaſti. Item ſcandalum.iij.q.vj. hoc quippe.alle.j.q.j.in primis.ꝛ ibi
glo.hi caſus:vt plurimi habētur.iij.q.i.in ſum.Hoſt.dicit hic qȯ cō‑
trarium ceſſat:q2 hic nō tantum poſſeſſorio:ſed etiam petitorio age
batur:ꝛ dicit qȯ fratres produxerunt teſtes ſuper eo qȯ ſpoliati erāt
ꝛ qȯ ad eos ſpectabant petita. Epiſcopus ſuper eo qȯ erant ſui dio‑
ce.ꝛ ipſa rationabiliter detinebant.

1 ☞ Ad ſpoliationem ſufficienter concludendaꝫ que requirantur.
2 libellus in cauſa appellationis eſt de nouo tradendus.
3 Sententia in cauſa appellationis poteſt ferri ꝛ promulgari ex actis
antiquis.
4 Sententia vbi habita illiº ralatione ad acta apparet iniuſta nō eſt
nulla ſed venit irritanda.
5 Probationum quatuor ſunt ſpeciales.
6 Negatiua coartata ad certam ſcriptutam eſt probabilis.
7 Sentētia lata ſuper actione apta licet intētio ſit iepta quo ad omnē
actionis ſpeciem tenet niſi appelletur ab ea.
8 Spoliato nō ſufficit probare ſe ſpoliatum ꝛ illum contra quem agi
tur poſſidere ad concludendum interdictum vnde vi niſi contra ſpo
liantem mandantem vel ratam habentē ſpoliationem proprio no‑
mine factam.
9 Sententia ſuper actione inepta licet iniuſta ſit valet vbi intētio eſt
apta in ſuo genere.
10 Sententiare nō debet iudex ſimpliciter ſuper facto ſed ſuper actiōe
vt actionem cōpetere vel non vbi actio eſt in ſpecie inepta ꝛ in gene‑
re apta intentio finiſq3 actionis.
11 Pro ſententia iudicis qȯ ſit preſumendum tanꝙ iuſte lata quomo‑
do hoc procedit.nu.18.
12 Poſſeſſio eccleſie quomodo preſumatur per crucis oblationē ꝛ de‑
lationem in domo.
13 Poſſeſſorium recuperāde quomodo cōpetit contra ſucceſſorem vni
uerſalē ꝛ nō ſingularem vt poſſit cōueniri interdicto vnde vi.nu.ſeq.
14 Succeſſor quomodo in vitium defuncti ſuccedat vt ex eo poſſit con
ueniri.nu.14.
15 Dominus an teneatur de facto familie vel ſerui vt ex eo poſſit cōue
niri ex quo res ad eum peruenit vel non.
Furti actione vel interdicto vnde vi an poſſit conueniri is ad quem
res peruenit vt videatur ratum habere factum.
16 Appellari an poſſit de iure canonico a ſententia lata in poſſeſſorio
tanꝙ ab interlocutoria.
17 Appellari an poſſit a ſentētia miſſionis ex primo decreto de iure ca
nonico vel ciuili.

Venio ad.§.impar. ꝛ hic habemus appellationē: ꝛ ſentētiā
nam decidit ſuper verbo. ꝛ.j.qȯ pars epi appellauit.
1 ¶ †No.j.ad concludendam ſpoliationē non ſufficit probare expul
tionem ꝛ poſſeſſionē expellētis:q2 ex hoc nō cōcludit deiectio a poſ‑
2 ſeſſione ex quo aliter poſſeſſio non probatur. ¶ †No.ij.ar.in cauſa
appellationis

appellationis nouum libellum producendum:⁊ nõ practicã libelli
3 pro parte apellati:vt petatur ſententia cõfirmari.¶ †Nota in cau-
ſa appellationis ſententiam promulgandã ex antiquis actis: quã
4 do aliud in appellationis inſtãtia nõ producitur.¶ †No.iij.quod
vbi habita relatione ſententie ad acta appareret ſentẽtiam fore in-
iuſtam ſententia nõ eſt nulla : ſed eſt irritanda.ideo ſi quis iudex ex
actis ſumit ſententiam.ac ſi foret probatũ ⁊ poſtea cõſtet nõ eſſe pro
batum ex hoc nõ eſt nulla ſententia:qđ eſt verum quando iudex ſen
tentiãdo nõ ſe refert ad acta:vide qđ no.C.de error.aduo.l.j.de pro
5 ba.quoniã contra:⁊ de re iudi.cum bertoldus.¶ †No.iiij.quatuor
ſpecies probationum. de alijs hic in glo.⁊ in ſum.de proba.§.ſi.⁊ de
preſump.c.ij.⁊ no.hic qđ per inſtrumentuꝫ probari poteſt ſpoliatio
⁊ conſequenter poteſt probari delictum:de quo in regula ſemel ma-
6 lus.de re.iur.lib.vj.†Et qđ negatiuam ad certam ſcripturam coar-
tata eſt ꝓbabilis vt no.ſupra.de lit.conte.c.j.de elec.bone.i.¶ †No
ta ſecundũ vnum intellectum eiecto qui nõ poſſidebat nõ dari poſ
ſeſſorium:⁊ remota poſſeſſione omnis modus ſpoliationis eijcitur
7 ¶ †Nota qđ vbi actio eſt apta:ſi intentio eſt inepta quo ad omneꝫ
ſpẽm actionis ſententia lata tenet niſi appelletur: ſecundum alium
intellectum qđ hic probata fuerit poſſeſſio.ſed ſuccubuerit propter
8 ſpeciem actionis ineptam.¶ †No. quod ad concludendũ interdi-
ctum vnde vi:nõ ſufficit ſpoliato probare ſe ſpoliatum : ⁊ illũ cõtra
quem agitur poſſidere:qꝛ tale nõ competit niſi contra ſpoliantem:
mandantẽ:vel ratam habentem ſpoliationem proprio nomine fa-
9 ctam.†Ex hoc no.qđ vbi intentio eſt apta in ſuo genere:actio ine-
pta valet ſententia ſuper inepta actione: licet ſit iniuſta.¶ No.hic
expreſſum qđ vbi cauſa agendi eſt apta ⁊ actio inepta agens ſuccũ-
bit:licet probet aptam ad partuꝫ actionis nõ deduxit.vide de iudi.
examinata.¶ Et no.qđ nedũ hoc eſt verum in principali:ſed in ap
10 pellationis inſtãtia.¶ †No.qđ vbi actio eſt inepta in ſpecie:in ge-
nere apta intentio : ⁊ finis actionis iudex in cauſa nõ debet ſimplr
pronuntiare ſuper facto ſed ſuper actione vt actionem competere:
vel non competere ⁊ hoc ne preiudicetur vltra intentum.¶ No.qđ a
ſententia lata in poſſeſſorio poteſt ſecundum canonem appellari.
11 ¶ †No.limitationem ad regulam pro ſententia preſumendum:qꝛ
illud verum vt iuſta preſumatur ex cauſa quacũꝙ excogitari poſſit
quando nõ apparent acta ſed quãdo apparent acta nullam aliã pre
ſumamus preſumptioneꝫ pro ea:niſi quatenus ex actis iuſtificatur
Ideo productis actis licet antea preſumatur pro ſententia ſi ex ac-
tis colligitur iniuſtitia probatur ſentẽtie iniuſtitia. de quo hic per
doc.⁊ de proba.quoniam cõtra.⁊ vide. Bar.in.l.hi qui ciuilia.C.de
ap.⁊ in.l.j.C.vt poſt.pu.adſit tu.⁊ dicam de proba.quoniã cõtra. de
renun.in preſentia.⁊ ſic ſententia appellatiõis ſuſpenſa quis admit
titur ad dicendã in iuſtitiã ex actis: quia quãdo ſententia tranſiuit
in rem iudi.dicam poſt Inno.j.de proba. licet cauſam : ſuper glo.ſi.
Item no.qđ dicimus pro ſententia preſumi eſt verum niſi ſentẽtia
ſit appellatiõe ſuſpenſa ⁊ hoc ideo:qꝛ ſurgit ex auctoritate rei iudi.
12 de re iudi.ſicut que ceſſat apellationeꝫ interiecta.¶ †Venio ad.x.
nup.vſqꝫ ad.x.ſentẽtia.Oppo.j.qđ ablatio crucis:⁊ ſimilia: vt ſepa
rata a poſſeſſione eccleſie nihil concluderẽt.So.dicit Io.an. qđ po-
nebant cruces in domibus vel forte illas portabãt ad exquirendas
elemoſynas ſecũdũ tan. ⁊ goſ. vel illas deferebant in clamide . dicit
Ioan.an.qđ primum plus ſibi placet.Illa enim erant ſigna propin
qua poſſeſſioni:vt.l.clauibus.de contra.emp. ¶ Venio ad ſenten-
13 tiam.¶ †Opp.qđ ꝯtra hũc agi potuerit poſſeſſorio:licet nõ fuerit
mãdans ⁊c.iij.q.j.reintegrãda.j.c.ſepe cũ ſi.gl. ponit ſuũ intellectũ
qđ hic ſuccubuerit ꝑpter ineptã actionẽ tm̃ ⁊ nõ ꝑpter intẽtionẽ:qꝛ
poſſeſſoriũ cõpetebat ſed nõ interdictum vnde vi. Vnde concludit
qđ ſi queritur an interdictuꝫ vnde vi tranſeat ad ſucceſſorem actiue
dicendum eſt qđ tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalem nõ ſingularem:
vt patet in.l.j.§.hoc interdictum.ff.de vi ⁊ vi ar.de teſti.ſignificaue-
runt.Si queritur an tranſeat paſſiue in ſucceſſorem : dic ſi ſucceſſor
eſt vniuerſalis tranſit.ff.e.l.j.§.vlti.ſecundum verum intellectum:ſi
an tranſeat in ſingularem dic quod interdictum vnde vi non tranſit
cõtra ſingularem nec actio in factum ex illo edicto licet aliqui cõtra
rium dixerint per illum.§.qui aliter intelligitur vt eſt dictum ſed cõ
petit tãtum contra mandãtem ſpoliantem vel ratũ habentẽ. Vnde
cum aliud nõ competat poſſeſſorium ꝓprium cõtra ſingularẽ ſucceſ
ſorem nõ videtur prouiſum de iure ciuili ſed de hoc dicam.j.e.ſepe.
Quoddam eſt poſſeſſorium magis latum vt eſt condictio ex decre.
ſepe:⁊ hec datur contra ſucceſſorem habentem cauſam a deiectore ⁊
ſuccedentem in vitium: dato quod non ſit ſpolians ⁊c.vt ibi habeṫ.
14 ¶ †No.gl. que exigit quod habeat cauſam a deiectore : vt dicatur
ſuccedere in vitium : ſed hoc examinabitur.j.c. ſepe . Quoddam eſt
remedium magis latum vt eſt cõdictio ex canone reintegrãda ⁊ hoc
competit contra quemlibet poſſeſſorem in rebus eccleſiaſticis : vt
patet.iij.q.j.reintegranda.Sed his agitur de iure canonico non ſtri
cto interdicto vnde vi:licet quidam dixerint contra.ad hoc de iudi.
qꝛ in.xij.q.ij.quicunꝙ.xvj.q.vj.ſi epiſcopũ. de trãſac. veniẽs. ſcđm hoc
ergo ſentit glo.qđ canon reintegranda inducat ſpecificum ius agen
di per ſe ab alijs remedijs poſſeſſorijs quod non placet hic Innocẽ-
tio qui dicit,quod non datur condictio ex canone reintegranda:
ſed ius illud eſt ſtatuens ⁊ declarans reſtituenda omnia ſpoliatis:ꝑ
remedia ſua antiquitus competentia:ſi dolo cõtraxit:actione de do
lo:ſi metu actiõe qđ me.cauſa.⁊ ſic de alijs. Sed nõ placet hoc Hoſt.
qui dicit qđ Inno.met no.cõtra.de elec.querelã:nam vbi non occur
runt ſpecialia remedia:neceſſaria erit actio.i.cõdictio ex illo canone
prouidẽs in caſu nõ ꝓuiſo a lege:vel canone:puta ſi a poſſeſſione ce-
cidit:nec eſt aliud ſibi remedium ꝓditum.hoc etiã no. Inno.j.c.ſepe
⁊ ibi no.Hoſt. ſm Ioã.cal.Sed hic Hoſt.intellexit Inn.⁊ ita videṫ
loqui.qđ canon reintegrãda nullum induceret ius agẽdi: nec in ge-
nere:nec in ſpecie:ſed ſimpliciter eſſet approbatoriuꝫ aliorum reme-
diorum.Sed dicit Ioan.cal.qđ alij intelligunt Innocen.voluiſſe ꝙ
omnia alia remedia poſſeſſoria:vt actio qđ me.cau.de dolo:vnde vi
⁊ ſimilia:in iſto includerentur.⁊ per hoc remediuꝫ vt generale poſſit
agi:vbi alia cõpetunt:et poſſe ſimul cum alijs ſpecialibus in eodem
libello accumulari.⁊ hoc in practica ſeruatur:quaſi iſtud remedium
omnia alia remedia ſparſa in iure colligat:⁊ cõplectatur:⁊ cõiungat
⁊ ſatis ſit actori probare id propter qđ aliquo iure beneficio poſſeſ-
ſio ſit ſibi reſtituenda: Ioan.cal.dicit qđ per hoc remedium ſubueni
tur omnibus:qui quomodocunꝙ iniuſte dimiſerũt poſſeſſioneꝫ rei
quam repetũt:etiã ſi nõ per violentiã:vel metum:vel per dolum:ſed
forte alias iniuſte propter metũ:preter culpam ſuam:quis decidit a
poſſeſſione:quam alius nũc tenet titulo:ſiue vt primus poſſeſſor de
loco receſſit propter hoſpitalitatẽ.vel famẽ:vel ſimili de cauſa:⁊ hoc
velit litera illius canonis in ſi.propter quaſcunꝙ cauſas.res ꝓprias
vel ſubſtãtias perdidiſſe noſcũtur:⁊ huic cõcordare videṫ.l.ſi coloni.
C.de agri.⁊ cenſi.li.xj.Sed.qꝛ ſic ampliare beneficium dicti canonis
poſſet videri durũ:equũ eſt dicere qđ ſolum in rebus eccleſie:⁊ in re-
bus proprijs clericorũ locũ habet ſm Io.cal.nõ video cauſaꝫ reſtrin
gendi cum generaliter loquatur:⁊ qꝛ ordinaṫ ad finẽ corrigẽdi pecca
tum:vñ equũ eſſet illa ſeruari ẽt in foro ciuili:vt no.in regula poſſeſ-
ſor de re.iu.li.vj.qꝛ dato qđ iura illa loquanṫ de epis:nõ ſunt ad illos
reſtringenda:cũ eadẽ ſit rõ in alijs:ſed nec hoc ius corrigat:ſed addat
nouam ſpeciem agendi.Quoddam eſt remediuꝫ agendi actione qđ
met.cauſa:⁊ hoc datur contra quemlibet poſſeſſoreꝫ.ff.quod metus
cauſa.l.ſi cum exceptione.§.aliquando.Quoddã eſt remediũ reſtitu
toriũ edicti.de no.oper.nun.⁊ hoc.ſiľr datur cõtra quẽlibet poſſeſſo
rem vt.ff.de no.oper.nun.l.vlt.ſecundum glo.⁊ Io.hic ergo agebat
interdicto vnde vi : ⁊ non probauit requiſita ad illud : quia licet ad
hunc epiſcopum tranſiuiſſet hoſpitale ⁊ ſic eſſet ſingularis ſucceſ-
ſoris non poterat interdicto conueniri:licet alia remedia competiſ
15 ſent que nõ deduxit. Ideo ſuccũbit.¶ †Opp.qđ ẽt interdicto vnde
vi potuerit conueniri hic ad quem res peruenit quia ex quo ad eum
peruenit ratum habuit dato quod non nomine ſuo factum ſit ſecun
dum canones.ix.q.ij.lugđ.xvj.q.j.c.vlti.x.q.vj.c.j. cum ſi. Item qꝛ ſi
ſeruus meus vim fecit teneor in eo quod ad me peruenit in totũ ali-
as notaliter:vt.ff.de vi ⁊ vi ar.l.ſi vi a me.Item eo quod familia ſpo
liauit ⁊ dominus poſſidere reperitur preſumitur hoc factum de vo-
luntate domini:vt.j.q.iiij.quia preſulatus.j.de teſti. conſtitutus.ff.
de mino.l.iiij.Glo.reſpondit.quod de facto familie nõ tenetur niſi
mandauerit vel ratum habuerit non ob.primo quod dicitur de ſer-
uo quia ſeruus obligat dominum in eo qđ peruenit ſicut etiã illi ac
quiriṫ ſecus in alio de familia:ad qđ.ff.de in rẽ vſo:per totũ.No.qđ
diciṫ qđ ratũ videaṫ habuiſſe eo qđ ad eũ peruenit qꝛ id põt eſſe quã
do ſcienter ad eũ peruenit nõ apparet hic qđ ſcienter ꝑuenerit. Iteꝫ
hic nõ ſpoliauit familia nomine dñi. Ideo nõ põt habere ratũ non
ſuo nomine geſtũ.glo.alľ.l.pupilli.§.ſi egro. de ne. geſ ad qđ de ſen.
ex.cum quis.li.vj.Non ob.qđ nõ meo nomine geſtũ de iure cano. ra
tuꝫ habeo vt in iuribus.alľ.in glo.licet glo.nõ reſpondeat dic quod
non nomine meo geſtum ratum habeo quo ad fineꝫ validandi actũ
vt.l.Paulus de pig.vel quo ad finem tollẽdi difficultatem infrin-
gendi:ſed quo ad finem cauſandi ius agendi actiue vel paſſiue: ali-
cui vel contra aliquem : non meo nomine geſtum non poſſum habe
re ratum vt no.in dicta.l.ſi vi a me.Non ob.qđ videatur familia feciſ
ſe nomine domini ex quo ad dominum peruenit quia illud poſſet
eſſe verũ qñ ex facto familie imediate ꝑuẽit ad dñi qꝛ ꝯſtat familiã
ſpoliaſſe ⁊ dño tradidiſſe:vt ibi.Sed hic nõ cõſtat quod immediate
peruenerit.cõſtabat enim eos eieciſſe:⁊ potuit eſſe qđ vacantem di-
miſit poſſeſſionẽ:⁊ poſtea dñs illã eſt igreſſus:⁊ ſic nõ habuit illam a
familia imediate.ad hoc qđ no.gl.e.l.ſiue aũt.in gl.ob. timorẽ:⁊ hec
eſt vna ſolutio quã ponit gl.quã poſuit etiã Inno.per hoc dicit hic
Pe.de anch.vt recitat Spe.in titu.de peti.⁊ poſ.§.j.ver.Item not.
qđ cautela eſt ſi vis facere obtinere amicuꝫ:qui non poteſt ꝓbare de
iure altero etiam poſſidente ius non habẽte:vt amicus illius eũ ſpo
liet poſſeſſione:⁊ poſtea ille ingrediatur illam vacantem:qꝛ per hoc
nõ videbitur eam habuiſſe a deiectore:vt hic:immo talis vſucapere
poſſit:vt dicam.j.⁊ in hoc fuerunt hic hoſpitalarij decepti. Sed dic
hec cautela nõ proficeret quo ad remedia.c.ſepe. Inquantuꝫ dixi ex
facto familie non teneri niſi ad dominũ immediate peruenerit. Fal
lit hoc in edicto de his qui deie.vel effu.de quo in Spec. de iniur.in
ſi.Vel ſcđo reſpondet Inno.de facto familie tenetur:quando ad eũ

peruenit:ſed tenetur vtili interdicto:non directo: hic intentauit di-
rectum ꝛ non vtile.ideo ſuccubuit.nõ ob.de iudi.examinate. ꝛ.c.di-
lecti:quia licet non teneatur quis exprimere actionem:ſi tamen illã
exprimat ꝛ ineptaȝ ſuccumbit:vt dicto .c.examinata.Et ex hoc no.
qđ ſuper libello in directa nõ poteſt ferri ſententia inutili: de quo
dixi in dicto.c.examinata.ꝛ ar.de dila.litere:ꝛ per Bar.in.l.iul.§.ꝙ
ꝙ.ff.de aqua plu.ar.l.j.de ac.ꝛ ob.per Cy.Uel tertio ſecundũ Inno
cen.dic qđ quandoqꝫ quis eſt expulſus a poſſeſſione: vel veniens nõ
admiſſus ꝛ datur interdictum.ff. de vi ꝛ vi ar.l.idem.§.ſi quis.ꝛ.l.j.
§.labeo.l.iij.§.ſi quis autem. Quandoqꝫ quis nõ eſt expulſus: nec
veniens non admiſſus:ſed poſſidens ſuſpicans ſe poſſe repelli poſ-
ſeſſionem amiſit:ꝛ non habet interdictum vt.l.ergo.§.quibus.ff.de
acqui.poſ.ꝛ ita fuit hic qꝛ hi hoſpitalarij nõ fuerunt expulſi ſed ſuſ-
picantes ſe repelli animo poſſeſſionem perdiderunt: vt.d.§.quibꝰ
propter ſolam enim vim expulſiuaȝ datur interdictum.Quandoqꝫ
quis eſt expulſus a poſſeſſione vim tamen inferẽtes nõ ſunt ingreſſi
ꝛ hic Inno.ponit duas opi.vnam qđ vim inferentes teneantur in-
terdicto vnde vi ad omnia damna que hac occaſiõe paſſi ſunt:qđ ap
paret:quia aliquando interdicto tenetur etiam qui nihil habuit de
violentia ſed tantũ auxiliuȝ dedit.C.e.l.j.ff.e.l.j.§.deieciſſe.Nec ob.
ff.de vſuca.l.nõ ſolum.§.ſi dominus vbi dicitur qđ talis res poteſt
vſucapi:quod nõ eſſet ſi circa illam cõmiſſa eſſet rapina qꝛ illa loqui
tur quando armati nõ ibãt animo rem apprehendendi ꝙꝙ illi ſic
putauerint ꝛ ſic res nõ dicitur violenta.Non ob.predicta.l.labeo.§.
ſi quis vbi dicitur qđ interdicto tenentur occupantes ꝛ violentiam
inferentes vel euntes animo violentiam inferendi ſi occupauerint
ergo ſi nõ occupauerint nõ videntur tenere qꝛ nõ debet ſumi arg.a
contrario ſenſu.Sed illi tenẽtur maxime qꝛ tenentur reſtituere fun
dum occupatum.Immo dicit Inn. qđ pro hac opi. faciunt.ll.ille ꝗ
dicunt occupantes teneri ſi inuadant res:qꝛ nõ poſſumus dicere qđ
ex occupatione ſequenti oriatur interdictum qꝛ tunc nulla infertur
violẽtia circa poſſeſſionem que ante eſt perdita ergo neceſſario ori-
tur ex precedenti violentia alias abſurdum ſequeretur quod etiam
ſi per vnum annum .x.vel plures occuparet tunc teneretur interdi-
cto qđ abſurdum eſſet vt tunc oriretur cum iaȝ violentia in obliuio
nem trãſiſſet ꝛ ſi nõ teneretur interdicto ex violentia precedenti:nec
actio qđ me.cauſa:que cõpetit quando quis compulſus aliquid fa-
cit.nec quod vi aut clã quod competit quando aliquis prohibetur
in aliquo opere faciendo in ſolo ꝛ hic nullum opus prohibeatur da
bitur ergo hic interdictum nõ ex violentia illata quod ſit expulſus
ſed quia ſuſpicatus eſt ſe poſſe repelli ꝛ ideo ad fundum ire non au-
det ꝛ ſic ex facto violenti amitto fundum vel alia damna patior.hec
opi.nõ videtur placere Inno . hec eſt veritas.Si a poſſeſſione ſum
expulſus vel veniens non admittor ꝛ vim inferentes occupauerunt
non eſt dubium competere interdictum . Si aliqui ſunt ingreſſi me
poſſidente: ego timore videndo eos ingredi ſibi voluntarie poſſeſ
ſionem cedo vel poſtꝙ ſcio eos ingreſſos metu ſibi poſſeſſioneȝ di-
miſi:nec acceſſi datur actio qđ me.cã.ff.qđ me.cauſa.l. metũ vbi glo.
ꝛ no.glo.in.l.iij.§. ſi quis autẽ.ver. directũ ad ſi . Ad hoc reduco qđ
dicit hic Io.an.qđ ſine aliqua coactione ingredientes non expecta
uit habet interdictũ non actis qđ me.cauſa ſecus ſi diſceſſiſſet poſt
ingreſſum armatorum vt in.l.metum. Sed ſi nõ acceſſi credens me
nõ admittendum vel deijciendũ habeo interdictuȝ vnde vi: vt no.
ibi glo.ꝛ in.li.j.§.interdictum.e.ti.quandoqꝫ timore venientium di
ſceſſi qui alio tendebãt ꝛ tũc ſi diſcedo credens me repelli perdo poſ
ſeſſionẽ vt.l.nõ ſolum .§.ſi domus.de vſuca.ꝛ ſi illi nõ occupauerũt
res nõ eſt violenta nec ego habeo interdictum vnde vi : ne ac . quod
me.cauſa quia memetipſuȝ priuaui:vt.l.iij.§.ſi quis autem.Si alio
tendebãt ꝛ poſtea mutato propoſito poſſeſſionem occupauerunt:
habeo interdictũ vnde vi.vt.l.j.§.Idem labeo ꝛ dicto.§.ſi quis autẽ
in ſi.quia ad id veniſſe fingũtur vt docet euẽtus.ad hoc.l.iij.§. omni
no deiectus.ꝛ.§.proinde.Non ob. ſi dicatur quod ille ſe priuat poſ-
ſeſſione ſolo animo ꝛ opinione ſua:ꝛ forte vana ſe priuauit que vio
lentiam ꝛ occupationeȝ precedit:vt.l.j.C.de rap.vir.reſpon.j.gl. qđ
non priuauit me ſola opi.ſed aduerſarius propter quem opi.prece-
dit ꝛ ſic animus amittendi licet preuenerit inuaſionem totum fuit
ab aduerſario cauſatum ideo inuaſio trahitur ad diem opi. ꝛ fingit
preceſſiſſe ſicut aliquãdo inuaſio preuenit animũ vt ſi te ingreſſo ſuſ
picor me poſſe repelli vt.l.j.§.interdictum.ff.de vi ꝛ vi ar.ꝛ.l.clam.§.
ſi.de acqui.poſ.datur tamen tunc vtile vt dicit glo. ibi.ꝛ hoc proce-
dit etiam ſi diu poſt ingreſſum eſt: vt dicta.l.iij.§.ſi quis autem:ꝛ.§.
ſi quis annus ſecunduȝ Bar.licet glo.de hoc dubitauerit in.§. Idẽ
labeo.Quãdoqꝫ ad hoc veniebãt vt me expellerẽt:ꝛ nõ ſunt ingreſ-
ſi:ꝛ hic ſunt opi.vt dixit In. Bal.dicit nõ cõpetere interdictuȝ:ex
quo nõ ſunt ingreſſi:vt.l.iij.§.Idem labeo.Ille intelligitur quando
alio tendebãt ꝛ per.§. proinde in.l.iij.adhuc debet intelligi:qđ alio
tendebãt.Alia eſt opi.glo.quod teneatur interdicto vnde vi quam
non videtur ſequi hic Innocen.hic tenet gl.qđ cõpetit ad qđ.l.non
ſolum.§.ſi dominus.ꝛ.l.ſequitur.§.ſi tu me.e.ti.poſſeſſio tamen nõ
eſt vitioſa:ex quo nõ eſt occupata.Applicãdo ad propoſituȝ ex quo
amilia nõ eſt ingreſſa:expulit tamẽ cõtra familiam cõpeteret inter-
dictum nõ contra dominũ:qui eam inuenit vacantem:ex quo nõ eſt
immediate aliquid domino applicatuȝ ex facto familie:ꝙꝙ media
te ꝛ occaſionaliter ꝓpter factuȝ eius.Ex predictis multi intellectus
concluduntur in hac decre.primus ꝙ hic nõ fuit probata ſpoliatio:
ꝛ hoc multipliciter.Primo qꝛ nõ ꝓbatur qđ hoſpitalarij poſſiderẽt
ideo ſola eiectione non vidẽtur ſpoliati:ꝛ ſic nõ datur poſſeſſorium:
non enim ſpoliauit nec mandauit:nec ratũ habuit ſpoliationem:ex
quo deficit ſubiectũ ſpoliatiõis: de hoc.ꝫ.c.olim.Scđo qꝛ hic nec eie
ctio erat probata:qꝛ videbaẗ probatuȝ ſed nõ erat probatum:multa
enim vidẽtur que nõ ſunt:vt dicit Placen.de acqui.poſ.l.naturali-
ter.Tertio.qꝛ dato qđ vim intulerit circa crucea:nõ erat ꝓbatũ qđ
poſſeſſionẽ abſtulerint ꝛ licet dominus occupaſſet ad eum nihil per
uenit immediate a familia.Scđs principalis intellectus qđ hic ſuc-
cubuit propter ineptitudinẽ qualitatis actionis:qꝛ cõcluſerunt in-
directo:ꝛ ꝓbarunt inutili:qđ cõpetit cõtra dominum de facto fami
lie.Tertius qđ ineptitudo erat in ſubſtãtia actiõis:qꝛ hic agebatur
interdicto vnde vi:vbi poterat agi cõdictiõe ex canone reintegrãda
16 alleg.decre.ſepe.j.co.ti.¶ †Oppo.cum glo.in ver.Et nota.qđ a ſen
tentia lata in poſſeſſorio nõ appelletur:vt patet.ij.q.vi. ſint quorum
ver.ſi de poſſeſſione.C.ſi de momen.poſ.l.j.Glo.dicit primo id ſcđm
l.hic ſcđm canones. Inn.tenet hãc ſo.in. c.pe.de no. ope.nun.dicẽs
qđ cauſa nõ eſt quare nõ appelletur a ſentẽtia in poſſeſſorio ſcđm.l.
qđ ſit interlocutoria:ſed qꝛ ſuper ꝓprietate principalius ꝛ perfectiꝰ
iudicium expectatur:vt dicta.l.j.et maxime dicit poſſe appellari de
iure canonico:quando denegatur petitio ſuper poſſeſſorio.ꝫ.e.ex cõ
queſtione.Uel ſcđo dicit gloſ. in poſſeſſorio reſtituende appellatur
vt hic:qꝛ preiudiciale eſt proprietati.vt.l.ſi quis in tantã.C.vnde vi:
ſed in alijs poſſeſſorijs adipiſcende nõ appellatur in cle.j.de ſequeſt.
fruc.ꝛ poſ.Archi.ij.q.vi.ſunt quorum.ver.de poſſeſſione.tenet quod
etiam ſcđm cano.an ſententia lata in poſſeſſorio nõ appelletur per
no.de reſcrip.c.ij.Tum qꝛ in canone non reperitur cõtrarium qđ eſt
falſum ſm Calde.vt hic.ꝛ.ꝫ.co.ex cõqueſtione:ꝛ de ſequeſ.poſ. cle.j.
Sed forte illam nõ vidit.Et ad hanc decre.conatur reſpondere mul
tipliciter:ſed ſo.que plus pungit eſt qđ hic erat actum ſuper vtroqꝫ:
ꝛ petitorio ꝛ poſſeſſorio.So.nõ placet Io.cal.qꝛ hic fuit lata ſenten-
tia ſuper poſſeſſorio tantũ.Cal.tenet qđ põt appellari ſcđm canoñ.
a quacunqꝫ ſententia lata in poſſeſſorio qꝛ a quolibet grauamine po
teſt appellari:ꝛ hoc etiã tenet Io.an.in addi.Spe.in titulo.de app.
§.ij.ſuper ver.vj.ꝛ ver.ſe.Recitat ibi aliquos diſtinxiſſe an ſit actum
nudo poſſeſſorio:ꝛ non poteſt appellari:an ſit accumulata conditio
ex.l.ſi quis in tantam: ad perditioneȝ poſſeſſionis ꝛ idem:an ad per
ditionem ꝓprietatis ꝛ poteſt appellari.Tu tene qđ de iure canoni-
co indiſtincte poſſit appellari:ꝛ hoc tenet Frede.ſuo conſilio.lxxix.ꝛ
17 idem Pau.in cle.j.de ſequeſt.poſ.ꝛ fruc.†Nunquid autem appellet
a ſententia miſſionis ex primo decreto:Ioan.an.in titulo de primo
ꝛ ſecundo decret.§.j.tenet qđ appellari poſſit:niſi contumacia in nõ
veniendo impediat:vt in clemen.ſi ante de do.ꝛ contu.Ideo ſi nõ eſt
verus cõtumax:vel cõtumax eſt in nõ cauendo:poterit appellari:vt
l.creditor.§.iuſſus.ff.de ap. qꝛ ex hac interlocutoria ſatis grauatur.
ad hoc alle.de appel.ſuper eo.ij.De iure aũt ciuili tenet cum Dy.in
tractatu miſſionis:qꝛ a miſſione ex primo non appellatur:qꝛ illa eſt
interlocutoria:a qua de iure ciuili regulariter nõ appellatur: ꝛ quia
non abſorbet ius alterius:vt in auẗ. ei qui iurat:ꝛ in.l.ſi finita.§.iul.
ff.de damn.infec. In miſſione autem ex ſecundo poteſt appellari:qꝛ
dato quod ſit iterlocutoria ius alterius abſorbet.ff.de mino. l.intra
vtile.ff.de ap.reci.l.ij.ꝛ dicit Cy.dictum ſeruandum in foro ciuili qđ
18 ſupra dictum eſt in foro canonico ſcđm eum.†Uidetur qđ pro ſentẽ-
tia debeat preſumi:vt.ꝫ.de renun.in preſentia: de elec.bone.de pro-
ba.quoniã contra.de re iudi.ſicut.ꝛ.c.cum inter.Doc.hic dupliciter
ſoluunt:vnde dicit qđ pro ſententia preſumitur quãdo nõ exhibenẗ
acta:vbi autem acta exhibẽtur:ꝛ alia nõ allegantur:nõ preſumitur:
niſi quatenus conſtat ex actis:quaſi acta ꝓbent iniuſtitiam.alleg.de
re iudi.cum bertoldus.Hec tempera vera:niſi in cauſis breuioribus:
vbi de actis:qꝛ nõ ſcribuntur ſtatur verbo iudicis:vt not.in.auẗ.niſi
breuiores.C.de ſen.ex peri.reci.per que dic qđ de actis preſumitur.ꝛ
ſtatur verbo arbitratoris:quando habet poteſtatem procedendi de
facto.Idem qđ hic doc.de proba.quoniam contra.Bart.idem in.l.
hi qui ad ciuilia.C.de ap.ꝛ in.l.j.C.vt cau.poſt pub.aſſit tu.contradi
cere videtur.C.de ſen.l.prolataȝ.Puto qđ ſi dubitetur de rectitudi-
ne actorũ an fuerit cõteſt.lis:vel ſimilia:qđ eo qđ acta producuntur:
ſatis probatur hic defectus:vt eſt caſus de lit.cõte.c.j. Si dubitetur
de iuſtitia ſentẽtie vel iniuſtitia circa cauſe cognitionẽ:tunc ex actis
poteſt probari abſqꝫ dubio:qꝛ productis actis illa põt ex eis colligi.
Si de iniuſtitia:tũc ſi ſentẽtia nõ eſt appellatione ſuſpenſa ex actis
non probatur iniuſtitia:nec ad probandum admittitur: ꝛ ſi illa pro
ducat ꝛ non appareat iuſtitia ex hoc ſentẽtia nõ retractatur : vt no.
Inno.de proba.quoniam contra:ꝛ ſic poteſt intelligi Bar.in.l.pro
latam . Si ſententia eſt appellatione ſuſpenſa:tunc dicit Inno.qđ
ex actis poteſt oſtendi iuſtitia ſententie.Sed contra eum eſt text.in
c.in preſentia.de renun.Si ex actis aliquid apparet in quo faciliter
potuit decipi iudex:qꝛ defectus probationis non erat omnino eui-
dens pro

dens pro actis non preſumitur quia in illo preſumitur deceptus vt
hic. Multi enim dixiſſent ex ſpoliatione familie re perueniente ad
dominum concluſum fuiſſe in poſſeſſorio ⁊ probatum cõtra domi-
num. Si autem ex actis nõ apparet aliquid in quo faciliter potuit
decipi tunc quia mens iudicis nõ ſemper applicatur: nec applicari
debet ad vnam ſpeciem probationis ſed ex multis poterit extrin-
ſecis ab actis informari dicendum quod preſumit̃ pro ea. ar. de pro-
ba. in preſentia vbi allegantur alie probationes vel cauſe interceſ-
ſiſſe: ſecundum vinc. hic. Secus ſi nõ allegantur quia tunc non preſu
mitur niſi quatenus acta docent quia aliquando qđ preſumit̃ debet
allegari vt. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. polioni. ff. de adul. ⁊ no. ff.
ſi cert. pe. l. cum quid: ⁊ no. Cõpo. ſ. de conſue. cum dilectus. ad qđ.
l. ſi filius. C. de peti. here. hec tamen preſumptio nõ iuuat actorem
qui actor eſt in cauſa appellatiõis niſi aliter doceat vt iuſtificet acta
vt hic iuuat tamen reum opera. i. non grauatur onere probandi: vt
de renun. in preſentia. Idem ſi vterqꝫ eſt actor ⁊ reus quia ille habe
tur pro reo contra quem appellatur vt ibi ſcđm gl. ſcđo põt ſolui qđ
appellatione pendente non preſumitur pro ſententia vt hic: quia
preſumptio ſurgit ex auctoritate rei iudi. qui ſuſpenditur app. pen.
ad hoc qđ no. Inn. de off. dele. cũ in iure de appel. bone. de prob. qm̃
cõtra: ſed ſi trãſiuit in rem iu. p̃ſumit̃ vt ibi. Quid ſi nõ trãſiuit in rẽ
iudi. ſed nõ eſt appellatũ ⁊ quid de ſen. que nõ tranſeunt: dic vt dicã
de proba. quoniã contra: ⁊ ibi Inno. ⁊ de app. bone ⁊ remiſit ad ſpe.
in dicto. c. quoniam contra: ⁊ dixi de renun. in preſentia. An autem
pendente nullitate preſumat̃ pro ſententia? Spe. qđ ſic: dũmodo ex
trinſece tranſierit in rem iudi. q2 lapſi ſunt. x. dies: vt dicit Specu. de
proba. §. i. ver. ſequit̃. alle. iura iſta. ad hoc qđ dicit de ſententijs cen-
ſure. de elec. bone. de proba. quoniam contra per Inno. qui remittit
per viam nullitatis ⁊ tamẽ pro eis preſumitur. Itẽ poteſt dici quã-
do reuocatur per viam reſtitutionis: nam dicens ſe leſum habet pro
bare: vt in. c. ſi. de reſt. in inte. niſi pretenderet iniquitatem: q2 eoipſo
qđ non iuſtificaretur ſententia: conſtaret de leſione. Ex hoc decidit̃
preſuppoſito qđ pro ſententia arbitratorꝫ preſumatur: vt dicit Dy.
in. q. que incipit Tholomeus: ⁊ ponit Joã. an. in titulo de arb. in lo
co vbi remittam de iureiur. quintaualliſ: an pendẽte reductione ad
arbitrium preſumatur: puto qđ non: vt in ſententijs cenſure: poſito
qđ non ſuſpendat appellatio. tollitur tamẽ preſumptio: vt no. Inn.
in locis preallc. ſic ⁊ erit in reductione: licet illa non ſuſpendat: q2 ha
bet vim reclamationis. Non ob. qđ ſi ago ad reſciſionez contractus
debeo probare leſionem. C. de reſcin. ven. l. ij. ⁊ de verbo. obli. ſi quis
cum aliter. l. lucius. ff. ad treb. de emp. ⁊ ven. cum dilecti. ⁊. c. cum cau
ſam: q2 illa iura procedunt in leſione ſurgente ex ꝯtractu meo ⁊ mea
voluntate geſto immediate: in quo mihi poſſum preiudicare: hoc in
leſione ſurgẽte ab alio. qui me ledere non poteſt: niſi ſcđm iuſtitiam:
⁊ q2 arctatur ad ſequendam iuſtitiam: non ergo preſumitur iuſtitia:
niſi probetur. ad hoc qđ no. in. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum: nam eo
quod condemnatus ſum: ſum leſus niſi cauſa oſtendatur: ex qua ſim
condemnatus. Anto. de but.

1 ☞ Spoliatus omnibus bonis non poteſt in ciuili conueniri ob-
ſtante ſpoliationis exceptione inopiam concludente.
2 Ad fructuum reſtitutionem non vrgetur qui non eſt ſoluendo.
3 Spoliator tenetur ad fructus reſtitutionem.
4 Libellus per quem concluditur ad petitionem partis talis rei quã
tenes valet licet alias non declaretur.
5 Libelli concluſio in poſſeſſorio per quem petitur res cum fructibus
reſtitui valet.
6 Debiti etiam cauſati a delicto impeditur executio ꝓpter inopiam.
7 Paupertas ſeu inopia excludit agentez ciuiliter poſſeſſorio recupe
rande cum fructibus cauſato ex ſpoliatione quo ad executionem ſo
lam nume. 9.
8 Fructuum appellatione continetur prouentus.
9 Exceptio executionis eſt dilatoria que poſt ſententiaz opponi põt.
10 Spoliationis exceptio de qua. nu. 7. vt propter inopiam quis nõ te-
neatur ad fructuum reſtitutionem an impediat condemnationem.
numero. ſeq.
11 Inopie exceptio nunquid impediat ſpoliationis exceptionem.
12 Spoliatio ſpoliationis quomodo non excludit agentem poſſeſſo-
rio contra primuz ſpoliatorem licet ſe oſtendat ſpoliatũ re ſpoliata.

1 OLim. Jo. an. non ſummat †omnibus bonis ſpo-
liatus non poteſt in ciuili conueniri obſtan-
2 te ſpoliationis exceptione inopiã cõcludente. h. d. † Vel
qui non eſt ſoluendo ad reſtitutionem fructuum nõ vrget̃
h. d. Primo ponit querelam. Secundo ꝓuidet. ibi veruꝫ. Caſus ſm
Jo. an. Rex legionis contraxit matrimoniũ cũ filia regis caſtelle cõ
ſanguinea ſua: papa mandat epiſcopo vt moneant eũ: ⁊ ſi eſt neceſſe
compellant ad dimittendam eam. nullus fuit hoc auſus facere: niſi
onecceñ. epiſcopus propter qđ rex eum expulit ex ſuo epiſcopatu.
papa mandat Januaceñ vt aſſignaret ſibi partez ſue dioceſis vnde
poſſet ſuſtentari demum facta cõcordia Januaceñ impetrauit lr̃as
vt hic onecceñ. videns ſe ex hoc precepto grauatũ impetrauit vt ſeq-
tur. Hoſt. ponit caſum quod onecceñ. in finitis debitis grauatus erat
vnde rex legionis de mandato pape occupauit totũ epiſcopatum
aſſignatis ſibi quinqꝫ milibꝫ donec debita eſſent ſoluta q2 illa pars
non ſufficiebat ſibi occupauit partem epiſcopatus onecceñ: quã con
demnatus eſt reſtituere cum fructibus mihi. papa mandat vt ſequi
tur: ⁊ ſic dicit ſe audiuiſſe a quodã ſocio hiſpano. Hoſt. ponebat ca-
ſum aliter qđ obmittit Jo. an. quia ius nõ variatur obmiſſa prolixi
tate facti dic caſum. Cum onecceñ. occupaſſet partem ep̃atus Zamo
ceñ: ⁊ inde fructus percepiſſet demũ fuit ſpoliatus toto epiſcopatu
onecceñ. poſt hoc ad petitionẽ Zamoceñ. fuit datꝰ delegatus qui cõ
pelleret onecceñ. ad reſtitutionem partis dioceſis Zamoceñ. cũ fru-
ctibus ⁊ ſic fuit cõdemnatus ſed cum ſuper executione fructum ꝯue-
niretur opponit ſe ſpoliatum ⁊ nõ habere vnde ſatiſfaceret ipſi dele
gati cõpellebant eum habuit recurſum ad papam: ⁊ papa mandat
3 vt hic. ¶ † Nota ſpoliatores teneri de fructibus. ad hoc. ſ. e. grauis
4 ¶ † No. ij. qđ procedit libellus peto partem talis rei quam habes: ⁊
tenes licet aliter nõ declaretur dum tamen per relationem ad par-
5 tem aliquid declaretur vt peto partem talis rei quã tenes. ¶ † No.
iij. qđ procedit cõcluſio in poſſeſſorio peto rem cũ fructibus reſtitui
6 dixi. ſ. c. proximo. ¶ † No. iiij. vnam exceptionem impedientez exe
cutionem debiti: etiam quãdo cauſatur debitũ a delicto ſcꝫ inopie.
7 de ſolu. odoardus. ¶ † No. v. exceptionem ſpoliationis omnium
bonorum concludens ⁊ inopia excludit agentẽ ciuiliter etiã tertio
8 non ſpoliante. ad hoc de reſti. ſpo. frequens. li. vi. ¶ No. vi. † quod
9 appellatione fructuum ⁊ prouẽtus ꝯtinent̃ ⁊ ecõuerſo. ¶ † No. vij.
exceptionem inopie nõ ꝯcludere ꝯdẽnationem vel ius agendi: ſed
ſolam executionem ⁊ ſic eſt exceptio executionis dilatoria que põt
10 opponi poſt ſentẽtiam de quo de excep. c. pe. ¶ † Quero an ſpolia-
tionis hec exceptio impediat condemnationem. Quidam qđ non:
immo cogitur ſe defendere ſed executio tantum differtur donec pro
pria re habeat hic nõ credit vinc. ſi talis eſt ſic ſpoliatus. Joan. and.
remittit. de reſti. ſpo. frequens. li. vi. ⁊ in ſpe de peti. ⁊ poſ. §. i. ver. ſed
cum ſpoliatus puto qđ ſi fatetur ſpoliationẽ non differtur iudiciuꝫ
⁊ condemnatur ſed differtur executio. Ideꝫ ſi aliter notorie conſtet
ſi diffitetur tunc ſi tanta eſt inopia qđ excludat facultatem ⁊ litigan-
di ⁊ ſe defendendi differtur iudicium. vt. l. ſi procurator. §. ſi ignoran
tes. ff. man. iunctis. no. de procur. nõ iniuſte. ⁊. C. de procur. inuitus
Si non excludit facultatẽ ſe defendendi fiet cõdemnatio ſed differ-
11 tur executio. † Nunquid autem exceptio inopie impediat ſpoliatio
nis exceptionẽ. verbi gratia: agis cõtra me oppono cõtra te ſpolia-
tionis exceptionem tu replicas de inopia qđ nõ potes reſtituere fru
ctus ſpoliatos propter inopiaꝫ hoc tangit ſpe. in loco preallegato:
⁊ dicit qđ ſi euidens eſt ſpoliatorem agẽtem nihil hẽre audiet index
cauſam ſuam ⁊ inde faciet cõpenſationem ſpoliato. al'. ſ. e. olim. ij.
vel retinebit rem ſi nõ eſt compenſabilis que petitur ⁊ extimabitur:
⁊ ſatiſfiet de fructibus vel dãdo inſolutum vel aliter vendẽdo. Quid
ſi iam fuit reſtitutus onecceñ. an haberet exceptionem hanc dic qđ ſi
eſſet reſtitutus ita qđ ſatiſfacere poſſet ceſſaret exceptio alias habe-
ret locum exemplum primi caſus. Si reſtitutus per regem legioñ.
iam collectis fructibus nam expectare tenet̃ Zamboreñ. donec fru-
ctus forent collecti ⁊ hoc eſt qđ vult dicere text. ibi taliter fuerit re-
ſtitutus vt reſtituere ⁊c. ſecundum vin. al'. de coll'. bo. l. ij. §. vltimo.
12 ¶ † Ad glo. opp. ſpoliatum nõ repellere ab agendo ſpoliatũ quia
ſpoliatio ſpoliatoris non eximit eum ab obligatione qua ex ſpolia
tione tenet̃ licet oſtendat ab alijs ſe ſpoliatum. ff. de vi ⁊ vi ar. l. cum
a te. Dic cum glo. ſi queritur an ſpoliatio ſpoliatiõis excludat poſ-
ſeſſorium eo qđ ſe oſtendit ſpoliatum re ſpoliata tantum: dic qđ nõ
ideo ſi onecceñ. fuiſſet ſpoliatus ſola parte dioceſis Zamoreñ. ſi que-
ritur an ſpoliatus omnibus bonis poſſit opponere exceptionem
ne reſtituat rem quam poſſidet qua alterum ſpoliauit dic qđ non: vt
in cõtrario. Si queritur an ſpoliatus omnibus bonis proprijs poſ-
ſit excludere agentem poſſeſſorio ad fructus dic qđ ſic vt hic q2 hoc
concludit inopia per quam non eſt potens ad reſtituendos fructus
Ideo dicit hoſti. quod ſi onecceñ. habuiſſet aliud ex quo potuiſſet ſa
tiſfacere de fructibus non fuiſſet auditus opponens nec ob. quod
dolus vel violentia illata onecceñ. non debet nocere Zamoreñ. quia
hic non ponderat̃ dolus: ſed impotentia ⁊ inopia conuenti. No ob.
quod contra tertium agentem nõ poſſit opponi ſpoliatio tertij: vt
de reſti. ſpo. frequens. li. vi. quia dic ſi ſpoliatus opponit ſe ſpoliatũ
contra agentez criminaliter ſerua. c. frequens. Si opponit ſe ſpolia
tum ꝯtra agentem ciuiliter ſi de re qua ſpoliauit agentem ab altero
ſpoliatum non excludit ſi de alia ſi opponit ſimplicem ſpoliationẽ
non concludentem inopiam non repellit. Si opponit exceptionẽ
concludentem inopiam ſub ratione inopie exceptionem repellit.
Nunquid autem impediat condemnationem vel executionem tan-
tum dixi ⁊ dicit Joan. an. quod ſi eſt ſoluendo non habet exceptio-
nem nec deducitur ne egeat quia dignum eſt vt male meriti egeſtate
laborent ſecũdum vincen. al'. de depo. bona fides ⁊ ex hac decre. col-
ligitur euidenter quod prelatus pro debito perſonali poteſt ſatiſfa
cere de fructibus eccleſie: ad quod de fideiuſ. peruenit: et illi poſſunt

capi in cauſam iudicati: ad quod de fideiuſ. peruenit: licet Archi. teneat cõtra. de reſcrip. ſtatutum. lib. vj. quod ponit Joan. and. de offi. oꝛdi. preſenti. eo. li. vide quod not. de appel. reprehenſibilis ad fi. vbi idem dicitur. Anto. de but.

1 ☞ Poſſeſſio iuris parochialis nõ acquiritur per excõmunicationem dieb⁹ aliquibus obſeruatam. nu. 9.
2 Poſſeſſorio etiam recuperande agere debet prelatus nomine eccleſie pro iuribus eccleſiarum.
3 Juriſditionis poſſeſſio ſeu quaſi non acquiritur alteri ſola patiẽtia ſubiecti in iuriſditionis exercitio.
4 Epiſcopus licet fundet ſuum intentuʒ ſuper iure epiſcopali in eccleſia ſue dioceſis nõ tamen fundat in quaſi poſſeſſione ꝙ ſi reperiatur poſſidere vel detinere preſumitur poſſidere reſpectu iuris communis. numero. 8.
5 Poſſeſſorio vt quis obtineat ſufficit ꝙ concludat poſſeſſionem tempoꝛe ſpoliationis vel ſe antea poſſediſſe.
6 Ad poſſeſſorium concludendum nõ ſufficit quem probare ſe eiectũ niſi probetur ꝙ tempoꝛe eiectionis vel ante poſſideat.
7 Sentẽtia adiudicans poſſeſſionem valet in poſſeſſorio.
8 Epiſcopo eſt ſubdita eccleſia in ſua dioceſi ſita iure cõmuni cuius reputatur paſtoꝛ ⁊ dux.
9 Juriſditio probatur in aliquos per excõmunicationem quando ius excõmunicandi ſpectat ad dignitatem.
10 Juriſditionis poſſeſſio ſeu quaſi non aquiritur patientia ⁊ obſeruatione exercitij iuriſditionis aliquãto tempoꝛe cauſa humilitatis nõ vt ius habenti.
11 Juriſditionis poſſeſſio ſeu quaſi an ex pati indiſtincte queratur vel non in patientes etiam quo ad excommunicandi actum.
12 Juriſditionis poſſeſſio ſeu quaſi dato ꝙ ex pati queratur in patientes an indiſtincte queratur in quocunqȝ iuriſditionem exercẽte quo ad excõmunicandi actum.
13 Excõmunicationis timoꝛ an ſit iuſtus vel vanus.

1 **Olim inter.** †Per excommunicationeʒ diebus aliquibus obſeruatam in obſeruãtes nõ acquirit̃ iuris parochialis poſſeſſio. Prima pars ponit factũ ⁊ proceſſus deciſe. Scdo diffinit. ibi nos attẽ
2 dens. ¶ †No. prelatos pro iuribus eccleſiarum: etiã poſſeſſorio agere debere nomine eccleſie: ⁊ qd idem eſt agere pro tali vel nomine ta
3 lis: vide. l. j. §. j. ⁊ ibi Bar. ff. de ope. no. nũ. ¶ †No. ij. qd ſola patiẽtia ſubiecti alteri in exercitio iuriſditionis nõ acquiritur quaſi poſſeſſio iuriſditionis. ad hoc qd no. de reſti. in inte. c. ij. ⁊ de re iudi. cum ſuper ſ. eo. cum veniſſent. ¶ Not. iij. qd patientia ⁊ obſeruatione exercitij iuriſditionis aliquanto tempoꝛe humilitatis cauſa: nõ vt ius habẽ
4 ti: nõ acquiritur quaſi poſſeſſio iuriſditionis. ¶ †Not. iiij. qd lʒ eps fundet intentum ſuper iure epiſcopali in eccleſia ſiue i dioceſi nõ tamen fundat in quaſi poſſeſſione: que plurimum habet facti: de cõceſ. prebẽ. cum noſtris: ſi tamẽ reperiat̃ poſſidere: vel detinere: preſumit̃ poſſidere reſpectu iuris cõis: vt. ſ. e. cum ad ſedeʒ ibi. que Cumanus
5 eps ⁊c. ¶ †No. v. ſufficere. ad hoc vt qs obtineat poſſeſſorio: ↄcludere poſſeſſionẽ tpe ſpoliationis: vel ſe antea poſſediſſe: qꝛ hodie poſſidere preſumitur: qd dic: vt. ſ. e. cum ad ſedem: patet ibi vel prius etiã
6 habuiſſet. ¶ †No. vj. ad concludendum poſſeſſorium non ſufficere probare quẽ eiectuʒ: niſi pbetur qd tẽpoꝛe eiectionis: vel ante poſſederit: qꝛ nõ poſſidẽs nõ cõcluditur ſpoliatus. ad hoc. ſ. c. cũ ad ſedeʒ.
7 ⁊. c. olim. j. ¶ †Not. vij. qd in poſſeſſorio valet ſententia adiudicans
8 poſſeſſionem: et cõſequenter ſic põt cõcludere libellus. ¶ †Opp. qd epiſcopus debuerit obtinere: cũ ſuper ſubiectione fundet intentum de iure cõi: de reli. do. de zenodochijs ⁊. c. cum venerabilis. So. dicit Jo. an. licet quidã dixerũt qd hic agebatur petitorio: verus eſt intellectus qd hic agebatur poſſeſſorio: alſs epiſcopus obtinuiſſet in pe
9 titorio: per iura prealleg. ¶ †Opp. qd per excõmunicationem probetur iuriſditio: vt patet. ſ. de elec. dudum. So. probato qd ius excõmunicandi ſpectet ad dignitateʒ: bene probatur iuriſditio in dignitate: ſed per actum excõmunicandi. non probatur quaſi poſſeſſio iu
10 riſditionis: vt hic. niſi aliud intercedat. ¶ †Ad glo. oppo. qd eo qd ſubditi tolerãt excõicationẽ ⁊ ſeruãt querit̃ quaſi poſſeſſio excõicãti poſſeſſio eñ timoꝛe amittit̃. l. j. §. nũciet. ff. de aqui. poſ. ⁊ cui obedit̃ acquiritur: vt de his que fiunt a maio. par. capi. ex oꝛe. de capel. mo. dilectus. idem per patientiam ſubiecti. ⁊ alterius tenentis transfertur poſſeſſio in alium. l. j. §. per ſeruuʒ. ff. de acquiren. poſſeſſio. ⁊. l. ꝙ ſeruus. eo. titu. ⁊ ad hoc qd ex timiditate perditur poſſeſſio: ⁊ alteri acquiritur: vt ſi ſuſpicoꝛ me poſſe repelli: vt patet in. l. ſi id quod. ⁊. l. clam poſſidere ad finem. ff. de aquirenda poſſeſſione. Glo. ſoluit dupliciter. Primo modo quod patientia excommunicationis: ex quadam humanitate: vel deliberandi animo: vt non concludens patientem pati. vtenteʒ vti vt pro iure ſuo: non dat poſſeſſionẽ: talis enim vt titubans nõ cõſenſit ſecundum Jnno. ⁊ hoſti. alſ. C. de condi. inde. l. fi. ſecus ſi ſit deliberata vt in contrario. Uel. ij. patientia actus nulli dat poſſeſſionẽ excõicato a non poſſeſſoꝛe eſt nulla. Glo. ex his infert excõicationem tribuere ſufficientem metum ⁊ cadentem in cõſtantem. ¶ Hic videnda ſunt tria. Primũ an ex pati indiſtincte queratur an non quaſi poſſeſſio iuriſditionis in patientes. Secũdo an dato qd queratur an indiſtincte queratur in quocũqȝ iuriſditionem exercente quo ad actum excõicandi. Tertio videbitur qd inci
11 dẽter dicit glo. an timoꝛ excõicationis ſit iuſtus an vanus. ¶ †Ad primũ proſequoꝛ duos caſus. Primus quando patitur quis iuriſditionem alteri nõ ſubiectus ⁊ tunc dicit quod ſi patitur illum iuriſditionem exercere animo obediendi ⁊ hoc cõſtat abſqȝ dubio acquiritur quaſi poſſeſſio iuriſditionis ⁊ ſubiectionis vt in. c. ex oꝛe: ⁊ in alijs iuribus. all'. in glo. Si patitur animo deliberandi vel ex humilitate quadam vel ad cautelam ⁊ hoc conſtat ⁊ non queritur aliqua quaſi poſſeſſio quia nõ patitur illuʒ vti vt pro iure ſuo: vt dixi. ſ. ti. j. cum eccleſia: ⁊ no. in. l. j. ⁊. ij. C. de ſerui. ⁊ aqua. l. j. §. hoc interdictuʒ ff. de iti. actuqȝ pri. Si eſt dubium an patiatur ei vt ius habenti animo obediendi an animo deliberandi. Quidam dicunt quod in dubio facere cenſetur animo obediẽdi ar. de his que fi. a ma. par. ca. ex oꝛe: ⁊. C. repud. here. l. j. ⁊ hoc tenuit Jo. ⁊ phi. Jnno. tenet ↄtra. per hunc tex. tamen ad ↄcoꝛdiam dicit aliquos diſtinxiſſe an obedientia cõſiſtat in pati ⁊ nõ videt̃ animo obediẽdi hoc facere in dubio vt hic ⁊ non eſt neceſſaria proteſtatio an ſonat ſeu ↄſiſtat in faciendo: vt eſt qꝛ ponit manus. i. manus in ſignum obedientie. de ma. ⁊ obe. legebatur. ⁊. c. cum in eccleſijs ⁊ acquiritur quaſi poſſeſſio quia cenſetur animo obediendi ⁊ ſic loquitur. ſ. c. ex oꝛe. Sit ratio qꝛ que ſonant in faciendo ſunt actus potentiores in exprimenda voluntate: vt no. glo. de conſti. cuʒ acceſſiſſent. no. Jnno. de ſi. preſ. veniens. no. de cenſi. peruenit. ⁊ per Cy. in. l. ſi certis annis. C. de pac. hec puto vera niſi longo tempoꝛe ſint paſſi: quia ex patientia nõ modici tempoꝛis preſumitur facere animo obediẽdi. ad hoc litera hic per aliquos dies: ſecus ergo ſi magno tempoꝛe per que dicunt hic Jnno. ⁊ hoſti. qd ſi ex deuotione ⁊ in reuerentiam eccleſiaſtici iudicis obedierint ⁊ ſeruauerint ſentẽtias: licet nõ animo deliberãdi qꝛ vt nõ ius habẽti ſententiam paſſi ſunt nõ queritur quaſi poſſeſſio. Per que dicit Jnno. hic: ⁊ notabiliter. qd ſi ille cõtra quẽ fert̃ ſentẽtia excõicatiõis poſt appellationem ſeruat ſentẽtiam nõ propter hoc videt̃ appellationi renuntiare nec propter hoc ratificat̃ ſentẽtia maxime ſi proteſtet̃ ſe appellationi nõ renũtiare ⁊ qꝛ timet ⁊ dubitat ſentẽtia ⁊ vult ſeruare ⁊ tamen nõ credit qd teneat. Jdem hoſti. pe. ⁊ ab. qd no. qꝛ lʒ ex agere aliud coꝛam iudice a quo qs renũtiat appellationi de offi. dele. relatum. nõ ex pati: vide qd dicam. j. de re iudi. qd ad conſultationem de patiente executionem. Secundus caſus eſt quãdo patit̃ alteri ſubiectus dic ſi agitur de acquirenda quaſi poſſeſſione ſolum quo ad preiudicium ſudiecti alteri ita qd nõ preiudicetur domino: ⁊ hoc poteſt acquiri ex patiẽtia ſolius ſubiecti ſecunduʒ diſtinctionem de qua. ſ. proxi. caſu: vt no. glo. ⁊ doc. ſ. c. oli. j. Unde forte hoc obtinuiſſet epiſcopus ſi egiſſet contra populũ ſed abbas poſſet appellare ſecundũ hoſti. ſi exercens agit acquirere quaſi poſſeſſionem ad preiudicium ipſius ſuperioꝛis poſſidentis ſubiectionem: ⁊ tunc ſi exercet ſententiã ⁊ promulget in ſubiectum populũ vel aliũ ſciẽte ⁊ patiente domino ſuperioꝛe vt qꝛ ſcit ius qd poſſit per alium exerceri ⁊ populũ obſeruare ſentẽtias vel alijs obedire ⁊ patit̃ ⁊ nõ ↄtra dicit nõ puniẽdo prochianos ſic alteri obedientes ſpũalr vel temporaliter forſan quia nec audet ⁊ ſic animo puſillanimi videtur poſſeſſionem deſeruiſſe ⁊ in alium tranſtuliſſe: ar. ff. ſi ſerui. ven. l. ſi forte. §. j. per que infert qd ſi tunc is: qui antea poſſidebat parrochiãos poſtmodum excõicat qd nõ tenet ſententia etiã ſi habeat proprietatem iuris excõicãdi lʒ aliqui teneant ⁊ male qd ille qui de hoc cognoſcet primo debet attendere veritatẽ iuris excõicandi ꝙ̃ poſſeſſioneʒ: vñ ex quo de hoc ſibi ↄſtabat ↄfirmauit ſententias latas ab alio. qui ſolam ꝓprietatem probat: ar. qui ſi. ſint. l. per tuas. §. nos. igitur cum cõcoꝛ. De quo de in inte. reſti. c. ij. ⁊ qd no. de elec. auaricie ſup gloſ. ar. pro ⁊ ↄtra. ſ. ti. j. cum dilect⁹ ſed quouſqȝ de veritate ↄſtet tuend⁹ eſt poſſeſſoꝛ in poſſeſſione. de inſti. cum veniſſent: vt lite. pen. c. j. ⁊ tene qd no. ſ. de cauſa poſ. cum eccleſia. ⁊. c. in literis. de reſti. ſpo. ⁊ qd no. de elec. Cumana. Quandoqȝ principalis cui ſubiectus eſt nõ patitur populuʒ vel ſubiectum inquantum in ipſo eſt alterius epiſcopi ſeruare ſententiaʒ ſine pena puta quod punit ipſos ſpiritualiter excõicando vel tẽpoꝛaliter bona ipſorum occupando vel ipſos capiẽdo vel aliter qualitercunqȝ procedendo ita quod bene videtur non habere animum dimittendi ipſam poſſeſſionem ſed retinendi ⁊ talis nõ amittit poſſeſſionem que nõ niſi animo amittitur. C. de acq. poſ. licet nec dicitur iniuſte agere: quia hic facit non impugnãdo: ſʒ defendẽdo quod iura permittunt. ff. de iuſti. ⁊ iur. no. de ſen. ex. ſi vero. ſ. c. cum olim ⁊ ſi non poteſt vel audet aliud facere ↄſilium eſt qd hoc proteſtetur publice. vij. q. j. pontifices. de offi. oꝛ. paſtoꝛalis. §. fi. de ap. ſi iuſtus: nec ob. ſi dicatur quod poſſeſſio perditur dato quod voluntarie non patiatur vt ſi veniens non admittitur vel ſuſpicat̃ ſe poſſe repelli. vt. l. clam poſſi. §. fi. de acqui. poſ. ⁊. l. ſi id quod: quia aliud eſt in re coꝛpoꝛali ⁊ poſſeſſione coꝛpoꝛalium que apprehendi poſſunt in qua ꝙ̃tuncũqȝ excõicet poſſeſſoꝛ occupãtes perdit poſſeſſionem. Cauſa eſt quia incoꝛpoꝛalia tenacius inherent perſone: ⁊ difficilius perdũtur. ff. de pecul. quis eſt caſus pro ſocio. l. iij. de trãſ

la. prela.

la.prela inter corporalia. Item cum probatio ſententie nō ſit actus
agens incorporeus: per tactum magis conuenit retētioni incorpo-
ralium: que nō ſubiacent tactui. ꝙ corporalium: que tangi poſſunt:
inſti.de re.cor.in prin.ad hoc.l.quorūdā in ratione ſui.ff. de acqui.
poſ.ſecundum Inno.ꝛ hoſti. Et eſt ratio quia poſſeſſio corporaliū
regulatur plus apprehenſione ꝙ patientia eius a quo aufertur. Sꝫ
incorporalium poſſeſſio non habetur niſi per pati.vt.l.quotiens.ff.
de ſeruitu.ꝛ dixi.ſ.ti.j.cum eccleſia: quod.ceſſat eo qđ aparte ꝛ iuri-
bus cōtradicit. Non acquiritur ergo: ex quo patet quod violēta poſ
ſeſſio apparēte cōtradictore in incorporalibꝰ haberi nō pōt de quo
dic: vt dixi.ſ.ti.j.cū eccleſia. Non ob.qđ patientia ſubiecti domino
preiudicat in poſſeſſione.vt.l.iij.§.qđ ſeruus.ff.de acqui.poſ.ꝛ.l.j.§.
per ſeruum.e.ti.vbi ſi ſeruus vel colonus tradat poſſeſſionem alteri
preiudicatur domino qꝛ ſecundum Inno.ibi ſeruus: vel colonꝰ poſ-
ſidebat ideo poteſt poſſeſſionem alteri tradere: ſed hic parrochiani
non poſſidebāt ſed abbas. Unde factum illorum nō preiudicat pre-
lato: ſed ratio non eſt bona: quia nec ſeruus nec colonus poſſident:
vt.l.qđ ſeruus.de acqui.poſ.ꝛ.l.rei cōmo.ff.cōmod. Ideo.dic quod
aliud in apprehenſione incorporalium que trāſfertur ex paticius a
quo pendet ius ꝛ poſſeſſionem transferre.vt dicta.l.quotiens.ꝛ no.
de offi.ordi.conquerente: ꝛ.ſ.de cauſa poſſ.cuꝫ eccleſia. Unde dicūt
hic doc.qđ in acquirendis incorporalibus neceſſaria eſt intentio ac-
quirentis ſicut eſt neceſſaria illius intentio in quem ius acquiritur
ꝛ contra quem ꝛ cui preiudicatur ſicut ꝛ in ſeruitutibus rerum acq-
rendis quia requiritur intentio acquirentis ꝛ illius contra quem.ꝛ
cui preiudicatur ꝛ ſcientia vel patientia ſecundum Innocē.ꝛ hoſti.
Sed corporalia apprehenduntur actu ideo nō expectatur patien-
tia illius cui preiudicatur ſed transfertur tranſlata detentione colo
ni vel ſerui ſuper qua fundata eſt poſſeſſio domini vt in contrario.
Quandoqꝫ promulgatur ſentētia ab epiſcopo in parrochianos al-
terius vel ſubiectos ꝛ illam non ſeruat nec populus nec epiſcopus
alios habent ſubiectos ꝛ tūc excōicator nihil poſſeſſionis acquirit
cum ſic excōicādo nihil poſſederit niſi labia ſua quibꝰ ſententiā pro
tulit nec mirum ſi in hoc caſu non acquirit poſſeſſionē quia ꝛ ſi po-
pulus per aliquos dies hanc ſeruet ſententiam propter hoc idem
epiſcopus nullam iuris parrochialis poſſeſſionem eſt aſſecutus: vt
hic. Quandoqꝫ promulgatur ſentētia in prochianos alienos ꝛ agi-
tur de acquirēda quaſi poſſeſſione ſubiectionis nō in illos in quos
promulgata eſt ſententia ſed in alios ſeruantes illam ſententiam.
puta quia excommunicatos ab alio vitant ꝛ tunc nihil iuris vel poſ
ſeſſionis acquiritur: quia ipſi non ſeruant eius ſententiā quaſi ipſiꝰ
ſubditi vel ab ipſo poſſeſſi: ſed tanꝙ obedientes iuri volenti quod
excōicati denuntiati ab alijs euitentur.xi.q.iij.cure. de treu.ꝛ pa.c.
j.ſecundum Inno. hec vera niſi lata eſſet ſententia contra eos ꝛ illis
quomodolibet participantes quia tunc ſeruarent illam vt ſenten-
tiam hominis quo caſu idem quod in ſuperioribus caſibus di-
12 ctum eſt ꝛ hec ſufficiant de primo. ¶ † Uenio ad ſecunduꝫ an dato
quod ſic queraꝛ aliquo caſu quaſi poſſeſſio inſinuando an quilibet
priuatus excōicans ex eo quod ſeruatur acquirat quaſi poſſeſſionē
quidam dicunt qđ lꝫ predicta procedāt quo ad alia iura ſubiectio-
nis nō quo ad ius excōicandi niſi proferētes aſſe ſibi vēdicent in ali
quo in ptātē ordinariaꝫ ꝛ poteſtatē excōicandi alios lꝫ nō habeant
ipſam ſpecifice in alios in quos poſſeſſionē querere volūt ꝛ in quos
ſententiam protulerunt.aſſ.de preſcrip.auditis.ꝛ.c.cum olim ſecus
ſi non habeant poteſtatem ordinariā ꝛ hoc quia ſunt incapaces poſ
ſeſſionis huiuſmodi poteſtatis excōicandi que poteſtas non cadit
niſi in eos qui hoc habent a deo tantum vel eius vicario vel a iure
ꝛ ſic de talibus debet intelligi. Matthei.xvj. Quecūqꝫ ligaueris ꝛc.
ꝛ.xviij. Amen dico vobis quodcūqꝫ ligaueritis ꝛc. Et accipite ſpiri
tum ſanctuꝫ quorū remiſeritis peccata ꝛc. per que cōcludunt iſti qđ
ſimplex clericus nō poſſit excōicando poſſeſſionem iſtius iuris ac-
quirere quia nec poteſt hoc poſſidere ſicut nec laicus poſſidere pōt
ius cōfeſſionem audiendi ꝛ animas abſoluēdi qđ nō cōpetit niſi ſa-
cerdoti proprio de peni.omnis vel clericos iudicādi.de iudi.decerni
mus vel decimam pcipiēdi: de preſcri.cauſam que. Inno.placet qđ
quilibet clericꝰ poſſit poſſidere ꝛ preſcribere ius excōicādi ꝙuis iu-
riſditioni ordinarie nō pſit dūmō ſit pſona in qua ius iſtud cadere
poſſit de his q̄ ſi.a ma.par.ca.q̄uit ſicut enī epi qui a iure ptātē hn̄t
excōicādi.xxiiij.q.iij.corripiant.pn̄t alijs clericis expſſe eādē ptātē
dare vt no.de offi.or.cū ab eccliarū ſic ꝛ p patiētiā ꝛ ꝯſenſum tacitū
pn̄t clericis i qbꝰ hoc ius pōt cadere tradere poſſeſſionē dūmō bona
fide nitanꝛ pſcribere de pſcrip.auditis.c.olim.ꝛ.c.veniēs ſcđm Inn.
Hoſti.remittit de offi.or.irrefragabili.§.exceſſus de fo.cōpe.cū ꝯtin
gat.vbi dicit fore expſſū. Jo.an.remittit ad no. de reli.do. dilectꝰ in
gl.hic pꝫ. Doc.de of.or.ꝯquerēte.dicūt qđ ea q̄ ſunt cure nō ſunt q̄ſi
bilia per nō exiſtētē in dignitate vel platura. Hoſti.in.c.cū ꝯtingat
tenet primā opi.ſ.poſitā: dic qđ queſibilis eſt per platū hn̄teꝫ digni
tatē p hn̄tē adminiſtrationē p ſim plicē clericū hn̄tē ſub ſe aliquos
ſubiectos quo ad illos vt no.in.c.puenit.de his que ſi.a pla.ꝛ hec ſuf
13 ficiāt de ſecundo. ¶ † Uenio ad tertiū an ſententia excōicatiōis in-
cutiat ſufficientē metū: glo.hic tenet qđ ſic cōtradicit glo.in.c.dile-
ctus quod me.cauſa. Illud tenet gof.ꝛ hoſti. Jo.an.ibi dicit opi.illi
us glo.procedere in excōicatione iuſta: hanc in iniuſta: ꝛ hoc tāgit
archidi.de ſen.ex.c.j.li.vi.in.v.mortalis.tenet pmā opi.qđ nō incu-
tiat iuſtum metū.dic aut ſnīa eſt nulla: ꝛ nō incutit iuſtuꝫ timorē: ex
ſcrupuloſa tamē obſeruatione illius nō acquirit poſſeſſio.aut eſt ali
qua ꝛ iuſta ꝛ ipſe eſt timor iuris qui nō excuſat ꝛ ipſe ſibi timorē in-
cutit.vt.l.ſi mulier.ff.qđ me.cauſa. Si autē eſt iniuſta excōicatio hoc
incutit iuſtū metū: qꝛ ꝯtinet anime detrimētuꝫ.ij.q.j.de manifeſta.
xi.q.iij.audi. Iteꝫ ſubuertit ſtatū.qꝛ trāſit de familia xpi in familiā
Zabuli in dicto.c.audi.ff.qđ me cauſa.iſti qui debet. itē qꝛ eſt eter-
ne mortis dānatio.xi.q.iij.nemo. Nā per eam a deo ſeparaꝛ.xxxiij.
q.iij.certū. Itē qꝛ nulla maior pena in eccleſia.e.q.corripiātur. nihil
enī ſic debet formidare xpianus ꝙ ſeparari a cōmunione chriſti.xi.
q.iij.nihil. Ipſe reſpondet ad omnia iſta quod procedunt in excōi-
catione iuſta: hec vera quando excōmunicatio eſt iniuſta nec habet
facile remedium contra illam quia timet appellare vel ſuperiorē adi
re propter tyrannidem iniuſte excōicantis: nam lꝫ iniuſta excōica-
tio nullū inferat piudiciū quo ad deū infert tn̄ piudiciū quo ad eccle
ſiam militanē in quo vinculo ſi facile non haberet remediū: pōt eſſe
magnū piculū vt repellatur ab agēdo a teſtimonio ſi interim eligaꝛ
etiā vt nō valeat electio: vel promotio etiā ſi careat cōmertio hoiuꝫ:
vt illis nō poſſit loqui: nec neceſſitatibus cōicare ꝛ ſi ſit clericus non
poſſit intereſſe in mēſa vel officio abſqꝫ anime periculo qđ fortius
eſt quocunqꝫ alio periculo.x.q.j.pcipimus.C.de ſacro ſanc.eccle.l.ſi.
ꝛ hoc hito reſpectu dicit lex qđ durū eſt inter hoīes eſſe ꝛ hoiuꝫ ca-
rere commertio.C.de apoſta.l.his qui ſctām. Anto. de but.

1 ☞ Spoliatus reſtitutionem rei petit ab illo qui ſciēter rem a ſpo
liatore recepit.
2 Succeſſorem rei ꝛ vitij quo ad facultatē agendi nō eſt dare lꝫ ſic quo
ad preſcriptionē qn̄ hꝫ ex cauſa lucratiua ex quo de rigore iuris ciui-
lis nō eſt dare poſſeſſoriū cōtra ſingularem ſucceſſorem.
3 Poſſeſſionis effectus quomodo releuat quē a probādi onere.
4 Poſſeſſoriū remedium quam vtilitatem afferat illud intentanti.
5 Dn̄ium lꝫ ſit difficilimū pbare quibus modis poſſit probari.
6 Poſſeſſorem ſe defendere cautum eſt ne poſſeſſionis perditione ſe-
quatur perditio proprietatis ex difficultate probandi a qua releuaꝛ
quis propter poſſidere.nu.10.
7 Iuris ciuilis rigor cedit equitati canonico.
8 Actio perſonalis ſeu ius agendi quod caſu ſequitur ſingularem ſuc
ceſſorem.
9 Ad poſſidendū iniuſte qualitatem concludēdam nō refert an quis
male acquirat vel retineat.nu.11.
10 Poſſeſſionis perditione an ſequatur proprietatis perditio.
11 Poſſeſſio iniuſta an poſſit tranſire ad iuſtam ꝛ econtra iuſta ad in-
iuſtam vt non attendatur initium.
12 Poſſeſſoriū qn̄o eſt dabile cōtra tertiū poſſeſſorē vel nō dabile.
Poſſeſſionē ingrediens propria autoritate vel principis reſcripto
an dicatur in mala fide.
13 Poſſeſſorio agens in beneficialibus ꝙ arctetur ad probāduꝫ aliqđ
de titulo ideſt verum quando agitur ſtricto interdicto vnde vi.ſecus
ſi cōdictione ex.c.reintegranda.
Spoliatus quomodo libellando dꝫ poſſeſſoriuꝫ intentare remedio
cano.reintegranda vel ſtricto interdicto vnde vi.
14 Spoliatus vbi habet remedium canonis reintegranda an videaꝛ ſu
perfluū aliud remedium.c.ſex.ad poſſeſſoriū recuperande intētādū.
15 Spoliatio agenti interdicto vnde vi ſicut non obeſt exceptio domi-
nij ita nec agenti cano.reintegranda.
16 Poſſeſſorum recuperande ex quo datur aduerſus tertium poſſeſſo-
rem ſuccedenteꝫ ſciēter in rem an preſumatur ſcientia vel ignorātia.
Scientia vel ignorantia vtra illarum preſumatur.
17 Spoliatus vbi agit contra tertium poſſeſſorem remedio.c.ſepe.an
conuentus teneatur vel poſſit in iudicio nominare dominum.
Furari rem furatam furi eſt furtum vel auferre rem alienam ſeu reti
nere paria ſunt.

1 Sepe. ¶ † Spoliatus reſtitutionē petit ab illo qui
ſcienter rem a ſpoliatore recipit.h.d. Primo
2 ponit factum corrigenduꝫ. Secundo corrigit. ¶ † in ſo.j.
qđ de iuris ciuilis rigore nō datur poſſeſſoriū ꝯtra ſingu
larem ſucceſſorem in re etiam ſcienter in vitium ſuccedētē ꝛ qđ de iu
re ciuili in ſingulari ſucceſſore nō eſt dare ſucceſſorem rei ꝛ vitij quo
ad facultatem agendi licet ſic quo ad preſcriptionem quando habet
ex cauſa lucratiua.l.an vitiuꝫ.ff.de diuer.ꝛ temp.pre.l.vitia ꝛ quod
ibi.not.C.de acqui.poſſ.ff.de reg.iuris.quod ipſis.ꝛ ibi plene glo.
3 ¶ † in ſo.vnum effectum poſſeſſionis qđ releuat quem ab onere pro
4 bandi de quo.ſ.e.ſepe. ¶ † in ſo.vtilitatem intentando poſſeſſoriuꝫ
quia per hoc conſequitur poſſeſſionem qua ſe releuat ab onere pbā
di dn̄ium: qđ eſt difficile hac de cauſa conſulit lex: quod quis exco-
gitet an ſibi competat poſſeſſoriuꝫ vt ſic ex hoc ſe releuet.ff.de rei vē.
l.is qui deſtinauit: ſed latius puidet ius canonicū: vt etiā porrecto

petitorio illud ſuſpendat z intētet poſſeſſoriū vt.ſ.ti.j.paſtoralis et
de cauſa poſ.cle.j.¶†No.probationē dominij difficillimā de mo-
dis probandi per Bar.ff.de acqui.poſ.l.rem que nobis.z in ſpe.de
6 acti.z peti.§.ſequitur.v.ſin autē velis in.v.coll.¶†No.cautū defē-
dere ſe poſſeſſorē qꝛ ad pditionē poſſeſſionis ſequiſ pditio ppꝛieta-
7 tis ex difficultate pbandi a qua releuaſ ppter poſſidere.¶†Nota
rigorem iuris ciuilis cedere equitati canonice in materia: in qua ex
lege nutritur peccatū.per hoc credo hāc decre.ſeruandam:etiā iter
laicos z foro ciuili z idem dixit de canone reintegranda.vt dixi.ſ.c.
8 cum ad ſedē.¶†No.caſum in quo ius agendi pſonale ſequiſ ſingu-
larem ſucceſſorem quando fundatur ſuper vitio z ſucceſſor eſt ſucceſ-
ſor rei z vitij ſic ſuccedit in iuriſditiōe delegata que ſtrictiſſimi iuris
9 eſt.ſ.de iudi.quia.v.¶†No.qd ad ɔcludendā qualitatē iniuſte poſ-
ſidendi nō refert an quis male acquirat an male retineat facit quod
mala fides ſuperueniens preſcriptione cepta:vitiet preſcriptionē de
quo.j.de preſcrip.c.ſi.¶No.quod finis canonicus etiaꝫ prout eſt fo
10 ri ɔtentioſi tendit in finem cauſe.¶†Oppo.qd pditione poſſeſſio-
nis nō perdaſ ppꝛietas tū quia iura inherēt oſſibus hominum z nō
de facili ſeparabilia.Tum qꝛ ad pditionē poſſeſſionis nō ſequiſ per
ditio proprietatis de excep.rei.iudi.l.candē.§.ſi.de acqui.poſ.natu-
raliter.§.nihil.de ɔceſ.preben.cū noſtris.¶Legitur dupl'r vno mo
do vt propter difficultatem probationum.i.probandi ius proprie-
tatis perdat.i.amittat effectum ideſt in effectu.Alio modo legitur
vt verbuꝫ ius proprietatis reſpiciat verbū amittit vt ſit ſenſus amit
tit proprietatis effectum propter difficultatem probationum ideſt
vſuꝫ qꝛ proprietas hic apud ipſum remanet ſed inutilis z hoc habē
do in litera effectum alias habetur effectu z hec litera placet Inno.
z eſt ſenſus qd ſpoliatus nō poteſt agere poſſeſſorio ɔtra poſſidentē
rem ſuam ius ppꝛietatis amittit effectu.i.in effectu:z quo ad vtilita
tem nam quo ad veritatem nō amittit vt in contrario.Naꝫ propter
difficultatem probandi dominium perdit vtilitatem proprietatis
z ob hoc data eſt publiciana vt ſufficiat probare titulum z poſſeſſio
nē.vt.ff.de publi.l.j.in prin.de quo de re iudi.abbate ſane.li.vj.ſecun
11 dum Jo.an.¶†Oppo.qd ad pbandā qualitatē poſſidendi atten-
datur initiū vt ſi poſſeſſio eſt clandeſtina eadē nō altereſ.ff.de acqui.
poſ.l.clam poſſidere.So.legiſte dicunt qd poſſeſſio de iniuſta ad iu
ſtam tranſire pōt noua accedēte cauſa.ff.de vſuca.l.nō ſequitur.§.j.
ſed de iniuſta ad iniuſtam non Hoc non placet de iure canonico quia
de iuſta poteſt tranſire ad iniuſtam mala fide ſuperueniente licet ſe-
cus ſecundū leges:vt.l.j.C.de vſuca.tranſ.per que puto hanc decre.
procedere etiam ſi ab initio neſciuerit ſpoliationem ſed ex poſt facto
12 ¶†Oppo.qd nō detur poſſeſſoriū contra tertiū poſſeſſorem ſꝫ con
tra mādātē z ſpoliare zc.ſ.e.cū ad ſedē.Glo.dicit qd ſi habemus re-
ſpectū ad rigorē iuris ciuilis cōtra tertiū poſſeſſorē nō eſt puiſū de
remedio poſſeſſorio ſi ad equitatē canonicā ſi agaſ ſtricto iterdicto
vnde vi.adhuc illo iure nō agaſ ɔtra tertiū poſſeſſorē.ſ.e.cū ad ſedē.
De iure autem canonico quandoqꝫ agiſ per viam attentati qd attē
tat appellatione pendēte z hoc cōpetit officio iudicis z datur cōtra
quēlibet poſſeſſorem.de ap.bone de quo dic vt de ap.nō ſolum.li.vj.
Item quo ad remedia poſſeſſoria latius eſt.ad hoc prouiſum quia ſi
alius ſcienter ſe intruſerit in poſſeſſionem violenter ablatam datur
remedium condictione ex hac decre.contra ſuccedentem in vitium.
Quoddam eſt aliud remedium latiſſimum introductum de iure ca-
nonico ſcꝫ canon reintegranda quod competit cōtra quēcunqꝫ poſ-
ſeſſorem ſiue dolo ſiue metu:ſiue alio modo perdidiſſet poſſeſſionē:
licet actio de dolo non competeret niſi contra dolum facientem.No
ta bene glo.quod canone.reintegranda prouidet vltra alia ſpecifica
remedia quia vbi aliquod poſſet dari remedium quod non daretur
contra tertium poſſeſſorem nihilominus hic daretur qd no.per que
dicit qd inquantū cōcurreret cū actione quod me.cauſa nō plenius
prouideret z inquantum concurreret cum edicto qd vi aut clam que
competunt contra tertium poſſeſſorem qd no.Competit etiā cōtra
tertium poſſeſſorem qui habuit a ſpoliāte ignorāter.Quoddā eſt re
medium attentati lit.pen.z remediuꝫ litigioſi de his vt lit.pen.z de
ali.iu.mu.cauſa fac.quia ſi alienatio fiat.lit.pen.eſt nulla:ſi nōdum
eſt litigioſa ſed ſperatur:tunc agitur ad intereſſe.gloſ.alſ.ſua iura.
Concludendo hic clarius dic qd quedam ſunt remedia que nō fun-
dantur ſuper ſola poſſeſſione ſed extrinſecus exigunt aliquid pende
re vt eſt remedium attentati:lite:appellatione:reuocatione vel rela
tione pen.z de his:z in quo plenius prouideat quaſi poſſeſſorium.
Uide per Inno.de reſcrip.ex parte.ſ.de ma.z obe.dilecti.z de ap.
bone.z de hoc non ago hic.in quo auteꝫ plenius prouideat remediū
reconuentionis quam attentati.vide plene.de ap.vt noſtrum.Ali-
quid de his.de ap.non ſolum.li.vj.An talia remedia competant cō-
tra tertiū.Quoddam eſt remedium poſſeſſorium ſtrictum vt inter-
dictum vunde vi hic non datur ratione ſolius detentationis niſi ac
ceſſorie vt dixi.ſ.de cauſa poſ.cū ſuper.z nō datur niſi cōtra ſpolian
tem mādantē vel ratū habentē ēt de iure canonico vt in.c.cū ad ſedē
licet quidā dixerint cōtra ſcōm hoſti.z glo.Quoddā eſt remediū.l.ſi
quis conductionis.C.loca.vbi datur poſſeſſoriū z ɔdictio ex illa.l.
contra cōductorem non reſtituentē rem z poſſeſſionē rei nō obſtāte
exceptione dominij:z ex quo hꝫ cauſaꝫ a me.Non ob.huic.l.litibus
C.de agri.z cen.qꝛ illud pcedit quādo agitur ad fructus que actio ſa
pit naturā petitorij:vel qn̄ nō conſtat de cōtractu locationis.primā
tenet Ja.de arena.ſcdam tenet Bart.z Pet.quelibet eſt bona:z ſic
habes duas exceptiones ad illā.l.Nō ob.l.dolo de excep.do.qꝛ licet
quidā dicāt illā obſtare ſi incōtinēti paratus eſt pbare:vt in poſſeſ-
ſorio adipiſcēde.Bar.Cy.z alij tenent qd hoc ſit poſſeſſoriū recupe-
rande remediū illius legis.non ob.illa exceptione.de qua.ſ.e.in li-
teris.Nō ob.ff.depoſi.bona fides:que loquiſ qn̄ opponitur a tertio
non ſpoliante:exceptio dominij latius cōcludendo.Si queritur an
contra locatorem agentē obſtet exceptio dominij:ſi agit rei ven.ob
ſtat:qꝛ exceptio detrahit iuri agēdo:vt no.in.l.Ita vt ſi fur.ff.ɔmo.
z.l.creditoris.C.de pi.actio.Si agitur actione locati:ſi opponitur
dominium tertij:non ob.exceptio:qꝛ non detrahit iuri agendi:cum
res aliena poſſit locari.Si tamen ipſe tertius opponeret admittere
tur.vt.l.bona fides.ff.depoſi.maxime quādo venit per viam actio-
nis:ſm Bar.in.l.ſi quis.Si opponiſ de dominio poſſidentis:exce-
ptio admittitur:qꝛ hec reſoluit cōtractū locati.C.loca.l.ad pbatio-
nem.Non enim poſſum conducere rem meā.ff.de aqui.poſ.l.ſi rem.
Si agitur cōdictione ex.l.ſi quis:z nō admittitur exceptio dominij
nec propꝛij:nec tertij:ſed ipſe tertius bene auditur agens:z excipiēs
patet primū in dicta.l.ſi quis:patet ſcdm in.l.bona fides:per que di-
cunt ibi doc.qd talia remedia cōpeterēt cōtra quēcunqꝫ poſſeſſorem
habentē cauſam ab alio:vt eſt depoſitarius ɔmodatarius:z ſimiles
qꝛ eadeꝫ ſubeſt ratio:z remediū nō eſt exorbitās:eo enim qd nō reſti-
tuo videor ſpoliare:z ſic talia remedia ſic priuilegiata cōpetunt.hec
vera quādo cōſtat de cōtractu:ſecus ſi ſit dubiū:vt.l.litibus.Itē hec
vera inquantū agiſ ad poſſeſſionē:ſecus ſi ad fructus.Contra illos
autem ab initio volūtate dn̄orum tenētes:z poſtea reſtituere dene-
gantes:eſt hodie prouiſum de pena:qd puniūtur ad eſtimationem
rei:z rem reſtituere cōpellunſ:ſi perſiſtūt vſqꝫ ad ſentētiam:vt.l.non
ab re.C.vnde vi.z poterit fieri cōdemnatio ex officio:ſi iudici cōſtat:
ſicut in calumniatore.Tutius eſt qd petat cōdemnari ad extimatio
nem:vbi non reſtituat:z ſi non cōdemnetur vbi nō eſt petitum pote
rit peti hoc in alia inſtantia.Ad hoc qd no.de iura.calū.c.ſi.z hoc te
net hic But.Bar.tenet hoc vltimū:ſed non placet qd ex officio con
demnet:ex quo principalis actio cōpetit:z dabitur cōtra heredes:ſi
ſciuerint rē eſſe cōductā:z nō reſtituāt:vt ibi no.Aliud eſt remediū
condictionis ex.l.cōquerebaſ.hoc hꝫ locū multis cōcurrētibus.pri
mo exigitur qꝛ res ſit vacās:quā quis eſt ingreſſus:z aliqui dictis va
cantem:quādo me abſente:licet animo poſſidēte:aliqs ingrediſ age
re poſſum ɔdictione ex illa lege:ſi nō accedo ſuſpicās me poſſe repel
li hoc nō placet qꝛ tūc dareſ interdictū vtile vnde vi.vt dixi.ſ.c.cum
ad ſedem.z hoc dicit glo.in.d.l.ſi.alſ.l.j.§.deijcitur.z.§.ſiue autē.z.l.
iiij.§.ſi quis aūt.ff.de vi z vi ar.z qui occaſionem damni dat zc.z hec
opi.Hugo.de porta ranē.ſ.vt nō detur interdictū vnde vi:ſed cōdi-
ctio ex.l.cōquerebaſ:cōmuniter reprobaſ:licet Pla.conetur ſalua
re:dicens tūc de iure demum dari interdictū vnde vi:quādo non eſt
admiſſus ad poſſeſ.et ibi iuit.Sed falſum eſt.Hec vera inquantum
eſt ſuſpicatus ſe poſſe repelli:z vult agere pro ciuili:quā omnino per
dit.Sed ſi quis ingreſſus eſt naturalē:z ego ſuſpicatus non ſum me
poſſe repelli:volo agere pro illa naturali:tenēdo verā opi.qd ſit da-
re duas ſpecies poſſeſſionis:pro illa poſſum agere remedio illius.l.
ſcdm Bar.qd no.z ſic iam habes triplex remediū.Unū vt agaſ pro
illa vti poſſi.vt dixi.ſ.de reſti.ſpol.ita cū quis.Aliud qꝛ agatur con
dictione:ex.l.cōquerebaſ.Tertiū tāgā de prob.licet cām:qd agi pōt
remedio interdicti vnde vi quaſi ſpoliatus libertate poſſidendi.j.c.
proxi.nec ob.ſi diceret qd cōpetit hic vti poſſi.vt.l.clā.poſſidere.§.
ſi.de aquiren.poſſeſſio.z not.de proba.licet cām.z.l.illa dicit hoc re
medium fore ſubſidiarium cum nō erat per antiqua iura prouiſum
qꝛ vti poſſi.cōpetit principaliter tunc pro ciuili turbata:z nō pro na
turali.hoc principaliter pro naturali:cōiter aūt intelligiſ illa.l.quā
do poſſeſſio eſt vacans:qꝛ nec animo:nec corpore poſſeſſa:ſi quis ta
men ingrediſ tenetur cōdictione ex illa.l.vacans auteꝫ ſic dicit quā
do obliuione decēnij eſt perdita.ff.de vſuca.l.furtum.quando negli-
gens eſt dominus:vel abſens.inſti.de vſuca.§.qd autem:quando eſt
mundata:z priuata.l.pomp.ff.de aquir.poſ.Itē quando aliquis eſt
expulſus a poſſeſſione:z tamē nō intrauit expellens.ff.de vſuca.l.ſe
quitur.§.ſi dominus.Nec placet ibi glo.differētia quam faciunt ali
qui inter vacuā z vacantē:vt vacua dicaſ que nec animo nec corpo-
re tenetur.Uacans que animo non corpore.ſed hoc iuris non pba-
tur.z eſt contra.l.j.C.de cōmuni agri.z de ſer.Scdo exigiſ qd doloſe
intrauerit vere:vel preſumptiue:vt dicit hic Hoſtiē.vere:qꝛ ſcit eam
alterius eſſe.Preſumptiue:qꝛ non credit ſuā:qꝛ tunc dolus exclude
retur:ſed credit non ſuam z ingreditur dato qd credat licite ingredi
qꝛ ſcire debet id qd ad ſe non ſpectat ad alium pertinet:vt dicit illa
l.ſi.quod notet libellans z articulans in viam non procederet tamen
libellus ſi diceret:dico quod cecidi a poſſeſſione talis rei:dato quod
reperio quod talis eam poſſidet:quare peto eum condemnari con-
dictione ex illa.l.quia hic nō allegatur dolus:qui licet nō ſit neceſſe
vt probetur:debet tamen allegari.vt dicit ibi Pe.ad qd no.ff.ſi cer.
peta.

pe.l.quod te.ff.de adul.l.ſi adulterium.cum inceſtu.§.item polioni ſm Pet.ꝛ Cy.in dicta.l.ſi.Ex quo tamen eſt ingreſſus ſine cauſa: ꝛ apparet qꝺ res eſt alterius probatur dolus.vt ibi.ꝛ.l.clam poſſidere.de acqui.poſ.certe puto qꝺ ſi dicit ſuam ꝛ dicit ſe cecidiſſe:ꝛ illum ingreſſum ſatis narrat factū.Ex quo ſurgit preſumptio doli:ꝛ ſufficit hic.Bar.dicit.Qñqꝫ qs ſcit poſſeſſionē vacantē ꝛ alienā:ꝛ ſcit cuius eſt:ꝛ hꝫ locū conſtitutio.Qñqꝫ ſcit poſſeſſionē alienā: ꝛ ignorat cuius eſt:ꝛ hꝫ locū ꝯſtitutio.Qñqꝫ credit rē ſuā eſſe:ꝛ ſi mouet᷑ iniuſtis rōnibus.l.illa preſumit dolū.Si iuſtis rōnibꝰ mouet᷑ nō hꝫ locū cōſtitutio ſed tenet᷑ cōſtitutione.l.inuaſor.ſ.ad reſti. poſ.nec ob.quod in dubio quis preſumi debeat bone fidei poſſeſſor.vt.l.pe.de euict. quia illud verum quando ingreditur cum titulo.vt.l.fundus.de rei vend.qꝺ eſt verum nō quo ad dominum ſed quo ad tertium. Item hoc verum vſqꝫ ad.xxx.annos.poſt nō preſumitur mala fides.vt dicta.l.ſi.de acqui.poſ.ſm Bart.ꝛ per hoc datur differentia inter hoc remedium:ꝛ remedium.l.inuaſor.eo.ti.quia illud remedium datur etiam contra non doloſe ingredientem:ꝛ non datur ad penam fructuum.ſm Cy.ꝛ Bart.Requiritur tertio qꝺ res ingreſſa ſit aliena: per que dicit gloſ.ibi quod non datur pro re hereditaria occupata: quia illa nullius eſt.vt.l.j.ff.de re.diui.§.j.Pet.tenet qꝺ habeat locum:quia res hereditaria eſt hereditatis que repreſentat perſonā defuncti.ff.de acquirē.re.do.l.in eo.§.ſi.Idem dicit in re ſacra occupata:quia eadem eſt ratio ad.l.acquil.illud. Odoffre. concludit qꝺ ſi hereditas non eſt adita non habet locum ſi eſt adita:ꝛ non apprehenſa poſſeſſio hic ſunt opi.Aliqui quod habet locum quia eſt heres.de acquirē.poſ.cum heredes.Aliqui contra Bar.no.Odoffre. dixiſſe quod ſi nunꝗ fuit poſſeſſa:tunc non daretur actio furti contra occupantem nec dabitur iſta.ff.de furt.l.hereditarie.Si aliquādo fuit poſſeſſa:licet nō tempore occupationis habet locum hoc remedium:quia datur ad inſtar actionis furti.vt dicta.l.fin. ꝛ fuit hec opi.Odoffre.Bart.ibi ſentit quod ſufficit vt hereditas ſit adita:licet poſſeſſio non ſit apprehenſa.per.l.cum heredes.ꝛ fuit opi.Azo. in ſum.titu.vnde vi:ꝛ hoc tene licet Butri.dicat quod etiam dabitur pro occupata ante aditam hereditatem:quia retro trahitur hec additio:ſed dicit Bart.quod eſt per fictionem quod nō ſufficit quo ad conditionem huius.l.per.l.iij.§.j.ff.de neg.geſt.dicit tamē But. quod ex cauſa reſtituetur ad poſſeſſionē:quia hec eſt iuſta cauſa reſtituendi:quia licet non habuit poſſeſſionem habuit tamen poſſibilitatem apprehendendi propria autoritate ſi adibat:ergo ſibi reintegretur ius.Ex hoc patet quod in rebꝰ eccleſiaſticis que ſunt in proprietate eccleſie non habet locum illud remedium:quia non vacat poſſeſſio dato quod vacet eccleſia:quia eccleſia vel locus dicitur poſſidere.C.de epiſco.ꝛ cleri.l.raptores.ad hoc quod no.ſ̄.de cauſa poſ.cum ſuper.ꝛ quod ſcribit Specu.in titu.de peti.ꝛ poſ.§.j.verſi. ſed nunquid.in.xij.col.per hoc patet quod ſi eſſet propria inuadentis:ſed vacans quo ad poſſeſſionem altero autem poſſidente nō haberet locum hoc remedium dum tamen vellet incontinenti probare ſe dominum.vt.l.iij.§.ibidem.ff.ad exhib.ſic intellige quod no. Innot.in.c.ex parte.de arbi.Non obſt.quod in poſſeſſorijs recuperāde non habeat locum exceptio dominij.ſ̄.eo.in literis. quia id verum in poſſeſſorijs in quibus arguitur violentia qꝺ hic non ſit ſm Pe. ꝛ Cy.Item ſm Bar.habet hic inſtar poſſeſſorij adipiſcende cum poſſeſſionem culpa perdidit:per hoc concludi videtur agentem condictione ex illa.l.probare debere ſe dominum.alias non cōcluderetur aliena.Sed dicit Bar.qꝺ probabit eo qꝺ probat ſe antea poſſediſſe:quia illa.l.preſumit eum dominum. ¶ Requiritur vltra hoc qꝺ is poſſideat qui vacantem eſt ingreſſus ſi deſijt poſſidere ſine culpa tenetur ſm Barto.ꝛ Cy.per.l.j.§.rectiſſime.ff.de vi ꝛ vi ar.Tertius aūt poſſeſſor ingreſſus vacantem tenetur:ꝛ ſi agat ſecundus contra eum obtinet.l.qꝺ a te.ff.vnde vi.ꝛ.l.j.§.qui vi a me.Si primus ꝛ ſecūdus concurrant prefertur primus.ff.depoſi.l.bona fides.nec ob. qꝺ primus non agat interdicto vnde vi contra tertium poſſeſſorem: qꝛ interdictum vnde vi eſt mere perſonale:ſed remedium illius.l.in ſequitur rem ſm Pe.ꝛ Cy.Nunquid autem poſſeſſio ſic vacās igreſſa vitioſa dicatur.dicit glo. ibi qꝺ non:licet quo ad quid equiparet᷑ condictio ex illa.l.ad interdictum vnde vi.ad hoc.l.ſequitur.§.dñs. ꝛ.l.non ſolum.§.ſi tu vi a me.ff.de acquirē.poſ.ꝛ de vſuca.ꝛ hoc tenet Cy.ꝛ Pe.Glo.dicit contra inſti.de vſuca.§.qꝺ autem.ꝛ.l.ſequitur. §.ſi occupaueris.Bar.tenet qꝺ ſi domino nunꝗ fuit poſſeſſa nō eſt vitioſa.l.hereditarie.ff.de fur.Si a domino fuit poſſeſſa: licet tempore occupationis non poſſideretur tunc eſt vitioſa.vt.l.falſus.§.ſi iactum.ff.de fur.ꝛ.l.qua ratione.§.ſi.ff.de acquir,re.do. datur enim hec condictio ad inſtar actionis furti.vt dicta.l.ſi. vnde tunc affecta vitio quaſi violentie.Nunquid autem ſic occupans teneatur condictione ex.l.ſi quis in tantam. dicendum qꝺ non equiparatur enim interdicto quo ad poſſeſſionem reſtituendam cum fructibus:ꝛ non quo ad penas.An aūt remedium.l.conquerebatur. habeat locū in mobili re dic quod ſic:nec erat prouiſum per actionem vi bo.rap.qꝛ illa exigit violentiam.Et hoc tenuit Roffr.Cy.ꝛ Iac.but.ꝛ Spec. in ti.de reſti.ſpo.§.j.verſ.ſed vt in hac materia.Quoddam eſt remedium.l.meminerint.C.vnde vi.quod datur contra illū qui ingreſſus eſt quaſi bona fide reſcripti vel ſentētie autoritate requiritur ad hoc vt hoc remedium cōpetat:qꝺ autoritate reſcripti ingrediatur vel ſentētie ꝛ ingrediat᷑ parte nō citata circa qꝺ dic vt in reſcripto ꝙ aūt continet ſolū cauſe cognitionis delegationē ꝛ ſi quis illius reſcripti autoritate ingrediat᷑: ꝓpria dicit᷑ autoritate ingredi: ꝛ ideo non hꝫ locū.l.meminerint.ſed.l.extat.ꝛ.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.ꝛ de preben.licet.lib.vj.Aut reſcriptum continet cauſe deciſionē vt qꝛ dicit illi poſſeſſionem eſſe reſtituendam ꝛ ingreditur ꝓpria autoritate:ꝛ adhuc non habet locum conſtitutio illa:licet glo. ibi ſentiat contra.ꝛ.l.miles §.qui iudicaſti.ff.de re iudi.quia cum hic licet habeat ius ſi ingrediatur propria autoritate cadit in cōſtitutionē l.extat.C.qꝺ me.cauſa.Quandoqꝫ cōceditur reſcriptū vt ꝓpria autoritate ingrediat᷑ poſſeſſionē.ꝛ hic glo. alias Guil. ibi dicit qꝺ pōt ingredi autoritate reſcripti nec cadit in penā.l.meminerint. qꝛ hoc pōt fieri per cōuentionem.vt.l.iij.C.de pigno.ergo per reſcriptū.ad ad hoc.ff.de acqui.poſ.l.iuſte.nō placet hoc But. cōcludenti vt hic no.qꝺ vbi reſcriptum in totum abſorbet ius alterius nō valet parte nō citata niſi fiat mentio de lege:ꝛ ſic pōt intelligi.de ma.ꝛ obe. itra quatuor.qꝺ no.bene.ideo haberet locum illa.l.idē ſi tale reſcriptū concederetur ab inferiore a principe: quia talia reſcripta non cōcedunt inferiores a papa.In ingrediente aūt rōne ſententie dic ſi ſententia eſt tantū citatoria:vt quia iubet iudex citari:vt poſſidens veniat ad cauſam ſi vi illius ingrediatur licet glo.dicat illam.l.habere locum.tene ſm Bart.qꝺ locum nō habet cum autoritate ſnīe nō ingrediatur:ſed ſolum ſua temeritate quo caſu habet locum remediū l.ſi quis in tantam.Qñqꝫ ſententia cōtinet cauſe deciſionē: vt quia decernitur poſſeſſionē ſibi reſtituendā:ꝛ ipſe ꝓpria autoritate vult ingredi parte nō vocata.Adhuc quicqd dicat.glo. ibi nō habet locum ſm Bar.remedium illius.l.quia per hoc ex ſententia nō habet licentiam ingrediendi.Qñqꝫ cōprehenditur in ſnīa deciſio:ꝛ ei dat᷑ licentia ꝓpria autoritate ingrediendi:nec lata ſententia aliter pars citatur:an poſſit ꝓpria autoritate ingredi:dicunt qꝺ nō valet hec licentia ꝛ ſi ingredit᷑ cadit in penā illius.l.quia compellitur poſſeſſionem reſtituere ꝛ cadit a iure ſuo.Aduerte tamen qꝺ aut eſt data licētia de ingrediendo parte non citata ad licentiā ꝛ ordine ſeruato:et citata parte ad ſententiam ꝛ dubium reſidet in ſequenti caſu: an in executione debet citari ſi non eſt pars citata ante ſententiam:vel iudicium inordinabiliter agitatum ita qꝺ eſt nullum: tunc dicunt qꝺ ꝓcedit illa.l.quia tunc ingrediens etiam cum licentia iudicis cadit in penam illius.l.alias ſi iudiciū eſt aliquod nō.ſ.cadit in penā:licet iniuſtum tenendo opi.qꝺ poſſit parti dari licentia propria autoritate ingrediēdi ꝛ quando poteſt:de quo ibi per Cy.ꝛ.l.dotis.ſo.matri.ꝛ in.l.iuſte.ff.de aqui.poſ.per Bar.per Inno.de conceſ.prebē.cū noſtris.hec puto vera quando ſolennitates ſunt obmiſſe:que reſpiciunt partem:vel partem ꝛ iudicem:ſecus ſi iudicem tantum: vt no. gl.in.c.ſi.de elec.li.vj.Nō ob.qꝺ iuſte poſſideat:qui autore ꝛc.vt.l.iuſte precalleg.quia id verum quando iudex legitime auctoratur ꝛ eodem modo reſpondetur ad illud quod iudex facit pars facere videtur:vt.l.ſi ob cauſam.de euic.pars poteſt:vt.l.ij.ff.de pign.ergo ꝛ iudex:quia id verum quando iudex legitime facit. Quādoqꝫ lata ſententia ſolēniter corā proferēte:vel alio petitur executio ꝛ ſic ei nō datur ſtatim in ſentētia ingrediendi licentia propria autoritate:tūc ſi iudex facit executionem parte non citata:non valet ingrediens autoritate talis iudicis ꝛ mandati ꝛ cadit in ꝯſtitutionis illius penā Idem Dy.in.l.ab executione quorum appel.non re.quia in executione non debet citari quis licet Inno.cōtra de ap.ex ratione Bar. ibi.ꝛ in.l.a diuo pio.dicit hunc intellectum procedere quando neqꝫ alia re ꝙ ſuper qua eſt ſententiatum ſit executio:alias non procederet quando ſit executio in re ſuper qua eſt ſententiatū:qꝛ pars nō eſt citanda.ad hoc ꝙ not.in.c.licet de preben.li.vj.ꝛ qꝺ no.de offi.ordi. lib.vj.Forte:ꝛ habet locum quādo mutatur iudex qui habet exequi qꝛ debet citare arg.ff.de iudi.l.mortuo etiam ſi fiet executio in eadē re.xxiiij.q.iij.de illicita puta tamē Bar.ꝙ ſi inducat᷑ in poſſeſſionē per nuncium:parte nō citata:vbi citari debent ꝙ nō habet locū pena illius.l.ſed oportet appellari quod no. Aduerte ergo quomodo ſe nō habent hec iura interdictū vnde vi prouidet cōtra mandantē ſpoliantem:vel ratum habentē per hoc nō erat ꝓuiſum cōtra ingredientē autoritate reſcripti vel ſentētie qui nō erat in euidenti loco: ſed in temeritate.Ideo neceſſaria fuit ꝓuiſio.Item nō erat per hoc prouiſum cōtra ingredientem ꝓpria autoritate:ſine vi:ideo fuit neceſſaria ꝓuiſio.l.extat.ꝛ.l.ſi quis in tantā.Item per hoc nō erat prouiſum contra illos qui ab initio nō propria autoritate ſed voluntate domini ingreſſi ſunt ꝛ ex poſt facto nō reſtituētes. Ideo fuit prouiſum per.l.ſi quis cōductionis.C.loca.per.l.nō abre.Item per hec non erat prouiſū cōtra ingredientē rem nō vacantē doloſe vere vel preſumpte:huic ꝓuidet.l.ſi.C.vnde vi.Itē nō erat ꝓuiſum cōtra ingredientem rem vacantē ſine dolo:vt ſaltem teneretur ad reſtitutionem rei:cui eſt ꝓuiſum per.l.inuaſor.ꝛ hoc eſt tenendū:materiā aūt remedij.l.ſi qs in tantā nō proſequor:qꝛ melius cadit ſup.c.licet epiſcopus.de preben.li.vj.ꝛ quia plus ſapit naturam petitorij ꝙ poſſeſſorij:ꝛ forte alibi examinabo.Quoddam eſt remediū conditio-

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

nis ex decre.ſepe.de quo hic.⁊ hoc remedium datur contra quẽcun
qꝫ ſcientẽ rem raptã a quocũqꝫ recepta fuerit etiã ſi per multas ma-
nus res ambulauerit ſic rapta.ff.de peti.here.l.ſed ⁊ lege.§.ſiue aũt.
dũmodo neſciat vitiũ rapine purgatũ:⁊ ſic in mala fide qꝛ ſi hoc cre
deret vel ꝓbabiliter crederet nõ habet locũ remedium decre.vt pa
tet hic ibi eo qꝺ non multum ⁊c.nam non iniuſte detinet qui vitium
ignorat:⁊ bonam fidem habet.alleg.ij.q.j.in primis.ff.de dolo.l.j.§.
j.ff.de vi ⁊ vi ar.l.j.§.familie.⁊.§.ſi filius.Non ob.ij.q.j.in primis.qꝛ
illi qui primo ſucceſſerunt neſciuerũt primos iniuſte eiectos vel ibi
fuit diſpenſatum.hoc planũ quando ſuccedentes habent cauſam a
ſpoliatoribus vel ſuccedẽtibus in vitium:⁊ ab eis poſſeſſionem ac-
ceperunt.Si aũt aliquo ſpoliato res ſit vacans:⁊ quis ſciens hic in-
grediatur. Quidam dicunt qꝺ nõ habet locum hoc remedium:ſed
l.conquerebat.C.vnde vi.ſed hoc nõ placet Inno.qui dicit hanc de-
cre.⁊ remedium eius locũ habere.Hec vera qñ omnes mala fide poſ
ſident.Si aũt inter eos aliquis intermedie poſſederit bona fide tũc
ipſe ſolus haberet ius agendi contra ſequentes mala fide poſſiden-
tes ſm Inno.Puto etiam qꝺ primus ſpoliatus agere poſſet.Sed
ſi ambo concurrerent reus poſſeſſor videtur preferri antiquiori.fa-
cit de probat.licet.ſed ex quo conſtat qꝺ bona fide recens poſſederit
puto quod ipſe preferetur:quia nouus habet ab eo poſſeſſionẽ.Nũ
quid aũt ipſi ſpoliato detur actio contra ſpoliatorem vbi habet ius
agendi ex hac decre.contra tertiũ poſſeſſorem.Tenet hic Inno.qꝺ
ſic:vnde habet interdictũ vnde vi contra ſpoliatorem:⁊ condictio-
ne ⁊ ex hac decre.contra eum qui ſcienter accipit adeo qꝺ ſi eandem
rem doloſe in alium tranſtulerit nihilominus poterit conueniri:qꝛ
qui doloſe deſijt poſſidere pro poſſeſſore habetur.ff.de ali.iud.mu.
cauſa fac.l.j.ff.de rei vend.ſin autem.§.j.⁊.§.ſed ⁊ his.Quoddam eſt
remedium.l.ſi coloni.C.de agri.⁊ cen.qꝺ etiam iure ciuili competit
bone fidei poſſeſſori:⁊ contra ſecundo occupantẽ bona fide ⁊ in hoc
differt ⁊ plus prouidet quã primũ:⁊ ſit per hoc reſtitutio etiam nõ
ꝓbata ſpoliatione:dũmodo conſtet de mea poſſeſſione ⁊ bona fide:
⁊ de tua poſſeſſione hodie.ad hoc in aut.de man.prin.§.ſed etiã vſu
capientes.col.iij.niſi nouus poſſeſſor doceat aliquã iuſtam cauſam
quomodo ille priuatus fuerit poſſeſſione iuſte:⁊ hoc eſt valde pro-
pinquum ꝑmo remedio.⁊ hoc tenet glo.C.de fur.l.ancille.And.
de baru.in dicta.l.ſi coloni.dicit qꝺ ſi ceſſat omne vitium nõ habet
locum remediũ.l.ſi coloni.Ideo ſi cecidi a poſſeſſione bona fide poſ
ſidens alter accepit bona fide non habet locum remedium illius.l.⁊
hoc.quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſeſſoris.ff.de publi.l.
ſiue aũt.quando autem aliquali vitio intercedente licet nõ poſſeſſo
ris:tunc datur illud remediũ vt ſi ſeruus quẽ bona fide poſſidebam
aufugit ⁊ ſic furtũ ſui fecit.l.j.C.de fur.ſi deueniat ad bone fidei poſ
ſeſſorem:tunc datur illud remedium.Item Bar.in.l.manifeſtiſſimi
§.ſed cum in ſecunda.C.de fur.quãdo is qui nouiter poſſidet bona
fide habuit rem a poſſeſſore qui rem ſubtraxerat:quia mala fides vẽ
ditoris in hoc nocet emptori ne videatur cum aliquali vitio habere
vt in aut.male fidei.C.de preſcrip.lon.temp.vt ſic contra eum agere
poſſit primus qui cecidit a poſſeſſione pro re mobili dantur hec re-
media.vt ibi dicit Bart.licet glo.contra in.l.rem que nobis.de ac-
quiren.poſ.Ubi aũt res tantum detinentur qꝺ competit remediũ
habetur in dicto.§.ſi cum in ſecũda.⁊ in.l.⁊ ideo.ff.de cõdi.fur.⁊ tra-
ctatur.j.de dolo.c.ſi.vbi per glo.¶ Aliud eſt remedium cõditionis
ex canone reintegranda.iij.q.j.hoc competit vbicunqꝫ alia remedia
competunt ſpecialia:ita qꝺ eſt vnum genus cum alijs:⁊ vbi daretur
actio de dolo.qꝺ me.cauſa.⁊ generaliter omne aliud reſtitutorium.
Ideo ſi daretur libellus ſub quo comprehendi poſſet actio qꝺ met.
cauſa per quam aduocatur res etiam ab eo qui metum non intulit:
vel violentiam cõmiſit.arg.de ord.cogni.cum dilectus.ff.quod me.
cauſa.ſi cũ excep.§.j.procederet libellus ſi peteret ſimpliciter reſtitu
tionem talis rei quaſi libellando in reintegranda:⁊ daretur ſenten-
tia ꝙuis nõ ſpoliaſſet nec rem ſciẽter a deiectore recepiſſet.vt dicto
c.reintegranda.alleg.C.de an.exce.l.ſi.⁊.C.vnde vi inuaſor.ſequitur
opi.cõem quã tetigi.ſ.e.cũ ad ſedem.ſcđm hoc cõdictio ex decre.illa
ꝓducit generale ius agendi cũ alijs.Sed Inno.ſ.eo.cum ad ſedem
tenet qꝺ nõ ꝓducat ius agendi:ſed confirmat alia remedia cõpeten
tia ſuis caſibus.ibi poſt Gal.⁊ Hoſt.ac Inno.de elec.querelã tenui
qꝺ ꝓducat etiam ſpeciale ius agendi ⁊ cõpetit vbicũqꝫ quis iniuſte:
⁊ ſine cauſa cecidit poſſeſſione per quaſcũqꝫ manus res iuerit dũmo
do quis ceciderit a poſſeſſione ſine cã:ſiue detinens detineat cum ti
tulo ſiue nõ:ſiue bona fide ſiue nõ.nec ob.ff.de publi.l.ſiue aũt.quia
hoc operabitur antiquitas poſſeſſionis:vt in hoc illi preponderet.
vt no.de ꝓba.licet cauſam.⁊ dicit Innoc.qꝺ proſunt hec poſſeſſori-
bus eccleſiarum a poſſeſſione ipſarũ cadentibus quã ⁊ ſi ꝓbare poſ-
13 ſunt:nõ tñ poſſunt ꝓbare ſuam canonicã inſtitutionẽ.¶ †Nota er-
go limitationem qꝺ inquantũ dixi in.c.in literis.arctari agentẽ in
beneficialibus ad ꝓbandum aliquid de titulo:qꝛ illud eſt verum in
quantũ agit ſtricto interdicto vnde vi:ſecus ſi ꝯdictione ex canone
reintegrãda.excedit hec decre.ſepe.qꝛ decre.ſepe datur cõtra ſciẽter
ſuccedentẽ in vitiũ hec etiã cõtra ignorantẽ excedit.l.ſi coloni.qꝛ il-
la datur bone fidei poſſeſſori dũmodo poſſederit.Itẽ illa datur pri-
uato poſſeſſorie cũ aliquali vitio hec datur etiã qñ nõ eſt priuatus
cum vitio qũocunqꝫ iniuſte:⁊ ſine cauſa ceciderit a poſſeſſione ⁊ il-
la fuit per aliũ iuſte etiã apprehẽſa ⁊ nullo vitio vero vel preſumpto
accedente.Item in alio:qꝛ cõdictio ex canone nõ ſolũ datur poſſeſſo
ribus ſed etiã detentoribus in ſpec.de peti.⁊ poſ.§.j.ver.ſed nunqd.
in.ij.col.qꝺ nõ eſt in.l.ſi coloni.An aũt hoc remedium reſtringatur
ad res eccleſiaſticas tantum dixi.ſ.eo.cum ad ſedem.¶ Ultimo di-
cit hic Inno.qꝺ poſſeſſio animo retinet ⁊ non perditur donec inde
expelletur vel alius occupet:⁊ veniens nõ admittatur vel ſuſpicet ſe
poſſe repelli vel quouſqꝫ eam negligat.ff.de acquir.poſ.l.ſi rem mo-
bilem.de quo remittit.ſ.de elec.querelã.dic vt no.in.l.ſi de eo.§.j.ff.
de acqui.poſ.⁊.l.ſi fur.§.j.⁊.l.furtum.§.j.ff.de vſuca.⁊.l.ſi.C.vnde vi.
⁊.l.licet.de acqui.poſ.⁊ remiſi ad Dy.⁊ Io.an.in addi.Specu.dedi
⁊ recitaui.ſ.de elect.querelam.dic vt ibi dixi. Omnia autem hec re-
media ⁊ libellos vide in Specu.de reſti.ſpo.§.j.ver.ſed vt in hac ma
teria.⁊ ponit Io.an.primum in Specu.de peti.⁊ poſ.§.j.ver.poſtre
mo.in.xiij.col.Aduerte tamen ad vnum dictum qꝺ ad hoc vt quis
obtineat in canone reintegranda non ſufficit narrare:vt in interdi-
cto vnde vi ⁊ concludere vel in conditione ex decre.iſta.vel ex.l.ſi co
loni.vbi velit obtinere vt ſpecialiter competit hec via:⁊ nõ vt gene
raliter concurrit cum alijs:quia ad hanc viam nõ ſufficiunt tales li-
belli:vt notabiliter dicit Lapus de caſti.ſua.alleg.lij.Eſt ⁊ aliud no
tabile remedium quod competit.ſcꝫ iudicis officium per viam re-
ſtitu.in integ.⁊ hoc competit etiam ſi culpa prelati quis ceciderit a
poſſeſſione:⁊ ad alium ſine vitio ſit tranſlata:vt narret qualiter cõ-
ſueuerat eſſe eccleſia in quaſi poſſeſſione perceptionis talium iuriũ
vel talium penſionum.Item quia penſionarij diu nõ ſoluerunt.hic
includitur culpa non exigentis:vnde imploro officium veſtrum pe-
tendo me in integrum reſtitui in priſtinum ſtatum ad ius percipiẽ-
di tales penſiones:⁊ hic modus agendi colligitur ex not.Ioã.and.
poſt Hoſti.vt lit.non conte.accedens.j.⁊ facit de hoc mentionem la
pus de caſti.in loco prealleg.plus etiam dicit qꝺ obtinet in illo re-
medio:ſed narrat ſua culpa vel negligentia non exegiſſe debitum:ſꝫ
hoc remedium ꝓcederet in eccleſia vel minore vel abſente cui cõpete
ret reſtitutio legis.alijs non daretur pro rebus priuatis:quia ſup-
poſita negligentia non ſubeſſet legitima cauſa dande reſtitutionis
⁊ dicit ibi Lapus quod nõ debet narrare ſe ſpoliatum alias ſuccum
beret hic intentando:qꝛ tunc competeret remedium ordinariũ.arg.
ff.de mino.l.in cauſe.⁊ hoc eſt forte officium iudicis.de quo facit mẽ
tionem.ſ.in glo.⁊ Inno.ſ.de cõceſ.preben.poſt electionem in ver-
14 bo a te facta ad ſi.¶ †Predictis vero obſtat qꝺ ſtante remedio ca-
nonis reintegranda videtur qꝺ hoc remedium ſit ſuperfluum.Qui
dam dicunt qꝺ hec decre.inducit vt actio in factum que datur loco
interdicti.inſti.de interdic.§.vltimo.extendatur ad hunc caſum qꝺ
olim non erat:ſed hoc non placet.ſ.eo.cum ad ſedem.vel dic qꝺ da-
to qꝺ eſſent alia remedia etiam pinguiora voluit tamen concilium
addere conditionem ex hac decre.ſm Goffre.ad declarandum qꝺ ci
uile ius cõtrarium non obſtaret.Cui forte multi eccleſiaſtici iudices
inſiſtebant.⁊ eſt ſi.qꝺ no.de vſuris.ꝙꝙ.lib.vj.Io.and.Item quia ⁊
hec competit etiam pro rebus priuatis.ſed de canone eſt dubiũ:⁊ tꝫ
canon reintegrãda in ſuo caſu erat dubium an ꝓuideret ſpecialiter
an cõprehenderet remedia hic prouidet quo ad hunc caſum p hanc
15 decre.†Ex predictis patet ⁊ ſentit Inno.ſ.quod ſicut in interdicto
ſtricto vnde vi non obſtat exceptio dominij.ita nec agenti cano.re-
integranda.hoc expreſſe tenet Innocen.etiam in remedio cõdictio
nis ex.l.ſi coloni.j.de conceſ.preben.poſt electionem.vbi Io.and.in
verbo a te facta ad ſi.apoſtille.Item hoc remedium etiam cano.ha-
bet remedia ſuſpenſiua:⁊ parit ſpoliationis exceptionem priuile-
giatam ſicut ⁊ ſtrictum poſſeſſorium vnde vi:⁊ no.Inno.licet varia
16 uerit.de ordi.cogni.cum dilectus.⁊ tenet Gal.eo.ti.c.ſi.†Sed eſt du
bium cum requiratur inter cetera quod ſciẽter in rem ſucceſſerit:an
in dubio preſumatur ſcientia an ignorantia hic vacillant doct.ſup
tex.dicunt qꝺ dicentes ſcientiam illam allegare debent ⁊ probare.ff.
de probatio.verius.⁊ cum graue ſit probare laudat Goffre.qꝺ pro-
ponatur cõdictio ex canone reintegranda ſm Goffr.Hoſti.dicit ꝙ
ſcientia preſumitur niſi probetur ignorantia ſcire enim debet quod
ſuum non eſt ad alium ſpectare.C.vnde vi conquerebatur.Abb.te-
net opi.Goffre.ad quod de reg.iuris preſumitur.lib.vj.⁊ hoc credit
Io.an.verius.dic qꝺ aut quis occupat rem qua quis eſt ſpoliatus:
⁊ vacantem:⁊ tunc in dubio preſumitur doloſe ⁊ ſciens ad aliũ ſpe-
ctare occupare:⁊ hoc ꝓficit non quo ad hoc remedium qꝺ exigit ſciẽ
tiam vitij rei:ſed proficit quo ad remedium.l.conquerebatur.tũc ꝓ-
cedit opi.Hoſti.ſi occupat rem non naturalem cum titulo de volun
tate poſſidentis vel etiam ſine titulo dũmodo de voluntate poſſidẽ
tis non preſumitur doloſe ingredi:nec etiã preſumitur ſcientia rei
17 niſi aliter probetur ⁊ ſic loquitur opiñ.Goffre.†Eſt dubium an hic
conuentus poſſit dominum in iudicio nominare ſi conueniat cõdi-
ctione ex hac decre.dicit Uin.quod non:qꝛ conuenitur ex proprio
facto.vt no.vt lit.non conte.qm̃.§.qꝺ ſi ſuper.Item qꝛ illud ꝓcedit
in mere reali:ſecus in pſonali.Iſte eñ vt dicit glo.ſuccedit in vitiũ
primi ⁊ qꝺ dicit qꝺ quis nõ ſuccedit in vitiũ alterius eſt verũ in reali
ſecus in

ſecus in mere perſonali:licet quãdoq; habeat locuʒ in perſonali.de
ſepul.parochiano.Glo.vltima.colligit hec paria auferre.alienũ vel
retinere ſic ⁊ aliĩ quando reputant idem auferre ⁊ nõ dare.Glo.colli
git concor.immo videtur qḋ peius eſt auferre quã nõ dare.vt in.c.et
ſi illi.alleg.in fin.glo.Dic qḋ hoc eſt verum ⁊ contraria ſunt qñ quis
agat ad mortem:quo caſu plus peccat is qui poteſt ⁊ abundat non
dando tali ꝙ̃ furando alteri ſm Jo.an. Anto.

1 ☞ Reſtitutione fieri mandata ſub certo modo neceſſe eſt nõ ſolũ
in facto ſed etiam in modo pareri.
2 Fructus dicuntur attriti ⁊ afflicti per guerram.
Uerba affligere ⁊ conterere non ſolũ reſpiciunt perſonales ſed etiã
reales iniurias.
3 Poſſeſſionis appellatione in caſtris nõ ſolum cõprehenditur prin
cipalis poſſeſſio caſtrorũ ſed etiam poſſeſſio aliquorum iurium in re
bus particularibus caſtri.
4 Beneficiuʒ dicitur quis habere in eccleſia qui illud habet intra cor
pus eccleſie non qui habet principalem prelaturam eccleſie.
5 Poſſeſſorio agi poteſt iure cano.pro re in qua nõ eſt ſubſtantialis
locus poſſeſſioni ⁊ reſtitutioni poſſeſſionis ⁊ ſic eſt dare poſſeſſionẽ
⁊ cuiuſlibet poſſeſſionis poſſeſſionem ⁊ quaſi poſſeſſionem liberta-
tis poſſidendi vt ex ea agi poſſit poſſeſſorio ⁊ reſtitutiõis remedio.
numero.18.
6 Dictio ſicut denotat omnimodam ſimilitudinem in ſubſtantia et
in qualitate ſimul.
7 Sententie excõicationis pro manifeſta offenſa nõ relaxantur ante
ſatiſfactionem tamen pro dubia relaxantur cautione ſufficiẽti rece
pta de parendo mandatis eccleſie.nu.7.⁊ hoc caſu ſñia ſumitur pro
abſolutione.nu.17.⁊ qualis cautio exigatur.nu.21.
8 Mandati forma intelligitur ſi per partem non ſtet a cuius manda-
ti forma ſuper vtilitate partium fundata receditur quando per par
tem ſtat.
9 Reſcripti mandatum qualificatũ diſtribuitur in ſubſtãtiam ⁊ qua
litatem ⁊ nõ eſt implebile reſpectu ſubſtantie tantũ niſi impleatur
etiam reſpectu qualitatis ſimul.nu.16.
10 Ad poſſeſſoriĩ partem eſt dare quaſi poſſeſſionem in iuribus perſo-
nalibus plurium preſtationum.
11 Confeſſio facta coram iudice cõpetenti etiã in iudicio nullo preiu
dicat cõfitenti ⁊ hoc verũ in expreſſa nõ aũt ſi ſit in exceptione inter
cluſa quia excipiens non fatetur.nu.20.
12 Poſſeſſoriĩ finis quo caſu impletur nõ per quid reſtitui ſed per qd
relaxari qñ agitur pro reſtitutione libertatis poſſidendi.
13 Poſſeſſorium retinende completur per quid reſtitui.
14 In poſſidendi plena libertate quis eſſe non dicitur nõ ſolum quan
do actualiter turbatur ſed etiã qñ preter ſolitũ ab alterius faciliter
pendet poteſtate turbare.nu.19.
15 Dictio affictus ſumitur pro penſione.
16 Forme iuris obmiſſio ⁊ nõ ſubſtantialis nõ vitiat actum ſeu proceſſuʒ
lʒ forma hoĩs que in dubio ſubſtantialis eſt vitiet.
19 Poſſeſſoriũ recuperande virtute reſtitutionis a papa obtente an
quis poſſit obtinere vbi ex poſſeſſione penſionem annuam accepit
tanꝙ̃ illa non poſſit dici ſpoliatus ad dictum remediũ intentandũ.
21 Cautionem dare obligatus quam preſtare debeat.

1 PIſanis. ¶ †Si mandatur reſtitutionem fieri ⁊
ſub certo modo neceſſe eſt nõ ſolũ in fa
cto ſed etiã in modo pareri.h.d.Prima pars ponit que-
relam epĩ lucani.Secũda expreſſa cã diffinit. Ibi porro.
Hoſti.dicit qḋ decre.cõtinet cõmiſſionem proceſſum iniuſtũ ⁊ appel-
lationem:primi mandati interpretationẽ ⁊ iniuſti proceſſus retracta
2 tionem.⁊.j.hoc decidit ⁊c. ¶ †No.j.fructus guerre: qꝛ ex eis ſequit
guerram agentiũ afflictio ⁊ attritio.⁊ no.qḋ hec verba affligere ⁊ cõ
terere nõ ſolũ reſpiciunt perſonales:ſed etiã reales iniurias.Et not.
de verbo diſcordia qḋ eſt aptum cõcernere controuerſias extraiudi
3 ciales. ¶ †No.ij.qḋ appellatione poſſeſſionis in caſtris nõ ſolũ cõ-
prehenditur principalis poſſeſſio caſtrorũ:ſed etiã poſſeſſio aliquo
4 rum iurium in rebus particularibus caſtri †ſimiliter dicit quis ha
bere beneficiũ in eccleſia qui habet intra corpus eccleſie non qui ha-
bet principalem prelaturam eccleſie.de conceſſio. preben. clemen.j.
5 ¶ †Nota tertio quod eſt dare poſſeſſionem ⁊ cuiuſlibet poſſeſſio-
nis poſſeſſionem naʒ eſt dare poſſidere ⁊ libere poſſidere:⁊ ſic eſt da
re quaſi poſſ.⁊ quaſi poſſeſſionem libertatis poſſidendi:⁊ quilibet
cauſat poſſeſſorium:⁊ dato qḋ locus non ſit ſubſtantialis poſſeſſio-
ni ⁊ reſtitutioni poſſeſſionis nihilominus de iure canonico põt agi
6 poſſeſſorio. ¶ †No.iiij.ꝙ dictio ſicut nõ ſolum exigit adequationẽ
in ſubſtantia:ſed in omni qualitate ⁊ modo:⁊ ſic notat omnimodã
7 ſimilitudinem ⁊ in ſubſtantia ⁊ qualitate ſimul. ¶ †No.v.ꝙ ſentẽ-
tie cenſure pro manifeſta offenſa nõ relaxantur ante ſatiſfactioneʒ
pro dubia relaxantur ſufficienti cautione recepta de parendo man
8 datis eccleſie.ad hoc.de verbo.ſigni.ex parte. ¶ †No.vi.ꝙ a forma
mandati ſuper vtilitate partium fundata recedit qñ ſtat per partẽ:
quia mandatũ intelligitur ſi nõ ſtet per partẽ.ad hoc de offi.delega.

9 c.ſi. ¶ †No.vij.ꝙ mandatũ qualificatũ diſtribuit in ſubſtantiam ⁊
qualitatẽ:⁊ ſic diſtribuit in duo diuerſa mãdata: nõ implebile reſpe
ctu ſubſtãtie. Implendũ eſt reſpectu qualitatis. ad hoc de dolo cuʒ
dilecti.ff.de arbi.l.celſus.ex quo põt. Itẽ qꝛ forma mandati eſt dili-
genter ſeruanda tam in ſubſtantia quã in qualitate:⁊ nõ ſufficit for
mam ſeruatã vel ꝓ obſeruato habitã in ſubſtantia:niſi ⁊ in qualita-
te obſeruet:⁊ qḋ obmiſſio forme etiã in qualibet minima qualitate
10 reddit proceſſuʒ nullũ. ¶ †No.hoc aptũ ꝙ etiã ĩ iurib⁹ pſonalib⁹ plu
riũ preſtationũ eſt dare quaſi poſſeſſionẽ aptã ad ptẽ poſſeſſoriĩ:nã
tales affictus debent actione locati que pſonalis eſt. de quo de ele.
11 querelam.de cenſi.peruenit. ¶ †No.ꝙ cõfeſſio facta corã iudice cõ
petenti etiã in iudicio nullo preiudicat cõfitenti:qꝛ ſolũ exigit iudi-
cis colorem ⁊ nõ formalitatẽ tele iudicij.vide Inno.de or.cog.c.ij.⁊
12 de accu.ſuper his. ¶ †No.caſum in quo finis poſſeſſoriĩ implet nõ
per quid reſtitui:ſed per qd relaxari qñ agitur pro reſtitutione liber
tatis poſſidendi que alicuius nõ poſſeſſi retentione turbat. ¶ No.
ꝙ facilius colligitur ius ſuum ⁊ exercet in re vacante ꝙ̃ poſſeſſa.ad
hoc ne ſe.vac.c.j.⁊ qḋ ibi no.⁊ qḋ no. Inno.de teſti.veniens.⁊ Bar.
13 de re iudi.a diuo pio. †ſic aliquando retinende cõpletur per qd reſti
14 tui vt in.l.clam.§.fi.de acqui.poſ.⁊ no.de ꝓba.licet cauſam.†⁊ not.
qḋ quis nõ dicit eſſe in plena libertate poſſidendi nõ ſolũ qñ actuali
ter turbatur:ſed etiã qñ preter ſolitum ab alterius faciliter pendet
poteſtate turbare quod ex aliquo nouiter attentato:⁊ ſic potentia
de facili reducibilis ad actum actui a iure equiparatur vel pro actu
15 ſumitur. ¶ †Nota de verbo affictus:quia ſumitur pro penſione.
16 ¶ †Oppo.primo ꝙ valeat geſtum forma non ſeruata.xi.q.iij.c.j.⁊
c.quomodo.j.q.j.euidenter.ibi loquitur in forma iuris ⁊ nõ ſubſtan
17 tiali:hic in forma hominis que in dubio ſubſtantialis eſt. ¶ †Op.
ꝙ nõ relaxet ſentẽtias ſed abſoluat:qꝛ hec ſñia tenebat qḋ me. cau.
c.j.lib.vj.⁊ qḋ ibi no.in verbo reuocationis.Sol.ſtat hic improprie
18 pro abſolutiõe. ¶ †Opp.ꝙ non ſit danda reſtitutio reſpectu quaſi
poſſeſſionis libertatis poſſidendi:ex quo enim nõ eſt ꝓbata ſubſtã
tia poſſeſſionis caſtroꝝ.nec etiã ſpoliatus eſt epũs quaſi poſſeſſione
redditnum iam ceſſat ſubſtantia poſſeſſionis:ergo quelibet quali-
tas libere poſſidendi:qꝛ ex quo ceſſat ſubiectũ:⁊ accidens ad illud.
de cõſti.cũ acceſſiſſent.⁊.l.eius qui in ꝓuincia.ff.ſi cer.peta.So.duo
erant mandata vt reſtitueretur ad ſubſtantiam poſſidendi ſecundũ
ad qualitatem libere poſſidendi ⁊ poſſidere ⁊ libere poſſidere ſunt
diuerſa ⁊ primum põt haberi ſine ſcḋo:⁊ quodlibet per ſe parit ius
agendi:licet ergo in poſſidere ceſſet ius agendi non ceſſat ius agen-
di pro libere poſſidere:qꝛ hoc ius agẽdi eſt ſubſtãtia per ſe:ad quali
tateʒ libere poſſidẽdi:que adeſſe põt in ſubiecto poſſeſſionis quam
habet.vel habiturus eſt:ſufficit ergo qḋ habeat vt pro hac qualita-
te agere poſſit.nã non recipit poſſeſſoriũ libertatis poſſidẽdi pro ſu
biecto ipm in ſubſtãtia nõ poſſidere:ꝑ quo dat interdictũ. ſed ipſuʒ
poſſidere qḋ adeſt:lʒ nõ cõpetat iterdictũ:⁊ ex hoc ꝯſequit vt reijciã
tur obiecta:ex quib⁹ actu:vel potẽtia de facili ad actũ reducibili im
19 pedit liberuʒ poſſidere:vel turbat. ¶ †Op.iiij.qḋ nõ arcent piſani
ex hoc mãdato ad caſtra dimittẽda:nam cũ nõ fuerit hic ꝓbata poſ
ſeſſio caſtroꝝ:per epm:ad illã reſtitui nõ debuit:ſic nec etiã reſtituit
nec etiã ad reddit⁹:vel affict⁹:qꝛ illis nõ fuit ſpoliatus. nec ad quali
tatem libere poſſidẽdi:qꝛ ſi epũs poſſidebat caſtra:alter poſſidebat:⁊
ita vno ſicut altero poſſidẽte veriſimiliter poterit affictus colligere:
nõ ergo erat priuat⁹ quaſi poſſeſſione libere poſſidẽdi. Quidã dicũt
fatẽdo qḋ partialiter papa ſe geſſit hic:⁊ hoc fuit tẽpore Frederici:de
quo de re iudi.ad apoſtolice.li.vj.Et qꝛ lucani erant de parte eccl'ie:
ſic fuit illa ciuitas a tpe cuius nõ eſt memoria. Piſani vero ꝓ impe-
rio. Ideo Papa fauit vt dicũt ad hoc de peni.⁊ re.c.iij. Sed hec eſt
truſa. Ideo ſcḋo Hoſt. Pe.⁊ Ab.ponũt itellectũ:qḋ hic lucan⁹ epũs
cõmiſerat ciuib⁹ ſuis cuſtodiã quorũdam caſtrorũ:vt ex illis ſe iuua
rent:⁊ ab expen.releuarẽtur. In quibus tamẽ percipiebat aliquos
redditus.contingit qḋ deuictis lucanis piſani occupauerũt caſtra:
qui moniti voluerũt epõ reſtituere.ꝑmittebãt tñ illũ ſuos redditus
recipere.qꝛ noluerũt iſta caſtra reſtituere fuerũt interdicti:⁊ excõica
ti:autoritate apoſtolica:quas piſani petebãt relaxari obijciebatur
de notoria offenſa:⁊ procedẽdũ:vt in litera. Hec lec.nõ placet:qꝛ man-
dat:⁊ hec caſtra reſtitui:ſed mãdauit vt caſtra relaxarent. Iteʒ huic
obuiat ꝯtra.qꝛ ſi lucani tenebãt ergo ita nũc eſt liberũ recipere:ſicut
prius:ſʒ reſpõde vt ſtatim dicã.Scḋs intellect⁹ ꝙ lucani poſſidebãt
caſtra:⁊ nõ tenebãt nomine epĩ:ſʒ ꝓprio:vt moris eſt cõmitatuũ in
Italia:hic piſanis ei tenẽtib⁹ nõ eſt in illa libertate poſſidẽdi:in qua
erat prius:qꝛ lucanis poſſidẽtibus liberius reddit⁹:⁊ affict⁹ collige
bat quã poſſidẽtibus piſanis. Item lucanos reſiſtẽtes liberius po
terat cohercere:cũ eſſent ſui dioceſani:⁊ ſic nõ erat tunc qui epiſcopũ
repellere vellet:vel poſſet de facili. Iteʒ minores ſumptus faciebat
in illis colligẽdis:nam cum poſſidebãt lucani:ibant familiares epi
ſcopi ad colligendos redditus pedes forte:⁊ ſine armis:⁊ tunc licet
ibi benigne reciperentur:nunc propter guerram oportebat eum ve
nire equeſtrem armatum:et cum magna comitiua:non debuit ergo
reſtitui epiſcopus.quia non erat ſpoliatus poſſeſſione caſtrorum:⁊
licet forte eſſet ſpoliata lucana eccleſia a lucanis:et lucani a piſanis

contra ſecundas ſpoliationes nō cōpetebat interdictū vnde vi.ē.c.
olim.q2 tñ tēpore guerre mote plane ⁊ quiete poſſidebat cēſus ⁊ red
ditus caſtrorū:⁊ hic cōſtabat vt ſeruaret forma mādati debuit redu
ci in eā plenitudinē quietudinē.⁊ libertatē quā illo tēpore habebat
qḋ nō fuit per predicta piſanis caſtra tenētibus cōpelli ergo debue-
runt vt prius caſtra dimitterēt.ad hoc de deci.cū aliquibꝰ.ibi preci-
pimus dn̄is prediorꝫ qḋ illa talibus tradant a quibus decime quie-
te perſoluātur:⁊ per hoc ſoluitur qḋ obijcit qḋ in alijs ꝙ piſanis te
nentibus caſtra in poteſtate eſſet illorꝫ epm̄ repellere. Itē qḋ p hūc
modū poſſent epi impetrare qḋ dn̄i ciuitatū in quibus epi habent
cenſus cogant ciuitates dimittere cū in ipſorꝫ ſit poteſtate ⁊c. dicit
tñ Ab. qḋ nō eſſet hoc iniuſtū facere:cū hec via fuerit excogitata cō
tra tirannos:⁊ iniuſtos occupatores bonorꝫ ⁊ caſtrorꝫ quales erant
iſti ⁊ hoc cōſtabat vt ſic cogant loca dimittere que detinent in ſuarꝫ
aiarum periculū cū nō multū ⁊c.ē.eo.ſepe.contra iuſtos vero dn̄os
hoc nō cōpeteret. Si aūt alij ꝙ lucani tenuiſſent caſtra iniuſte.dicit
Inno. qḋ hoc ꝓbato per piſanos nō tenerent illa dimittere:ſed ſuf-
ficeret qḋ paterent epm̄ percipere cenſus ſuos plene ⁊ libere: ad qḋ
optime.j.de ꝓba.l3. Potes ponere aliū intellectū ⁊ tertiū:qḋ ſi nū-
quā guerra eſſet inter lucanos ⁊ piſanos:caſtra eſſent in ſua liberta-
te ⁊ vacantia ꝗ fuerūt occupata p piſanos ⁊ per hoc ablata libertas
redditus colligendi:q2 dicit qḋ plus ſibi placet qḋ prius lucani occu
pauerant caſtra:vnde ꝯtra illos cōpetebat eccl̄ie interdictū: ⁊ nō cō
tra piſanos tñ iuſte fuerūt excōicati p detentione rerū eccl̄ie.xij.q.ij.
quicūqꝫ militū.quaſi cū offenſa notoria videret nō videbant abſol-
uendi ſine ſatiſfactione.de ver.ſig.cū olim.⁊ de verb.ſig.c.ex parte.⁊
q2 forma nō fuit ſeruata.ideo ⁊c. Unde quantūcunqꝫ talis forma nō
debuerit dari data d3 ſeruari. Ideo dicit qḋ ſi papa mandaret piſa-
nos abſolui ſi ipſorꝫ ſindicus pollicē leuaret vel his ſimile neceſſe eſt
parere:⁊ abſolutio aliter facta nō t3:q2 ꝯtra formā mandati quale-
cunqꝫ ſit mandatū ſm̄ Io.an. Per hoc inferūt Pe.Abb.⁊ Hoſt.ꝙ
ſi quis mandat reſtitui in eū ſtatū in quo erat tēpore mote lit.l3 nō
reperiat ille ſpoliatus: Si tñ reperiat deſtitutus in modo poſſiden-
di reſtituendus eſt ad plenā poſſeſſionē per predicta.dicit Inno.ꝙ
nō l3 alteri noua caſtra cū alterius iniuria facere vel emulatione.ff.
de ope.pu.l.opus.⁊ ita etiā nec ve.inhabitata icaſtellare.C.de edi.
priua.l.iij.lib.xi.de fun.limito.palu.⁊ ca.l.j.ij.⁊.iij.ff.de his q no.in-
fa.l.athletas.⁊ pōt epꝯ agere ad deſtructionē caſtrorꝫ cōdictione ex
l.illis vel iudicis officio ad qḋ de iude.cōſuluit.⁊ idem in alijs reddi
tus habentibꝰ nec eſt tūc actio ꝓplaris:ſed agit vnuſquiſqꝫ ꝓ vitā
20 da diminutione ſui patrimonij ſm̄ Inn. ¶ † Ultimo no. Abb.hic
tex.qḋ l3 nō valeat ꝓceſſus iudicis:valet ꝯfeſſio facta corā illo: q2 ex
illa cōfeſſione mouet hic papa.ad hoc qḋ no.de or.co.c.ij.de accuſa.
qualiter.ad hoc.de accu.c.j.⁊.ij.lib.vj.⁊ in cle.cōſtitutionē.de elec.et
hoc eſt verū qñ ad hunc finē vel ſaltē cōnexū agebat. Itē hoc verum
in expreſſa ꝯfeſſione:ſecus ſi ſit in exceptione intercluſa:q2 excipiēs
nō fatet ⁊ ſic intelligit.l.filiū.C.de libe.cā.⁊.l.iubemus.⁊ ſic tēpera.
Bar.in.l.ſi cōfeſſus.de cuſt.reo.dixi.de iudi.at ſi clerici.⁊ de or.cog.
21 cū dilectus. ¶ † Ad glo.qualis cautio exigat.gl.dicit qḋ ſufficit cau
tio iuratoria niſi illi valde ſuſpecti eſſent qḋ periuriū nō timerent.
de ver.ſig.ex parte.de ꝑſump.literas. Io.an.dicit hoc verū ſi de ſuf-
ficienti nō eſſet expreſſum Io.an. Sed certe ſufficiēs intelligit ſcḋm
ſubiectā materiā quotiens aūt cōmittit ſtipulatio dic tñ verū: ſi cō-
mittitur in incertū:totiēs cōmittit quotiēs cōtrauenit.de pe.c.j.ff.
rem ra.ha.ſi ꝓcurator.vbi ſi ꝓcurator cauet rem ratā.dn̄m habiturū
totiēs cōmittit ⁊c.ff.de vſufr.quēadmodū ca.§.ecce. Si cōmittit ad
certū nō cōmittit niſi ſemel.ff.de arbi.celſus.§.duo.niſi dictū fuerit
qḋ totiēs cōmittat ⁊c.ff.de trāſ.qui fidē.⁊ vide qḋ no.de ārbi.dilecti
ſuper vlti.glo.ſm̄ Io.an. Pet.⁊ Abb. Glo.ſequēs eſt clara.in ſi.dic
⁊ de ꝓben.cui deū.lib.vi. ¶ Opp. qḋ ſi nō ꝓbat poſſeſſionē caſtrorꝫ
nō debeat reſtitui cū mandatū fuerit vt reſtituat ad poſſeſſionē ca-
ſtrorꝫ:⁊ nullā ibi poſſeſſionē habeat. So. hec verba poſſunt duplici
ter intelligi vel duo cōprehendere vt reſtituat poſſeſſio quam habe
bat in caſt.i.quā habebat circa caſtra. Scḋo vt reſtituat ad poſſeſſio
nem quā habebat in caſtris.i.quā habebat in ꝑticularibꝰ rebus vel
iuribus caſtrorꝫ:⁊ hoc ſcḋo modo intelligit hic ſi priō mō nō pōt in-
telligi mandatū:q2 talē nō h3 de facto poſſeſſionē. Glo. querit i quo
peccauit. Immo glo.declarat inquantum dicit poſſeſſionē caſtrorꝫ
reſtitui maledicit:q2 hoc nō dicit litera: ſm̄ Pe.⁊ Ab.cū illa caſtra
epꝯ nō ꝓbaret ſe poſſediſſe:ſed debēt piſani cōpelli ad dimittēda il
la caſtra. Glo.vlti.eſt clara in ſi.vel dic qḋ fuit ipugnatus ꝓceſſus tā
ꝙ habitus poſt:⁊ ꝯtra legitimā appellationē appellauit enim epꝯ
ſcḋm vnū intellectū ne fieret abſolutio niſi ante fieret plena reſtitu-
tio.⁊ idē Hoſti. Inno.etiā intelligit primo mō qḋ hic egit ꝑ viā nul
litatis:⁊ hic eſt melior intellectꝰ:al's ſi cōfeſſio fuiſſet facta poſt ap-
pellationem nō valuiſſet tanꝙ corā nō iudice ⁊ hec ſufficiant.

¶ De dolo ⁊ contumacia. Rubrica.

¶ Uiſo de ſpoliatis ⁊ eiectis aduerſariorū potentia videamus. de
fatigatis in iudicio aduerſariorū dolo ⁊ contumacia vel ſm̄ Hoſti.
quod ſpoliati quandoqꝫ dolo vel contumacia rei reſtitutionem cō-
ſequi non poſſunt ideo ⁊c.matera.iij.q.ix.iiij.q.v.v.q.ij.⁊.iij.per to-
tum.xj.q.iij.certum repetitur.in.vj.⁊ clemen.⁊c.

1 ☞ Contumax nō d2 reus qui ad iudicis mandatū mittendum in
poſſeſſionē nō admiſit ſi infra annū caueat ſtare iuri.
2 In poſſeſſionē d2 miſſus vbi ſtat p eū cōtra quē ſit miſſio.nu.6.
3 Poſſidere non dicitur miſſus in poſſeſſionem ante lapſum anni ſ3
demum lapſo anno abſqꝫ alio decreto.
4 Contumax in cā priuata cōtumacia punita ad vtilitatē priuatā ali
ter nō mulctatur nec extraordinarie punitur de canonica equitate
pro publica vtilitate ⁊ iudicis contemptu.nu.16.
5 Aduerſus poſſeſſionem nactam vel miſſum in poſſeſſionē ſi is con-
tra quē eſt facta miſſio offerat cautionē tandēqꝫ nō ꝓſequitur iudi-
cium ⁊ eſt contumax adhuc ſit miſſio.j.annum ⁊ adhuc cautionem
offert an admittatur.
7 Poſſidere vbi quis d2 poſt anni lapſum an talis rigor habeat locū
in quocūqꝫ foro vt aduerſus talē poſſeſſionē nō detur reſtitutio.
8 L.ſi quis intantā an habeat locū in minore ſpoliante.
9 Minor an teneat ex delicto in obmittēdo ⁊ qd qñ nō ex dolo punia
tur ⁊ an.l.ſi quis in tantā.habeat locū in minore ſpoliante.nu.8.
10 L.ſi quis in tantam an habeat locum in eccleſia prelato ſpoliante.
numero ſeq.
11 Prelati delictum vel factum an ⁊ quando noceat eccleſie ſiue in do
nando aut contrahendo ſeu negligendo in queſitis vel querendis.
12 Delictum prelati cū conuentu an noceat eccleſie.
13 Delictū vel factū rectoris an noceat eccl̄ie obmittendo vel donādo
aut cōtrahendo in acquiſitis ſeu acquirendis.
14 Legatum factum eccleſie ſub cōditione qḋ rector facere aliquid de-
beat an caducetur negligentia rectoris.
15 Leges penales approbate p canones vt in pena litigioſi ⁊ ſilibus in
rebus eccl̄iaſticis locū habent vbi tota eccleſia deliquit.
16 Iudicis executionem impediens qūo mulctetur.
17 Iudex eccleſiaſticus an mulctet.

1 ADhec. ¶ † Reus qui mittendum ad poſ. ad
mandatū iudicis nō admiſit nō mul-
ctabitur de canonica equitate.ſi.j.annū caueat ſtare
2 iuri. Cōis diuiſio.ſcḋa ibi. Ad qḋ. ¶ † Nota qḋ vbi
ſtat per eū cōtra quē ſit miſſio:miſſus habet p miſſo
⁊ talis ficta miſſio vt ſubrogata loco vere per oīa h3
effectum vere miſſionis : ⁊ ad illius ficta miſſio vires menſurantur.
3 ¶ † No.ij.p opi.vt miſſus in poſſeſſionē ante lapſum anni nō poſ-
ſideat. Sed demū lapſo anno abſqꝫ alio decreto:de quo vt lit. nō cō
te.§.in alijs.⁊.§.qḋ ſi ſuper. ¶ Not.practicā recuperandi rem q2 h3
4 offerre cautionē ⁊ expenſas. ¶ † No.ꝙ de canonica equitate cōtu-
max in cauſa priuata cōtumacia punita ad vtilitatē priuatam pro
publica:⁊ iudicis contēptu aliter nō mulctatur nec extraordinarie
5 punitur contrariū tamen fuit factū.vt lite nō cōte.accedēs. † Quid
ſi is contra quem eſt facta miſſio offert cautionē ⁊ tandem nō ꝓſe
quitur iudiciū:⁊ eſt contumax adhuc ſit miſſio.j.annum. adhuc of-
fert cautionem an admittetur pōt dici qḋ nō:imo ſcḋo adiudicabit
poſſeſſio actori ſaluo iure ꝓprietatis:vel ſalte3 differtur reſtitutio:
donec cauſa legitimū incipiat habere ꝓgreſſum.j.c.pri.⁊.c.finē. vt
lit.nō cōte.qm̄.§.pe.de offi.ord.ſignificauit.de ap. ad hoc. de ꝓcur.
c.j.eſt etiā recurrendū ad fideiuſſores ⁊ pignora ſi interuenerint ſm̄
Hoſti.de quo in Spe.de primo decre.§.iam de effectu.in ſi.ibi ſpec.
dicit qḋ ꝓuidebit per excōicationem.vt lit.nō conteſt.quoniā. in ſi.
vel aliter ꝓuidebitur iudicis officio.de reſti.ſpo.frequens.lib.vj.§.
ſolet. Item dicit ibi Io.an.qḋ hic ſatiſdedit ex prima contumacia:
de ſtando iuri ex illa ergo diſtinguitur ⁊ ſi ſecūdo eijciant aggrauat
taliter quod vlterius nō attentet quod iuſte ſit vt recidiuant. alleg.
6 de hereticis.accuſatus.lib.vj. ¶ † Ad gloſ.prime ſunt literales op.
quod nō habeatur pro miſſo impeditus ingredi:ſed cōtra ipedien-
tem agendū eſt ad intereſſe.ff.qui.ex cau.in poſ.ea.l.creditorē. Sol.
ſi ſtat per eū cōtra quē habet p miſſo ſi per tertiū agit de dolo cōtra
eū ad intereſſe ſi eſt ſoluēdo:al's habet p miſſo.vt.l.ſi.ff. de eo p quē
fac.eſt. Si aūt nō pōt ingredi natura rei vel q2 res nō ſunt habet pro
miſſo:vt ſi poſtea res accedant ſibi vel deficiat impedimentū poſſit
ingredi ꝓpria autoritate ſine alia iudicis licentia:⁊ currat tēpus ſe-
cundis creditoribus ſcḋm formā.l.ſi.C.de bo.aut.iudi.poſ.⁊ ſi poſſi
deret idem de tēpore ad recuperandā poſſeſſionē.vt hic qḋ not.⁊ de
hoc eſt caſus in.l.quamuis.ff.de bo.auto.iud.poſ.⁊.l.preceden.in ſi.
7 ¶ † Glo.inducit decre.ad.q.qḋ rigor.xvj.q.v..placuit.⁊.l.ſi quis in
tantam.C.vnde vi.non habet locū in cauſis eccleſiaſticis.glo. cōclu
dit qḋ ille rigor nō habet locū in effectu nec in minoribus:nec in ec-
cleſijs quin ſaltim reſtituantur. Nec ob. qḋ dicit cauſe detrimentum
patiatur:quia illud intelligi d3:quo ad poſſeſſoriū : q2 cōtra eccleſiā
poterit agi poſſeſſorio:ſed quo ad preiudiciū ꝓprietatis non preiu
dicat vel ſecundo preiudicabit ipſi prelato:vt non poſſet ſtare in cā
illa eccleſia tamen audietur cui non preiudicat in ꝓprietate vel ipſe
prelatus